29

D. O. M. A.

ADMIRANDA DIVINA SAXONICA,

SIVE OPERA ECCLESIASTICA ET POLITICA,

Quibus

DEUS OMNIPOTENS ARCHIGUBERNA,

SERENISSIMUM ET POTENTISSIMUM PRINCIPEM AC DOMINUM, DOMINUM

JOHANNEMGEORGIUM

Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ & Montium Ducem, Sacri Romani Imperii Archimarſchallum & Electorem, Landgravium Thuringiæ, Marchionem Miſniæ, Superioris & Inferioris Luſatiæ, Burggravium Magdeburgenſem, Comitem de Marca & Ravensburg, Dominum in Ravenſtein, &c.

Cum quovis Imperatorum, Regum, Principum, Heroum & Ducum Germaniæ, imò totius orbis Europæi facilè comparandum; Ut & Sua Serenitatis Electoralis gubernationem laudatiſſimam.

Exornavit, amplificavit, & magno cumulo auxit:

In Divini Nominis Sacroſancti laudem & gloriam; ut & in ſera poſteritatis imitationem & gratiam.

Tribus Libris adornata

per

M. MATTHAEUM LUNGWITIUM, Seniorem, Eccleſiæ Rochlitienſis ad D. Cungund. Archi-Diaconum.

Cum gratia & privilegio Sereniſſimi Saxoniæ Electoris ſpeciali.

LIPSIÆ, Literis M[illegible] LANCKISCH.
Exprimebat Chriſtophorus Cellarius, Anno M.DC.LII.
Proſtat in officina Samuelis Scheibe.

BIBLIOTECA ... IN ROMA

29

Digitized by Google

[illegible]

IN NOMINE JESU.

Sereniſſimo & Potentiſſimo Principi ac Domino, Domino

JOHANNI GEORGIO,

Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ & Montium Duci, Sacri Romani Imperii Archimarſchallo & Electori, Landgravio Thuringiæ, Marchioni Miſniæ, nec non Superioris & Inferioris Luſatiæ, Burggravio Magdeburgenſi, Comiti de Marca & Ravenſpurg, Domino in Ravenſtein, &c.

Domino ſuo Clementisſimo.

Gratiam & pacem à Deo Patre per Jeſum Chriſtum, virtute Spiritûs Sancti, ut & omnem proſperitatem Electoralem, longævitatem, firmamq́; valetudinem, nec non omnem ſpiritualem & corporalem, temporalem & æternam ſalutem, ex imis cordis penetralibus precor.

SErenißime & Potentißime Princeps Elector, Domine Clementisſime, & ſempiternâ memoriâ dignißime; Omnes veræ pietati addictos ſubditos & Chriſtianos fateri oportet, qvod Deus Opt. Max. (per qvem reges regnant, & principes decernunt juſtitiam, Prov.8.v.15. per qvem Principes dominantur, & omnes judices

Prima Dedicatio ad Sereniſſimum Electorem Saxoniæ à me per Dei gratiam, anno 1631. conſcripta; anno 1639. reviſa & an. ſeqventi 1641. man-

ximè Reverendo & Nobiliſſimo Theologo, Dn. D. Matthia Hoë ab Hoenegg ad cenſuram ſubmiſsè transmiſſa, ut αὐτόγραφον Praecellentiſſimi mei Patroni teſtatur, heu qvondam mei.

terræ, ib. v. 16.) *Veſtram Serenisſimam Excelſitatem in ſumma pietatis, gravitatis, veritatis, juſtitiæ & autoritatis laude excellentiſsimam conſtituerit.* Nam Veſtra Serenitas ſalvificæ religionis, & cultus divini fervore multos antecellit, nec non veritatis & juſtitiæ laude orbem Chriſtianum adimplet. Ob id poſt Deum πολυέλεον Veſtra Serenisſima Excelſitas Eccleſiæ Lutheranæ, eſt ATLAS, *ſub cujus umbra à Deo tuti conſtituti qvieſcimus; necnon in ejusdem Sereniſsimo pectore Germaniæ muri, ut & noſtri, ſtant & conſiſtunt per Deum omnipotentem invicti & imperterriti.*

Veſtra Serenisſima Excelſitas nobis pro decem millibus eſt, 2. Sam. 18. v. 3. *in cujus vita noſtram qvoq; poſitam eſſe, non ſine cauſa exiſtimamus.* Hinc Veſtram Serenisſimam Excelſitatem omnes, qvotqvot Symbolo Auguſtano invariato ὁλοκαρδίως addicti ſunt, diligunt, ſuſpiciunt, admirantur *propter commemorabilem ejus pietatem, religionisq; veræ & ejusdem propagandæ fervorem & ardorem*; atqve ſic per medias laudes ab optimis qvibusqve vecta ad cœlum tollitur. *Dei qvoq; ſummè boni gratia & miſericordia Veſtræ Serenitatis famam adeò amplificat, ut non tantùm nominis ſui gloriâ orbem Chriſtianum* in ad-

Videatur cap. XII. libri III. in hoc ſcripto panegyrico.

admirationem rapiat; *qvin potius ejusdem ſplendor & nominis ſui Electoralis admiratio ad gentes qvoqve longè remotas pervenit.* Qvocirca ex his omnibus colligimus, Vam Sermam Excelſitatem, *tanqvam precioſiſſimum* κειμήλιον, *& theſaurum auguſtiſſimū*, γενικῶς *toti Eccleſiæ Lutheranæ, ut & Germaniæ*, εἰδικῶς verò huic Electoratui & noſtræ Miſniæ à DEO clementisſimè donatam. Omnes enim rectè ſentientes fatentur, Vam Sereniſſimam Excelſitatem eſſe *principem ſummâ pietate conſpicuum, autoritate maxima ſplendidum, exiſtimatione ſummâ eminentiſſimum, virtutibus optimis excellentiſſimum*, cuivis Imperatorum optimorum, Regum inſignium, nec non principum omnium Illuſtrisſimorum vel ingenio, vel famâ, vel gravitate parem; cujus nomen auguſtisſimum autoritate qvoqve pollet apud exteros. Hinc Veſtra Sereniſſima Excelſitas à devotisſimis & piisſimis Chriſti fidelibus ſalutatur *Columen Romani Imperii, præcipuè verò Eccleſiæ afflictæ firmisſimum, inſigne Germaniæ ornamentum, Reipublicæ firmamentum, nec non ſplendidiſſimum & pulcerrimum præcipuarum virtutum ſpeculum & exemplum*, in ſummo & auguſtisſimo loco à Deo conſtitutum.

Nobilisſimus qvondam & maximè Reverendus Dn. D. Hoë ὁ ἐν ἁγίοις ſeriò ita voluit, & mihi injunxit, ut hoc vocabulum, Excelſitas, loco Celſitudinis ponerem; dicebat enim, eſſe discrimen conſtituendum inter Electorem & Principem R. I.

 Lau-

Digitized by Google

Laudent ſanè Jeſuitæ & Pontificii ſuos: laudent, qvantum volent, Calviniani ſuos, qvi iſtorum erroribus adſtipulantur; verùm Sereniſſima Veſtra Excelſitas omnes illos multis paraſangis poſt ſe relinqvit. *Ea enim demum vera laus eſt, qvam Deus σοφώτατος calculo ſuo comprobat.*

Conatus auctoris ſubjectiſſimus.

Ex omni verò illa Sereniſſimæ Veſtræ Excelſitati congratulantium & ὁλοψύχως eidem adſtipulantium multitudine, qvia *ſingulari qvodam ejusdem laudis deſiderio ego indignus flagrans, incredibili qvâdam ejus præconiorum cupiditate teneor*, vehementerq; ſubjectiſſimo ſtudio illa expeto & cupio; ideoqve hoc opere *ſempiternæ & immortali poſteritatis memoriæ Veſtram Sereniſſimam Excelſitatem* humiliimo animo cōſecravi, ipſiusqve imperium & virtutes inſigni hoc monimentorum genere commendare volui. Qvapropter *in Dei Opt. Max. honorem & gloriam, utpote cujus dona & bona hæc ſunt omnia*, ADMIRANDA SAXONICA conſcripſi, eaqve in Dei nomine & perſpicuâ auxilii & benedictionis divinæ invocatione confeci. In illis *opera illa divina*, qvibus DEUS Archiguberna Veſtram Sereniſſimam Excelſitatem *mirandum in modum exornavit, amplificavit, & magno cumulo au-*

Ejusdem humillima petitio.

lo auxit, prædicantur & continentur. Qvod meum ſtudium, ut V[ra] Se r[ma] Excelſitas gratioſo vultu & affectu proſeqvatur, ſubmiſſo animo & ſubjectisſimo ſtudio peto.

Conſtitui autem *V[ra] S[ma] Excelſitate adhuc vivente*, (& ut qvàm diutisſimè vivat, ex intimis cordis penetralibus voveo.) *hæc in apricum producere, & publici juris facere.* Ipſa enim firmâ adhuc memoriâ tenet, qvænam conſilia in hoc vel illo conventu agitata, & poſtmodùm in actum fuerint producta.

Qvod reſtat, *ſummâ devotione adoro Solem juſtitiæ, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & obſecro ejus divinam majeſtatem*, ut V[am] Ser[mam] Excelſitate m, cum conjuge Sereniſſima & liberis, nepotibusqve utriusqve ſexûs præcelſisſimis, ſalvam & incolumem præſtet, cuſtodiat & conſervet. Adde, ô DEUS ipſorum Serenitatibus & Illuſtrisſimis Celſitudinibus dies ſuper dies, *annos eorum in generationem & generationem multiplica*, permaneant in æternum in conſpectu tuo gratioſo, miſericordia & veritas illos cuſtodiant.

Conſerva nobis, ô DEUS, multùm miſericors, Sereniſſimum Dominum Electorem, univerſam qvoqve DOMUM Electoralem Saxonicam,

Digitized by Google

cam, *ad* [illegible]*ni nominis Divini Sacroſancti gloriam & bonorem, ad Domus SAXONICAE ſplendorem*, & hoſtium terrorem, ad ſubditorum incrementum, bonorum ſolatium, exulum perfugium, *Eccleſiæ quoq; graviter afflictæ ſingulare ſolatium, & emolumentum.* Amen, ita fiat, ô Domine Deus Pater omnipotens in Jeſu Chriſti Filii Tui Dilecti nomine Amen: & omnis populus dicat, Amen.

Perſcriptum Rochlitii, primò qvidem XII. Calend. Maji anno 1631. & poſtea reviſum & repertum 6. Novembr. Anni cIↃ IↃC XXXIX. Exhibitum verò ſubmiſſo ſtudio Anno 1652.

Vam Sermam Excelſitatem

Subjectisſimo animo & ſtudio

Qvi colit, veneratur & honorat

M. Matthæus Lungwitius
Senior, ætatis LXIX.

Pro-

Pro Sereniſſimo & Potentiſſimo Principe
ac Domino, Domino

JOHANNE GEORGIO,

Duce & Electore Saxoniæ, &c.

DOMINO NOSTRO CLEMENTISSIMO,

Votum devotum ex Pſalmo regii Prophetæ Davidis vigeſimo, ſcriptum anno 1631. ſub ipſo Conventu Lipſienſi.

OMnipotens Dominus, mundi fabricator & autor,
Cui mare, cui tellus, cui cœlum paret & æther,
Accipiat promtus vultu pia vota Sereno
Noſtri Electoris; *nam fidus voce precatur*
Aſſiduâ CHRISTUM, qvò vertat triſtia fata.
Te DEUS, Elector, Dominus qvi nominis extat
Iſacidi, *incolumem ſervet, foveatq́; potenter;*
Auxiliumqve TIBI mittat de monte Sionis;
Inſuper atq; novas Tibi vires addat ab alto,
Monſtri ut miſſifici per TE ſit beſtia victa.
Pectore divino verſent tua myſtica ſacra,
Sit pergrata DEO germanæ relligionis
Vis, Domino præſtas JOVÆ qvam corde fideli;
Sint rata, firmaqve vota, pio qvæ corde prehendis,
Impleat & mentis tacitæ molimina Sacra.
Gloria noſtra ſit hæc, *ſocium qvòd rebus agendis*
Numen dat nobis, vexillaqve tollimus alta
Nomine ſacrato Domini, qvi cuncta gubernat.

B *Non*

Non abit in ventum, Noſtri quod lingva rogabit
Principis,æterno nam pendet Numine totus.
Hoc Domini factum fibris inſigimus imis
Altius,auxilium perfuſum Chriſmate Sacro
Affert,qvem regno cœlorum extollit in altum.
Dextera namq; DEI ſupremam qvippe ſalutem
Oſtentare ſolet, clypeo affectuqve juvare.
Sint & eqvi & currus reliqvis,qvi turba profana,
Perfugium; *DEUS aſt nobis ſolatia firma*
Præſtat; jam duplices palmas ad ſidera læti
Tollimus,& *Chriſti merito jam nitimur uno:*
Ex alto nobis benedicas, CHRISTE precamur.
Succumbent triſtes,qvi CHRISTUM in prælia poſcunt,
Degeneres, fractiqve ruent cum pondere magno.
Stat Deus,& Chriſtus ſtat; ſic conſiſtimus & nos:
Gloria cuncta DEO! Erecti jam numine JOVÆ
Victores JESU meritis conſiſtimus! ecce!
Auxilium in noſtrum feſtina, mi PATER alme,
Audiat & JESUS Rex noſter, qvando vocamus,
Amen.

Ita pro Sereniſſimo Domino Electore,
Domino ſuo clementiſſimo,

Vota devota facit indeſinenter

M.M.L. auctor.

D.O.

D.O.M.A.

Sereniſſimo & Potentiſſimo Principi ac Domino, Domino

JOHANNI GEORGIO,

Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ & Montium Duci, S.R.I. Archimarſchallo & Electori, Landgravio Thuringię, Marchioni Miſniæ, Superioris & Inferioris Luſatiæ, Burggravio Magdeburgenſi, Comiti de Marca & Ravensburg, Domino in Ravenſtein, &c.

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

Gratiam & pacem, longævitatem & omnem proſperitatem à DEO Patre per Jeſum Chriſtum, virtute Spiritus Sancti precor.

SErenisſime & Potentisſime Princeps Elector, Domine Clementisſime: Angelus Raphaël Tobiam Seniorem exhortatur, dicens: Arcanum regis bonum eſt occultare, opera autem DEI revelare glorioſum. Quibus verbis Angelus è nobilitate cœleſti electus, *cum ſupernæ & ſanctisſimæ divinæ majeſtatis mandato legatus docet*, celebrandam Dei bonitatem, miſericordiam, juſtitiam,

Secunda dedicatio ſcripta à me per Dei gratiam anno Jubileo 1650. Tob. 12. v. 8.

potentiam & virtutem coram omnibus viventibus. pro omnibus beneficiis, qvibus nos ubertim coronavit. Illis enim efficit, ut lætentur in ipſo omnes, qvi ipſius bonitate & miſericordiâ nituntur; Pſ. 5, 12. 13. ut canant, qvia eos protegit; ut exultent, qvi nomen ejus amant. Juſtis enim benedicit Jehovah, facit ut benevolentia & bonitas ſua tanqvam umbo eos circumtegat.

Celebranda ergo *Dei bonitas & miſericordia*;
Pſal. 25, 8. טוֹב־וְיָשָׁר יְהוָה bonus & rectus Dominus.
Pſal. 86, 5. טוֹב וְסַלָּח וְרַב־חֶסֶד, bonus & mitis & multæ mi-
Pſal. 31, 20. ſericordiæ. מָה־רַב טוּבְךָ; qvàm *magna eſt multitudo bonitatis tuæ*; מַה־יָּקָר חַסְדְּךָ qvàm pre-
Pſal 36. 6 8. cioſa eſt miſericordia tua?

Exod. 9, 27. *Celebranda Dei juſtitia*: Jehova juſtiſſimus. Omnes illius viæ ſunt jus: Deus fortis fide-
Deut. 32, 4. lis, & expers iniqvitatis, juſtus & rectus eſt. Juſtus
Pſal. 11. 6. 7. eſt Dominus, & juſtitiam dilexit. Juſtus es Domi-
Pſ. 119, 137. ne, & recta judicia tua. Juſtus eſt Dominus in o-
Pſ. 145, 18. mnibus viis ſuis.

Celebranda Dei veritas; non eſt Deus, qvaſi homo, ut mentiatur, nec qvaſi Filius hominis, ut mutetur, Num. 23. v. 23. Ego Dominus non mentior, Mal. 3. v. 6. Impoſſibile eſt, Deum mentiri, Heb. 6. v. 18. Tu Deus ille es, verba tua ſunt

ve-

veritas, 2. Sam 7. v. 28. Rectum eſt verbum, Domini, & omne opus ejus in veritate, Pſal. 33. v. 4. In cœlis ſtabilias fidem tuam, qvæ dixiſti, Pſa 89. v. 3. Qui ſervat fidem in ſeculum, Pſal. 146. v. 6.

Celebranda Dei omnipræſentia. Excelſior cœlo eſt, & qvid facies? profundior inferno, & unde cognoſces? longior terra eſt menſura ejus, & latior mari, Hiob. 11. v. 8. Magnus Dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis ejus non eſt finis, Pſal. 145. v. 3. Nunqvid non DEus de propinqvo ego ſum, dixit Jehovah, & non de longinqvo. Num occultabit ſe qvispiam in occultis, & ego non videbo eum; annon cœlum & terram ego impleo? Jer. 23. v. 23.

Celebranda DEI omniſapientia & omniſcientia! Eſt ſapiens animo, & fortis viribus, Atqvi ipſe etiam ſapiens eſt, Eſa. 31. v. 2. Soli ſapienti Deo per Jeſum Chriſtum gloria in ſecula, Rom. 16. v. 27. *Regi autem ſeculorum immortali, inviſibili, ſoli ſapienti DEO honor & gloria, in ſecula ſeculorum.* Penes ipſum eſt ſapientia & fortitudo, illius eſt conſilium & intelligentia.

Hiob. 9. v. 4. *1. Tim. 1, 17* *Hiob. 12, 13.*

Celebranda Dei omnipotentia. Ego ſum Deus omnipotens, Gen. *17. v. 1.* Deus fortis omnipotens benedicat tibi, Gen. *28. v. 3.* Deus fortis omnipo-

Gen. 35, 14. Gen. 48 v. 3 Eph. 3. v. 20

tens det vobis miſericordiam conſeqvi coram illo viro. Deus fortis omnipotens apparuit mihi. Deus fortis, maximus, potentiſſimus, Jer. *32. v. 18.* Deus *ſuperabundanter plus poteſt facere*, qvàm nos petimus & intelligimus.

† Zach. 14. v. 7. nam erit, ut tempore veſpertino ſit lux.

Omnipotentiam, omniſapientiam & miſericordiam ſuam ſatis ſuperq; Deus verax in † promiſſionibus, demonſtravit his ultimis temporibus; I. Quando lux verbi divini *prædicata per D. Lutherum*, digito monſtratis Papatûs nundinis indulgentiarum, anno 1517. 31. Octobris.

Apoc. 14. æternum Evangelium.

II. Quando *æterna verbi divini veritas per Divum Lutherum publicè confeſſa* in Comitiis Wormacenſibus coram toto Rom. Imperio, anno 1521.

III. Quando tempore *Electoris Johannis doctrina Evangelica* æterna veritas defenſa *coram Univerſo Romano Imperio per Auguſtanam Confeſſionem* publicè lectam, anno 1530.

IV. Quando *tempore Electoris Auguſti auguſtisſimi, Verbi divini regula orthodoxa* confeſſa & explicata eſt *in libro Chriſtianæ Concordiæ*; qvod certè *opus magnum eſt & arduum, omnium ſeculorũ memoriâ dignisſimum!* Confirmata illa norma doctrinæ ab omnibus Evangelicis Electo-

ctoribus, Principibus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, & Academiis ſubſcriptione ſpontanea.

V. Qvando *tempore Electoris chriſtianisſimi, Dn. CHRISTIANI II.* à Dn. D. Leonharto Huttero *Compendium Theologicum* ex verbo Dei Auguſtana Confesſione & libro Concordiæ eſt concinnatum, & in Scholas Illuſtres, nec non triviales hujus Electoratûs eſt ſolenniter introductum.

Pari ratione, *Sereniſſime Domine Elector*, Domine clementisſime, *Deus multùm miſericors omniſapientiam, omnipotentiam & miſericordiam ſuam oſtendit ſub Veſtra Electoralis Serenitatis ſapientisſima gubernatione*, dum Veſtra Sereniſſima Excelſitas coram *Chriſti Eccleſia orthodoxa*, coram univerſo Romano Imperio, coram *tota Germania*, imò coram toto mundo Veritatem verbi divini, publicè & ſolenniter confeſſa eſt in *duobus Jubileis, in tribus feſtis Eucbariſticis, ſolenniter celebratis, in Pupilla Evangelica Saxonica*, & ejus principali Apologia. *Magna* hæc ſunt beneficia, gratis nobis donata; *majora*, qvàm qvis posſit eadem cogitatione aſſeqvi, vel oratione exprimere; *maxima* ſunt, omnem humanum captum excedentia. *Sunt Admiranda Divina*

Qvâ ratione DEUS ſuâ omniſapientiam & omnipotentiam noſtro tempore admirandum in modum oſtendit?

Baſilius Faber in theſauro ſcripſit Jubileum per ſimplex e. Sed Academia Lipſenſis in Programmate anni Jubilæi 1617. de-

Saxo.

cies ſcripſit per a,ut & intimatio Academiæ VVitebergenſis.)

Saxonica, qvæ DEus ter optimus Maximus per Veſtram Sereniſſimam Excelſitatem operatus eſt: qvæ etiam hoc tractatu panegyrico concelebravi prout DEus ipſemet, multùm miſericors, mihi indigno ſuam eſt largitus gratiam, *ad nominis ſui ſacroſancti gloriam*, & ut ſera poſteritas eadem cognoſcat, & nobiſcum Deo πολυελέῳ gratias agat ſempiternas.

Ipſa inſcriptio & dedicatio.

Sereniſſime & Potentiſſime Princeps Elector, Domine clementiſſime, hunc tractatum panegyricum, *DEI τελουποςάτυ laudes & celebrationem continentem*. Veſtræ Sereniſſimæ Excelſitati ſubjectiſſimâ compellatione inſcripſi, eundemqve Veſtræ Electorali Serenitati diligentiâ & ſtudio ſubjectiſſimo offero, dedico, conſecro, propter cauſas numero plurimas. Patria mea Rochlitium Sereniſſimæ Veſtræ Excelſitatis imperio & protectione gaudet: *Stipendio Electorali Saxonico*, in qvintum annum uſus ſum: *In Eccleſiâ patria annos continuos qvadraginta ſeptē*, miniſtri Eccleſiæ officio per Dei gratiam functus ſum; *magna & multa beneficia*, à Veſtra Serenitate Electorali diſtinctis temporibus accepi; Ve-
" ſtræ igitur Sereniſſimæ Excelſitati, *tanqvam to-*
" *tius Electoralis collegii Seniori, nec non totius Ec-*

Et ejusdem cauſæ impulſivæ.

NB.

cleſiæ Lutheranæ columnæ, & univerſæ Illuſtriſſimæ Domus Saxonicæ capiti hæ chartulæ meritò debebantur: qvarum autor omnia omninò Veſtræ Ser^mæ Excelſitati ſe debere, lubens profitetur. " " "

Suſcipiat igitur Veſtra Electoralis Serenitas *chartaceum* hoc, qvod fero, *munuſculum ſereno & hilari vultu*, & *me ſeptuagenarium ſenem*, ſervum ſuum commendatisſimum habeat, & patiatur clementisſimè, ut *ex ſplendore Veſtri nominis Electoralis Serenisſimi lux aliqva huic opuſculo concilietur*, & plures ad illud evolvendum invitentur. *Deus noſter ſic valdè exaltatur à Veſtra Serenisſima Excelſitate, tanqvam clypeo ſplendidusſimo*, Pſal. 47. v. 10. *Ipſe Deus ter optimus Maximus concedat Veſtræ Serenitati vitam longævam, Imperium ſecurum, Domum tutam, Senatum fidelem, populum probum, orbem qvietum in Jeſu nomine Amen.* Perſcriptum Rochlitii V. die menſis Martii, qvem diem ſuum natalem, ut Veſtra Serenisſima Excelſitas ſæpius adhuc ſalva & incolumis videat, votis omnibus exopto, Anno Symbolico: qVo eXIIt VetVs, & LætVs MVnDI IVbILVs Intrat.

Daq; tuis radiis paullum Patrone, coruſcē Elector.

Votum Tertulliani in Apologetico cap. 30.

Enſifer imperii, præcellentisſime Princeps,
Inter Evangelicos gloria prima Duces,

Congratulatio ſubmiſſa cor-

 Do-

dialis de natali Sereniſſimi Domini Electoris.

Doctorum Murus, fortisſima dextera, ſalve,
Hócce tuum munus non ſine laude geris!
Natalem celebras pergratum, JANE GEORGI,
Nobis, non error qvos maleſvadus habet.
Gratulor ex animo T*IBI* V*ITAM*, JANE GEORGI,
Natalem reducem gratulor ex animo.
Sanctum Archiprinceps Elector, JANE GEORGI,
Numen Te foveat, Flaminis aura regat;
Ut vireat, vigeat tutò, Te Vindice, pura
Religio, pietas, juſtitia atqve fides.
Par & Avo, Patri, Fratri, Proavis, Atavisq́;
Par ſis, qvin potius *CELSIOR*, hoc voveo!
Te incolumem, Imperii COLUMEN, juvet Archiguberna;
Stes longùm ut populis firma Columna tuis!
Vive diu, Alme PATER, libris noſtrisq́ve ſuper-(ſtes
Carminibus, *repetit gloria, Vive DIU!*
Natalem ſalvus, præcellentisſime Princeps,
Sæpius & videas ire, redire, vale.
ENSIFER IMPERII Præcellentisſime, Salve,
Det DEUS his votis pondus ineſſe meis.
Is ſalvum ſervet corpus, mentemq́ve beatam,
Sit bene per vita ſecula longa Tibi.

Is

Inſcriptio ſecunda.

Is ſalvos ſervet populos; ſalvam regionem
Saxonicam ſervans *Archiguberna DEUS.*
His ARCHIPRINCEPS ELECTOR, JANE GEORGI,
JESUS det votis pondus ineſſe, Vale.

Veſtram Sereniſſimam
Excelſitatem

Subjectiſſimo animo, nec non devotiſſimæ congratulationis & ſubmiſſionis ſtudio colens

M. Matthæus Lungvvitius
Senior, Eccleſiæ patriæ
Archidiaconus.

Digitized by Google

Cenſura & approbatio ſcripti hujus panegyrici, facta à maximè Reverendo & Nobiliſſimo Theologo, Dn. D. MATTHIA HOË ab Hoënegg, Sereniſſimo Saxoniæ Electori, qvondam à concionibus aulicis primariis, confeſſionibus ſacris & Conſiliis Eccleſiaſticis &c. τῶ νῦν ἐν ἁγίοις.

I.

Reverendo & Præſtantiſſimo Viro, Dn. M. Matthæo Lüngwitio, Eccleſiæ Rochlicenſis Archidiacono fideliſſimo, Amico ſuo in Chriſto plurimùm dilecto.

SAlutem in Domino. Reverende & Præſtantiſſime Vir, Amice in Chriſto plurimùm dilecte, cùm Sereniſſimi Domini Electoris Saxoniæ Conſiliarius intimus, *Magnificus Dn. D. Gabriel Tunzelius* mihi heri circa horam tertiam pomeridianam, exhiberet *ſcriptum tuum panegyricum de rebus geſtis Sereniſſimi Domini noſtri Electoris* adornatum, ilicò illum perlegere cœpi, nec *prius deſii*, donec hodie *circa horam nonam ad umbilicum* perduxiſſem. *Placuit mihi conatus & ſcopus tuus*, nec dubito, qvin *alij quoq; Viri boni illum probaturi ſint*. Operæ precium autem facturum Te arbitror, ſi commodâ occaſione huc excurrere, & *mecum de hiſce rebus* colloqvi accuratiùs poſſes. *Libenter enim Tibi communicabo complura de Electore ἀξιομνημόνευτα*, qvæ commentario tuo meritò inſeruntur: uti corâm σὺν Θεῷ fuſiùs exponam. Interim *in Domino Jeſu vale & ſalve.* Dabam Dreſdæ celeri calamo die VIII. Septembris Anno Chriſti 1641.

Tuus in Domino

Matthias Hoë ab Hoënegg. D.

II.

SAlutem in Domino & officia. Reverende & doctiſſime Vir, *Amice in Chriſto ſingulariter dilecte*, qvòd lucubrationes tuas hiſto-

hiſtoricas revides & continuas, *rectè facis. Ego σὺν Θεῷ Tibi non deero.* Ita vale & ſalve in Domino. Dabam Dresdæ 30. Martii 1642.

Tuus in Domino

Matthias Hoë ab Hoënegg D.

III.

SAlutem in Domino & officia. Reverende & doctiſſime Vir, Amice in Chriſto perdilecte: Remitto librum ſecundum Admirandorum Saxonicorum, qvem avidè percurri; *nec qvod magnopere moneam, inveni*; hoc unicum inſerendum puto, qvòd in celebratione Jubilei unius & alterius, nec non in feſto ob victoriam Lipſienſem Euchariſtico, *Sereniſſimus Dominus Elector, cum Sereniſſima Conjuge & liberis Illuſtriſſimis publicè ſacrâ συνάξει ſummâ cum devotione uſus fuerit.* Hæc in ſumma feſtinatione inter graves occupationes publicas. In Domino Jeſu vale ac ſalve. 13. Aprilis Anno 1642.

Tuus in Domino totus

Matthias Hoë ab Hoënegg D.

IV.

SAlutem in Domino & officia. Reverende & Præſtantiſſime Vir, Amice in Chriſto perdilecte; Remitto conſignationem librorum & capitum reſiduorum Tractatus tui hiſtorici, *& precor, ut veloci & felici ſtylo opus* illud abſolvas. Hæc raptiſſimè. In Domino Jeſu vale ac ſalve. Aprilis 1642.

Tuus in Domino

Matthias Hoë ab Hoënegg D.

V.

SAlutem in Domino & officia. Reverende & præſtabilis Vir, Amice in Chriſto plurimùm dilecte, Remitto pagellas, perqvàm tardè mihi iterum traditas, ut mirari ſatis neqveam, ubi tamdiu latitare ſoleant. Adjeci paucula, & eum in finem, qvod neceſſarium putem, ut inſerantur, ad illuſtrandam humilitatem Sereniſſimi Dn. Electoris & ſuæ Serenitatis propenſionem clementiſſimam erga miniſterium, de qva innumera alia prædicari poſſent. 14. Maji 1642.

Tuus in Domino M. Hoë. ab H D.

In

Digitized by Google

IN JESU NOMINE.

ADMIRANDA DIVINA SAXONICA.

LIBER PRIMUS.

CAPUT PRIMUM.

De Sereniſſimi Domini Electoris noſtri laudatiſſimis Dn. Dn. Parentibus, nativitate & piiſſimâ educatione.

In nomine SS. & individuæ Trinitatis Dei Patris, Filij & Spiritus Sancti, unigſolius veri Dei mei Amen.

Admodùm Reverendus & Excellentiſſimꝰ vir, Dn. M. Paulus Jeniſius quondam concionator aulicus primarius Saxoniæ E-

SI rerum omnium, qvæ qvidem bene & proſperè evenire debent, non immeritò *à Deo immortali* capeſſenda ſunt exordia, etiam *admirandorum divinorum Saxonicorum deſcriptionis primordia à Deo Opt. Max.* ut & à veræ pietatis & religionis Confeſſoribus nobis ſunt ducenda. Ad qvam ipſam qvia *Spiritus Sanctus* principes ſeriò exhortatur, ut portas ſuas aperiant, qvò *rex gloriæ* introeat. Pſal. 24. v. 7. indignum certè arbitrentur, locum ei in terris negare, qvi *ut in cœlis nos locaret, Homo in terris factus, ſangvinem ſuum pro nobis profundere* minimè dubitavit.

Qvod ipſum Principes terræ, hoc præſertim ſeculo ſeriò perpendant. *Seculum* enim hoc *Lutheranum* propter *puritatem verbi divini* verè eſt *aureum*, qvo Deus miſericors maculas & deformitatem Eccleſiæ ſub *Papatu informem*, *pro ſuâ immensâ bonitate per*

Dn.

Dn. D. Lutherum, electum illud divinum organum, abſterſit, & Eccleſiæ ſuæ verè Apoſtolicam & priſtinam venuſtatem, nitoremqve, in his regionibus bonam partem reſtituit.

lectoris in Orat. de Elect. & Duc. Saxon.

Hoc loco nemo ibit inficias, ſed potiùs confitebitur qvilibet verus Chriſtianus, qvòd Deus πολυέλεος, Admirandum Divinum Saxonicum Primum *exoriri fecit in Electoratu Saxonico*, dum anno ſupra milleſimum, qvingenteſimum, decimo ſeptimo, per Dn. D. Martinum Lutherum, *abrogari Papatum*, *& lumen verbi divini iterum lucere*, nec non longè lateqve propagari fecit.

De ſeculo aureo.

Ipſiq autor eſt Deus.

Admirandum divinũ Saxonicũ.

Ab eo tempore in *Saxoniæ qvoq; Principibus, & Electoribus, religionis Lutheranæ veræ & ſinceræ ſtudium* penitùs inſedit; qvod ex eo maximè apparet, dum Patrum noſtrorum memoriâ, *renaſcentis Evangelii ſplendore* longè lateqve fulgente, illum non modò non extinctum voluerunt, ſed & *adventantem ad ſe Dominum* Jesum Christum, qvi per Pontificum Romanorum vim ac tyrannidem ab ipſorum provinciis diu exulaſſet, *ut & verbum ejus ſalvificum cupidè ſunt amplexi*.

Pergrata Principum Saxonicorũ pectora.

Propria hæc eſt dignitas & Celebritas, nec non Inclytæ Domus Saxonicæ Electoralis *Claritas*, *Ut veram religionem, verbo Dei conſentientem, in Electoratu Saxonico exortam*, tueantur, defendant & propagent, omniaqve falſa dogmata cum verbo Dei pugnantia, à ditionibus ſuis depellant & prohibeant. Qvod ipſum *ruta virens, clypei Saxonici trabibus impoſita* præſignificavit.

Deus τρισυπόςατος primum in Saxonia verbi divini lumen exoriri fecit.

Si enim ea inſpicimus, qvæ ab hominum memoriâ propter vetuſtatem remota, è literarum monumentis eruuntur, anno ſanè ſupra milleſimum, centeſimum, octogeſimo, Imperator Fridericus Barbaroſſa, Ratisbonam conventu indicto, tertio Idus Julii, Heinricum Leonem, Saxoniæ Electorem, ob ejus contumaciam proſcripſit, ditionesqve fere omnes ei eripiens, exceptis Brunſwigâ & Lunæburgo civitatibus, aliis principibus & ordinibus Imperii attribuit: Bernhardo verò Anhaltino Electoratum Saxoniæ aſſignat, qvia ejus avia Magni Ducis Saxoniæ & Brunſvigi eſſet Filia.

Ortus rutæ Electoralis Saxonicæ.

Dn. M. Paulus Jeniſius cõcionator aulicus Electoralis Saxonicus ib.

Hujus

Hujus enim *clypeum, trabibus nigrantibus qvinq;*, & ſpaciis totidem aureis conſpicuum, *è ruta virenti redimiculo inſuper ornat;* qvo inſigni in hunc usq; diem Saxoniæ Electores & Duces *ſummo cum laudis honore* utuntur.

ἀξιομνημόνευτον Cæſareum.

Imperator enim coronam è foliis rutæ contextam gerens, eam dimidiam Bernhardi Anhaltini capiti impoſuit, hocqve inſigni clypeum Saxonicum exornavit; dimidiam verò capiti ſuo applicuit; ſignificans, Sereniſſimam Domum SAXONICAM Electoralem eſſe Regiâ & Cæſareâ dignitate digniſſimam.

Natales nec non familia illuſtriſſima Sereniſſimi Dn. Electoris.

Qvemadmodum verò ruta venenum pellit, eiqve reſiſtit; pari qvoq; ratione, *inclyta domus Saxonica* veneno Pontificio & Calviniano, aliisqve hæreſibus obfirmatè repugnat & adverſatur. Ex ejusmodi ſtirpe perilluſtri prognati, Albertus Abavus, Heinricus Proavus, Auguſtus Avus, Chriſtianus qvoqve hujus nominis Primus, Electoris noſtri progenitor laudatiſſimus. Qvos principes dum recenſeo, vos tot per Germaniam lumina, tot ornamenta, tot ſidera videre exiſtimetis. Horum Saxoniæ Ducum Origo, longâ ſerie ad Witechindum Saxonem usqve refertur. Qvi *relictâ temporum*, in qvæ inciderat, *ſuperſtitione*, ante annos plus minus octingentos, *baptizatus, chriſtianam religionem profeſſus, Dominum Jeſum ſibi Regem conſtituit*. Ille ipſe civibus jucundus, hoſtibus formidabilis, è ſuâ familiâ Imperio Cæſares, aliis provinciis Reges, Principesqve ſuppeditavit.

VVitechindus Magnus

Imperatores Romani ex ſtirpe Saxonica oriundi.

Celebrant hiſtoriæ *Heinricum Aucupem*, qvi procerum diſſenſionibus concuſſum, labefactatumqve imperium, nutantemq; ob barbararum gentium incurſiones Germaniæ libertatem ſuâ virtute iterum erexit. Celebrant Ottonem Primum; at qvantum virum? Qvi unus inter tam multos Imperii Monarchas inventus fuit, qvi rerum geſtarum amplitudine, prudentiâ ac felicitate cum *Carolo Magno* comparandus, neminem ferè parē habuiſſe diceretur. Celebrant *Ottonē Secundum*; celebrant item Tertium; qvorum ille virtutis Paternæ æmulus, hic felix bellator, ſed morte immaturâ præventus Imperii Dignitatem plurimùm auxit & confirmavit. Hi qvoqve oriundi ex Witechindi progenie univerſi, ex qva oriundi & reges Galliæ! ex eadem ſtirpe Sabau-

Dn. M. Paulus Jeniſius ibid.

Sabaudiæ qvoqve Duces in Allobrogibus, Marchiones etiam Montisferrati in Italia originem ſuam duxerunt.

Sed ad principes noſtros recurrat oratio. Marchionum Miſniæ Conditorem fuiſſe *Timonem;* nemo, qvi antiqviores res geſtas ſaltem leviter delibavit, inficias ibit. *Timonis tritavus fuit Witechindus* junior, Magni filius. Timoni propter præſtitam in bellis fidem, Marchiam Miſnenſem tradidit *Heinricus IV. Imperator*. Omitto, qvantas res domi foriſqve, qvanta cum Sapientiæ, Juſtitiæ, Fortitudinis & Temperantiæ laude geſſerint Marchiones Miſniæ. Omitto, qvanti honores partim à proceribus Imperii, partim ab exteris, ipſis habiti ſint; qvòd Fridericum Magnanimum, qvi contra tres Rom. Imperii Monarchas Miſniam tutatus eſt, Ducem ſibi Mediolanenſes expetiverint: qvòd poſt Maximiliani primi diſceſſum, Imperii Dignitatem, eo ipſo tempore, qvo ſummi per Europam Principes iſtud ambirent, conſentientibus ſuffragiis, Electores ad unum Fridericum Saxonem, cognomento Sapientem detulerint. Hoc verò ut addam, *inclyta Domus Saxonicæ celebritas poſtulat:* Albertum Saxonem, Phryſiæ Ducem, Maximilianus primus hujus nominis Imperator eſſe voluit.

De Marchionibus Miſniæ.

Dn. M. Paulus Jeniſius, ibid.

Nemo hæc negabit, niſi qvi hoſpes eſt in hiſtoriis.

Fridericus Sapiens offert Carolo V. Hiſpaniarum Regi Imperatoriam dignitatem.

Qvantas hic res geſſerit, ſi dicere ingrederer, verendum ſanè, ne cùm multa dixiſſem, multa tamen reliqviſſe viderer. Is contra Carolum Galliæ regem magno ſucceſſu rem geſſit publicam, Gallos Flandriâ expulit; Matthiam Corvinum, Pannoniæ Regem, totâ penè Auſtriâ, qvam armis ſubegerat, rejectum; tandem pacem *cùm Friderico Imperatore inire coëgit:* Belgas libertatis cupidos, Imperiumqve Maximiliani detrectantes, aliqvot præliis contrivit: Friſios, acerrimam gentem, minimeqve jugo ferendo aſſvetam ita perdomuit, ut niſi immaturâ morte fuiſſet præventus, provinciam illam omnem ditioni ſuæ adjeciſſet. Hic ex Sidonia, Bohemorum regis filia, *Georgium & Heinricum Saxoniæ Duces* procreavit. *Huic Alberto,* res domi foriſqve magnificè geſtæ, *manus Imperii dextræ* cognomentum pepererunt.

Albertus Dux Saxoniæ.

Ejusq; admiranda facta Saxonica.

Albertus ille dextera Imperii dictus.

Heinrici nomen, ipſius ardens in Deum pietas, puræqve religionis cultus, *qvem ille omni vindicatum errore, primus huic provinciæ*

Heinricus Saxoniæ Dux.

Digitized by Google

Auguſtus Elector Saxoniæ. *conceſſit*, in ſummam claritatem extulit. *Auguſti Electoris fama*, qvam pietate fervidâ, virtute vividâ, dignitate floridâ, potentiâ regiâ acqviſitam, nullâ acerbitate vitiatam, ad extremum usqve retinuit, *omnes orbis Chriſtiani fines replevit.*

Noſter verò Elector qvem progenitorem habuerit, qvid opus eſt, id, qvod omnibus obvium, recenſere? *Chriſtianus Primus, Elector.* *Chriſtianus Primus*, *verè Chriſtianus veræ* qvoqve fidei & pietatis fuit ſtudioſiſſimus. Hanc non natura nobis ingenerat, non gentilium præcepta tradunt, ſed *verbum accendit*, *Sacramenta obſignant*, adverſa probant. *Verbum Dei & Sacramenta*, *fidei & pietatis in Deum* cauſæ ſunt & ſtabilimenta: nec fidei ſolùm, ſed & hominis, cujus vita in lubrico poſita, his ipſis firmanda & ſolidanda eſt. Novit hoc ipſum *Pſ. 119. v. 105.* Pſalmographus, qvi in tenebricoſo hujus vitæ greſſu, hac ſibi facula, *hac lampade opus eſſe* affirmat. Novit idipſum Apoſtolus, qvem *1. Tim. 4. & 6. capp.* præ aliis rebus omnibus *Pietas maximè delectat.* Novit hoc Elector *Chriſtianus Primus*, qvi veram fidem & pietatem in omni vita, ſibi ita neceſſariam cenſuit, ut inde usqve à pueris *in verbi auditione ſe diligentem*, *in Cœna myſtica ſumtione* freqventem, in adverſis ſuſtinendis non infirmum, in fortuna ſecunda moderatum, in omnibus deniqve ſic animatum præbuerit, ut *verâ cordis fiduciâ eum, cui ſe ſuaq; omnia* debebat, firmiter amplecteretur, & conſtanter retineret.

Mater Sereniſſima. Mater verò Domini Electoris noſtri, SOPHIA, *nunqvam ſatis celebranda Electoriſſa*, *Parentum Electoralium oculus*, *Mariti cor*, *Familiæ decus*, *Domus columen*, *Eccleſiæ jubar*, *bonis perfugium*, *miſeris aſylum*, vitæ piæ ac laudabiliter actæ fuit exemplum. Qvam enim fœminam *hac Principe*, aut *ſtudio religionis flagrantiore fuiſſe*, *aut majori conſtantiâ* pietatem coluiſſe dicemus? In Jeſu Chriſti *Servatoris noſtri unici doctrina*, cujus initia ætate hauſit tenerrimâ, *tantâ curâ & aſſiduitate* ſe exercuit, ut ortâ à fanaticis de qvibusdam religionis noſtræ inauſpicatâ contentione, *qvidnam fidei conveniens*, *qvidve ab ejus puritate abhorreret*; *facilè intelligeret*. *Encomium Catechiſmi Dn. D. Lutheri.* *Scriptura ſacra lectioni* multùm operæ impendebat; *Catecheſin Dn. D. Lutheri*, *libellum ex ſpacioſiſſimis Scripturæ ſacræ campis* flores decer-

cerptos jucundo odore fragrantiſſimos continentem, impensè diligebat, conciones ſacras attentè audiebat, pectus ſuum *myſtico pane, hauſtuq; vivifici ſangvinis Chriſti* ſubinde reficiebat, pias preces easqve aſſiduas *conſtanti in Deum fiduciâ, & ſpe exauditionis certiſſimâ*, pro Conjugis, Liberorum, Eccleſiæ, ſtatusqve publici incolumitate freqventiſſimè concipiebat, & religioſiſſimè fundebat. Talibus parentibus procreatus Elector noſter *eximium ſibi decus* contraxit & ornamentum.

Serenißimi Domini Electoris nativitas & baptiſmus.

Qvod itaq; felix & fauſtum ſit, & in totius Reipublicæ Chriſtianæ emolumentum cedat; anno ſupra milleſimum qvingenteſimum octogeſimo qvinto, tertio Nonarum Martii, hora X. poſt meridiem, *naſcitur Illuſtriſſimus Princeps ac Dominus, Dominus* JOHANNES GEORGIUS, cujus per Baptiſmi ſacroſancti lavacrum initiationi, uterqve Elector, Dn. Avus, & Dn. Avia affuerunt.

σύγκρισις nati Electoris cum nativitate Johannis Baptiſtæ.

Luc. 1. v. 58.

Beneficium divinum.

Qvemadmodum ſacra pagina de Johannis Baptiſtæ matre & nativitate refert; *audiverunt vicini & cognati ejus, qvòd magnificè Dominus miſericordiâ ſua uſus eſſet erga matrem Eliſabetham*, & gratulabantur ei: *pari qvoq; ratione gaudio gaviſi ſunt maximo*, non tantùm *uterq; Parens, ſed etiam avus Elector* pientiſſimus, qvòd & alterum ex eodem Heroë filio *nepotem, Dominum Johannem Georgium cerneret*. Qvod ſanè beneficium divinum memori mente agnoſcebant, atqve ad autorem ſuum divinum, cum gratiarum actione devotiſſimâ referebant, ideoqve *magnæ pietatis principes recens natum Ducem ſalutaribus aqvis tempeſtivè aſpergi* voluerunt, ut à peccati inqvinamentis mundatus renaſceretur, *Deoq; ſummè benedicto & glorioſiſſimo* purâ mente in perpetuum adhæreret.

Ingenium.

Ingenium à Deo accepit Princeps JOHANNES GEORGIUS *ad omnia ſumma & laudabilia* accommodatum; imò ad *auguſta & maxima* natum. Talis indoles, bonis exculta moribus, ſemper *ad maximè laudabilia* tendit: qvod & in Principe noſtro apparuit. *Deus ei hoc* dedit, *qvicqvid aggrederetur, ut egregiè conficeret, in omnibus excelleret, & ex omnibus actionibus cum laude decederet.*

Educatio.

Laudatiſſimus verò Dn. Parens cum Electori noſtro *præmaturâ*

Digitized by Google

tura, proh dolor! *morte* ereptus fuiſſet, *educatio Matris Illuſtriſſimæ* fuit relicta. Hinc *bonis imbutus moribus Princeps noſter*, & cum religione vera pulcerrimarum virtutum ſemina imbibit apud Matrem pientiſſimam, cujus *aula pietatis & virtutis officina* extitit, in qva locus tribuebatur nemini, niſi qvi ad *Illuſtriſſimæ matris exemplum, pietate in Deum, vitæq; innocentia* ſeipſum commendaret.

Aula Sereniſſimæ matris.

Ut in ſemente poſita eſt ſpes meſſis: ita totius reliqvæ vitæ expectatio *ab educatione pueritiæ* prodit. Ex illa viri boni, utiles cives, pietatis amantes, honeſtatis avidi, virtutum ſtudioſi, juſtitiæ cupidi, improbitatis hoſtes, crudelitatis & tyrannidis inimici & oſores prodire ſolent. Pari qvoqve modo *ſaluberrimis præceptis, Domini timorem, pulcerrimum illud ſapientiæ initium*, ante omnia inſtillantibus, *Electoris noſtri tener & recens animus* imbuebatur; ſanctiſſimis ex Scriptura ſacra depromtis dictis, ſermonibus & vocibus aures perſonabant, iisqve cor implebatur, *nec non optimis vivendi rationibus* aſſvetus, *religioſè & ſanctè educatus eſt.*

Encomium honeſtæ educationis.

Pſ. 111. v. 10. Sir. 1. v. 16.

Magnatum hæc cura ſit, ut filios ſuos in Senatum ſecum ducant; & hi poſtea graviſſimis interſint conſultationibus, *ſapientum delectentur converſatione & conſiliis*, de rebus arduis paulatim curam cogitationemqve ſuſcipiant, judiciorum conſvetudinem videant, ferendarum ſententiarum morem cognoſcant, diſcantq; alia, qvæ neceſſaria iis, qvi civitatis gerere perſonam, qviqve recta & utilia, cum legibus conjuncta præſcribere aliis cupiunt.

Locus communis.

Educatio illa proſperum qvoq; eventum eſt ſortita. Incredibili enim voluptate viderunt omnes veræ pietatis ſtudioſi, qvàm *exeeratus fuerit Elector noſter Sereniſſimus*, Turcicas Sacramentariorum blaſphemias, nec non Pontificiorum & Jeſuitarum horrendas Idolomanias & abominationes; & qvanto zelo iſtas furias & hyænas fuerit averſatus.

Theſis transfertur ad hypotheſin.

CAPUT SECUNDUM.

De Domini ELECTORIS itinere in Italiam.

Exte-

EXteras, easqve varias, regiones cum judicio adire, celebriores urbes recto & confirmato animo inviſere, earum non modò montes, ſylvas, urbes, ædificia & turres videre, verùm etiam *leges, mores & instituta notare*, ut locis ac temporibus aptè convenienterqve aliqvis ſe gerat, magnatum & heroum filiis cumprimis prodeſſe ſolet.

Peregrinandi ſtudium itaqve ſic ſuſcipiendum, non ut blandiuſculas voluptates qvis hauriat liqvidiùs, ſed ut prudentiæ fructus colligat uberiùs; ut luceat Gallus in Italo, Italus in Anglo, Anglus in Hiſpano, Hiſpanus in Scoto. Scotus, ſed ſine obſtinationis labecula ſubmiſsè: Hiſpanus, ſed ſine errore religiosè: Italus, ſed ſine commentis Pontificiorum catholicè Gallus, ſed ſine ineptiis exteras regiones adeat. Qvilibet in qvibusvis peregrinandi ſtudiis ita prudenter agat, ut qvomodo civibus jura præſcribenda, diſſidia componenda, verba publicè facienda, legationes obeundæ, præterita tenenda, futura proſpicienda, non tantùm intelligat ad ſuam voluptatem, ſed & uſurpet ad Reipublicæ utilitatem. *Virtus igitur acqvirenda ſcopus eſto peregrinationum* non Pontificiarum ſed Politicarum; qvem ſcopum Argonautarum navigatio, qvaſi typo qvodam oſtendit.

Qvâ ratione peregrinandi ſtudium ſuſcipiendum. Dn. D. May ſartus in Melliſicio.

Peregrinationũ ſcopus.

Argonautæ in ſermonibus ſcriptorum celebratiſſimis verſantur, qvi heroës præſtantes & delecti, (ab aliqvibus qvinqvaginta qvatuor numerantur) præclarum & memorabile facinus aggreſſi ſunt. Inter illos Jaſon, Caſtor & Pollux, in Argo Jaſonis navi velociſſima, Colchos profecti ſunt, ad rapiendum vellus aureum. Colchis qvidem Aſiæ regio eſt, juxta Pontum, in qva caucaſi juga ad Riphæos torqvẽtur montes, altero latere in Euxinum & Mœotin, altero in Caſpium ſeu Hircanum mare devexa. Aureum verò vellus *virtus* eſt, *cujus laus & palma in medio omnibus poſita.* Illa actione unicâ non acqviritur, ſed *crebræ actiones & virtutum exercitationes*, multo ſudore conſtantes, inſtituendæ ſunt. Sic tandem creberrimæ illæ diſpoſitiones virtutis habitum conſtituent.

Simile appoſitum.

Virtutem poſuere dii ſudore parandam.

Crebræ diſpoſitiones præcedunt habitum.

In qvam ſententiam Marcus Tullius Cicero adoleſcens Athenas profectus eſt, capiendi cultus ingenii causâ. Ibidem cum do-

Ciceronis exemplum.

ctiſsimos qvosqve Philoſophos, Rhetores ac viros eloqventiſsimos audiviſſet, tandem diſcendi causâ in Rhodum Inſulam conceſsit. In illa ipſe homo Romanus græcè declamitans, *univerſum auditorium eloqventiâ ſuâ obſtupefecit*, adeoqve oratione ſapientiſsima & diſertiſsimâ Apollonium & Poſidonium, ejus ſcholæ proceres movit, ut extra ſe rapti, & pudore perculſi, apud ſeſe non eſſent amplius.

Cicero Rhodum iter facit.

Patrum noſtrorum temporibus, Megalander qvoqve, Dn. D. Martinus Lutherus Romam profectus anno Chriſti ſupra milleſimum, qvingenteſimum decimo. In cujus viri admirandi laudes hoc loco tranſire allubeſcit. Unus fuit Helias, unus Baptiſta, unus Paulus, σκεῦος ἐκλογῆς θεοπνευστοκίνητον; Sic etiam *unus Lutherus* τῶν θεολόγων Φωσφόρος:* Veteris Eccleſiæ Doctoribus par non tantùm *doctrina, ſapientia*, donis, ſed & *dictorum* perſpicuitate & Scripturæ ſacræ explicatione. Nec plures huic *Evangeliſta ter maximo* ſimiles venturi ſunt alii, usqve ad extremum diem, qvem ipſe præceſsit; *Spiritu & virtute, zelo, fide ac potentiâ ſpirituali Heliæ* Thesbitæ præditus, ipſe Helias ultimus, dictis ac factis, potens & admirandus, σοφοδυναμοπαιδευθεοπυρσυνεργοποιός.

σύγκρισις Electoris cum D. D. Lutheri itinere in Italiam.

Lib. 1. Iliad. πειθώ τις ἐπεχάθηλο χείλεσιν αὐτοῦ.

εἷς Θεσβίτης, εἷς πρόδρομος!
εἷς παῦλος, εἷς λούθηρος!

Lutherus, inqvam; Pelidæ ſtomachus in juſta cauſa, verbum & gloriam Dei concernente, cedere neſcius; στόμα χρυσομελίγλωσσον κῆρ δ' ἐν καὶ πνεῦμα ἐλεύθερον. Hujus viri ſcripta ſunt πνευματολογικῶς πνοα, ideoqve reliqvis longè præferenda; propterea qvòd Lutherus noſter, (qvem nunqvam ſine honoris præfatione & ſingulari elogio nominarem, niſi me verba deficerent.) Spiritum Sanctum in longè copioſiore & luculentiore menſurâ ferè habuerit, qvàm cæteri omnium ætatum Theologi, qvod abundè ſatis docet ac teſtatur univerſa hiſtoria vitæ, doctrinæ, laborum, certaminum. Teſtatum reddunt idipſum *ſucceſſus incredibiles & victoriæ glorioſiſſimæ contra Satanam & Papam, & contra utriusq; regnum*, omnes-

Digreſſio in D. D. Lutheri laudes.

D. Lutherus vas Dei electum. A. Pet. 1, 18.

*Vide M. Michaëlem Neandrum in prolixâ præfat. græcæ grammatices.

omnesqve fanaticos; in qvas etiam Angeli ſancti cum voluptate & lætitiâ proſpexerunt.

Qvi verò D. Lutherum & ejus ſcripta contemnunt, tales qvavis glacie frigidiores, κοσμοχαληδεπτηνηρῶν φίλοι, πνευματευτεχνοδιαλεκτικοθεόλογοι, †qvi nunqvam rectè didicerunt, multò minus in corde ſenſerunt & experti ſunt, qvid Lex, qvid Evangelium, qvid fides, qvid opera?

Antitheſis.

† Sunt ipſiſſima verba Dn. Michaelis Neandri in præfatione jam dicta.

Qvòd verò B. Lutherus de Papæ poteſtate & regni Pontificii veritate ſpecioſâ & fucatâ cœperit dubitare, & poſtea magnâ παῤῥησίᾳ Papæ autoritatem humi proſtraverit, nervosqve regni Pontificii *gladio Spiritus Sancti* inciderit, movit & permovit VIRUM DEI procul dubio, inter alias rationes, iter qvoq; in Italiam, qvod juſſu conventus ſui, propter Auguſtiniani ordinis expedienda qvędam, & ut majores ſuos miſſis Antichriſtianis, pro more iſtius ſeculi fanatico & idololatrico, ex purgatorio Pontificiorum fictitio & factitio redimeret, ſuſcepit.

Fructus & effectus itineris D. Lutheri in Italiam.

Purgatorium Pontificiorum eſt fictitium & factitium.

Romam enim veniens vir Dei, Anno M.D.X. vidit Pontificis tyrannidem, vidit κατείδωλον οὖσαν τὴν πόλιν, ſimulacrorum & idololatriæ cultui deditam civitatem, **Romam Univerſam*; vidit absqve omni attentione & devotione miſſas demurmurari & peragi à monachis. Priusqvam enim Lutherus unicam miſſam abſolveret, alius prope ipſum in vicino altari ſeptem miſſas demurmuravit. Hinc poſtea Spiritu Dei accenſus D. Lutherus, παρωξύνετο τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ, incandeſcebat Spiritus ejus in ipſo; *ideoq; prædicavit poſtea cum D. Paulo ſolum* Jeſum, & ejus reſurrectionem. Non enim judicavit qvicqvam ſcire inter homines, niſi Jeſum† Chriſtum & hunc crucifixum.*

** Act. 17, 16.*

Hypocriſis & impietas celebrantium miſſas in regno Antichriſtiano.

** Ibid. v. 18.*

† 1. Cor. 2, 2.

Hic Lutherus fuit ὁ μέγας παλείδος ἀστὴρ, Magnus Filii Dei Evangeliſta, θεογλωσσοπνευστοπύρσευτος, tertius Helias, πνευστενιθεοπαυλιδελοσεφοδωναμυεργοποιὸς, Antichriſticida, θεοπυρκινητοθελκσυκάρδιος, Propheta Germanię, ſummus doctor Eccleſiæ, θεογλωσσοστηθοπύρστητος χάρις, ultimi millenarii Evangeliſta maximus, θεοκινητοπύρσευτον φῶς τοῦ κόσμου, Divinus Scripturæ Interpres.

Continuatio laudum B. Lutheri.

Pari

Ipſa σύγκρισις & Collatio.

Pari qvoqve ratione *Sereniſſimus Elector noſter*, ætatis annum XVII. ingreſſurus, iter in Italiam, Venetias & Romam verſus ſuſcepit, ut idolomanias Pontificias eò ſeveriùs averſaretur, nec non veritati verbi divini & Catecheſi D. Luthori eò tenacius adhæreret. In qvam ſententiam Mater Sereniſſima *νῦν ἐν ἁγίοις, ὁσίοις καὶ εὐλογίοις*, per Eſaiam à Brandenſtein ſeriò *Dn. Johannem Georgium admonuit*, ut idololatriam & hæreſin Pontificiam, nec non blaſphemias Calvinianas *cane pejus & angve evitaret, & in agnita verbi divini veritate conſtans permaneret.*

Diceſſit Illuſtriſſimus 1601. 16. Januar.

Anno itaqve ſupra milleſimum ſexcenteſimum primo, XVI. Cal. Februarii, Eſaias à Brandenſtein, Conſiliarius intimus, Wilſtrofium pergit, ad qvem ſeqventi die *Elector noſter* unà cum nobiliſſimis, Rudolpho à Vitzthumb/ & Chriſtophoro Rudolpho auſm Winckel accedens, ſumto prandio, Eulam pagum prope Noſſenum porrexit, XIII. Cal. Febr. ipſo die Fabiani, cum comitibus *Rochlitium* venit, & in diverſorio ſuperiori ignotus noctem illam tranſegit. IX. Cal. Febr. Salfeldiæ Georgius à Niſwitz comitibus hiſce ſeſe adjunxit, ut Ducem qvoqve per totum iter comitaretur.

Norimberga & Vindelicorum Auguſta, hoſpitium præbuêre Duci Saxoniæ.

Poſtea V. Cal. Febr. Bambergam, & III. Cal. Febr. *Norimbergam*; nec non III. Non. Febr. *Auguſtam Vindelicorum* acceſſit, atqve ſic *per Dei gratiam Dresdâ Auguſtam usq;* miliaria LXI. confecit. IV. Idus Febr. Illuſtriſſimus Princeps noſter cum comitibus Auguſtâ bono cum Deo diſceſſit. Peragratis celebrioribus qvibusdam Germaniæ urbibus, in Italiam rectà contendit, perluſtratis Venetiis, Verona, Mediolano, Roma, Florentia, aliisqve nobilioribus civi-

Admirandũ divinum gratuitum.

tatibus. Dux noſter Mediolani in morbum gravem incidit; qvo tamen *ſingulari Dei bonitate* levatus eſt, utilem admodum operam navante Illuſtriſſimi Sabaudiæ Ducis archiatro.

Qvod itaqve felix & fauſtum ſit, nec non Eccleſiæ, Germaniæ & Miſniæ ſalutiferum, Anno M. DC. II. *Princeps deſideratiſſimus* Dn. JOHANNES GEORGIUS ex *itinere Auguſtam ſalvus & incolumis rediit*, & V. Idus Febr. Dreſdam appulit, ſummo cum gaudio & congratulatione Sereniſſimæ matris Viduæ, nec non Sereniſſimi fratris Electoris, Dn. CHRISTIANI II. *τῶν ἐν εὐλογίοις.*

γίοις καὶ νῦν ὁσίοις; ut & omnium ordinum. Expertus itaqve eſt Sereniſſimus Dn. *Elector noſter ſingularem providentiam & protectionem divinam*, per univerſum illud iter. Nam qvemadmodum Deus bonitate Optimus, potentiâ verò Maximus ipſum liberavit anno ipſo M.DC.II. die XXIII. menſis Junii, pridie S. Joh. Baptiſtæ, ubi qvidem periclitabatur Princeps optimus cum fratre Sereniſſimo Domino Electore, CHRISTIANO II. navi vectus in Albis fluvio, in qva pulvis tormentarius per incuriam incendebatur, *ſed præſentiſſimo divino auxilio*, non ſine magno & præſenti vitæ diſcrimine, *ſalvus tamen & incolumis* evaſit: Pari qvoqve ratione *Deus* πολυίλεως Illuſtriſſimum Principem, & Romæ, ubi fauces inferni ſunt apertæ; & Mediolani, ubi, qvemadmodum dictum, in graviſſimum morbum incidebat, *defendit, pro ipſius ſalute pugnavit, incolumemq; conſervavit*. Qva in parte Pientiſſimæ Matris, Dominæ SOPHIÆ, τῆς νῦν ἐν ὁσίοις, *precibus māternis, utpote qvibus nihil fortius*, adjutus eſt Princeps optimus. *Oratio enim juſti eſt clavis cœli: aſcendit noſtra oratio, & deſcendit Dei miſeratio.*

Singularis providentia divina.

Periculum ingens: & vita diſcrimen præſens.

Oſtendit tunc potentiam, Rex & Chriſtus Regũ ſuam.

Maternis precibus nihil fortius.

CAPUT TERTIUM.

De
Sereniſſimi Domini Electoris pietate erga DEUM.

ALexandrum Magnum, orbis domitorem dixiſſe accepimus, ſibi multô eſſe jucundius, qvòd *de diis immortalibus rectè ſentiret*, qvàm qvòd multis populis imperaret: id de ſe multô veriùs affirmare poteſt *noſter Elector, ſe unius Chriſti & verbi ſui gloriam omnibus regnorum præſidiis, ornamentis ac triumphis prætuliſſe.* Rectè enim per Dei gratiam ſentit Dominus Elector cum libro Concordiæ & Viſitationis articulis, de Deo omnipotente, de Chriſto & ejus merito, de peccato, de lege, de Evangelio, de juſtificatione & reliqvis articulis *Unico Chriſti merito firmiter nititur verâ fide*, qvod *ſymbolum ipſius ſatis ſuperq; teſtatur*, qvod cum Joviano Imperatore commune habet: SCO-

σύγκρισις Dn. Electoris I. Cum Alexandro Magno. II. Cum Joviano Imperatore.

Dn. Electoris ſymbolum auguſtiſſimum.

PUS VITÆ MEÆ CHRISTUS! *Inſignis profectò hæc eſt confeſſio*, ex verâ in Chriſtum fide & amore ejusdem fervido profecta. qvâ *Sereniſſimum pectus* palàm profitetur, qvòd *Dn. Jeſum Chriſtum & ſuum ipſius verbum, tanqvam fidei & vitæ ſuæ cynoſuram* & Helicen in corde & conſpectu ſuo ſemper poſuerit, ipſiusq; Celſitudinis *Sereniſſimus animus verâ pietate* ſit imbutus. Fundamento probè jacto reliqva facilè & firmiſſimè ſuperſtruuntur. *Pietas eſt fundamentum omnium reliqvarum virtutum.* Nam

Virtutes Pietas in ſe complectitur omnes.

Pietate igitur probè fundata in Sereniſſimo pectore, reliqva omnia feliciter ceſſerunt & evenerunt; *Illâ ipsâ ad gloriæ ἀκμὴν per Dei gratiam* pervenit; ſic etiam reliqvæ virtutes ſuperſtructæ floruerunt, viguerunt. Illa ipsâ regum fulcitur thronus: per hanc Princeps eſt externis admirabilis, hoſtibus terrori & formidabilis, *Pietas eſt*, qvæ Magiſtratum pariter & ſubditos *Deo charos* reddit, dignitatem Principis tuetur, populi obedientiam alit, mœnia firmat, hoſtes procul depellit, nec non proſperitatem & fortunatos rerum exitus impertit.

Vera pietatis laus & encomium.

Illius documenta certiſſima & τεκμήρια evidentia Elector noſter præbet ſatis illuſtria. Ut enim in Celſiſſimo ipſius animo vera dominatur religio: ſic etiam in illa exercenda & cultu divino freqventando *diligens eſt & aſſiduus. Sacra Biblia manu verſat diurnâ & nocturnâ: conciones tres publicas* ſingulis ſeptimanis attentè audit, omnesqve hæreſes à ditionibus ſuis longè lateqve repellit. *Deum ſuum animo religioſiſſimo ſpectat*, honorem ipſius divinæ Majeſtati ὁλοκαρδίως præſtat, *Deum metuit ut filius dilectus & amat*, hunc ὁλοψύχως veneratur; animum & cogitationes ad Deum ipſiusqve verbum ardenter refert, nec non in omnibus faciendis & fugiendis *Deum & ſuum ipſius verbum, tanqvam certiſſimum Ducem ferventer ſeqvitur*, adeò, ut vitam agat cum pietate ſeriâ conjunctam, veræqve religionis ardore & fervore ad Ezechiæ & Joſiæ pietatem, qvàm proximè accedat. Nam cum Ezechia in Jehova DEO Iſraël confidit & ſperat, 2.Reg.18.v.5. precibus pugnat contra ſuperbum & tumidum Sennacherib, 2.Reg.19.v.15. audit divinas con-

Theſis transfertur ad hypotheſin.

σύγκρισις Electoris cum regibus Ezechia & Joſia.

conſolationes per Prophetam Eſaiam (per Prophetas & Apoſtolos in V. & Nov. Teſtamento) ad ſe miſſas; *videt admiranda divina in ſe collata*, 2. Reg. 20. v. 11. vidit *initium* belli Germanici, & ejusdem finem exoptatum, pacem in Romano Imperio auguſtiſſimam. Cum Rege Joſia 2. Reg. 22. v. 5. Eccleſias, Academias & ſcholas ædificat, earum miniſtros alit, ſtipendiisqve amplificat & exornat, ibid. v. 11. verbum Dei ex utroqve Teſtamento attentè audit & obſervat; ſubditos ad fœdus gratuitum, verâ pœnitentiâ cum DEO renovandum ſeriò invitat, 2. Reg. 23. v. 3. zelo cum ſcientia (ibid. v. 6. 7. 8.) conjuncto, *pro verbi divini veritate ſarta & tectâ conſervanda*, dies noctesqve cogitat; dies feſtos ſummâ (ibid. v. 22.) devotione in gloriam nominis divini celebrandos graviter mandat.

Qvemadmodum Heliotropium cum Sole circumagitur, ejus ortum manè ſpectat, & omnem per diem iter ipſius ad occaſum ita perſeqvitur, ut ad eum floris ſui faciem vertat aſſiduè: pari qvoqve ratione *Illuſtriſſimus & Pientiſſimus Elector noſter Deum omnipotentem, & ſumme miſericordem*, ipſiusqve verbum ſacroſanctum animo contemplatur fideliſſimo, omnia ſua ſtudia in uno DEO, Deiqve verbo figit, omnesqve ſuas actiones votis ſuis cordialibus inchoat & perficit: ideo easdem qvoqve felicem & exoptatum finem habituras, firmiter concludimus.

Simile appoſitum.

Verbum ſit vita regula certa tua.

CAPUT QVARTUM.

De

Sereniſſimi Domini Electoris Conjugio.

INter omnes vitæ hujus amicitias & ſocietates *nulla ſanctior, nullaq; valentior & firmior* eſſe debet, qvàm *legitima mariti & uxoris*, in una domo habitantium & unanimiter viventium *conjunctio ſuaviſſima*.

Veteres autem Scriptores, græci juxtà ac latini, multis, iisqve eximiis conjugium ornaverunt encomiis. Plinius teſtatur, fuiſſe Romanorum legem, ut Dictator, Prætor, Cenſor, Qvæſtor & Magiſter

In epiſt. qva Falconem propter cœlibatum reprehendit

giſter eqvitum nemo eſſet, niſi maritus. Dicebant enim, *Magiſtratus*, ex qvorum adminiſtratione populi ſalus pendet, *non oportere juvenum cœlibum poteſtati permitti.* Vir enim, qvi neqve uxorem neqve liberos ex ea legitimos domi haberet, *nullam qveq; poteſt obtinere autoritatem* in republica. Major qvoqve & potior ratio habita fuit maritorum qvàm cœlibum in exhibendis & conferendis honoribus. Plinius etiam commemorat, Auguſtum Imperatorem in more habuiſſe, ut *neq; juveni cœlibi ſellam poni juberet, neqve maritum ſtantem dicere pateretur.*

In epiſt. ad Fabatum Proſocerū.

Lycurgi ſententia.

Lycurgus Lacedæmoniorum princeps & legislator clariſſimus, exercituum duces & templorum ſacerdotes (Arrigite aures vos Pontificii.) juſſit uxores ducere. *Maritorum enim ſacrificia diis eſſe acceptiora qvàm cœlibum* aſſeverabat. Phoroneus in legibus, qvas Ægyptiis dedit, gravi conſtitutâ pœnâ ſancivit & juſſit, *ne qvis cœlebs ulli præficeretur in Republica muneri*; qvia eum, qvi domum ſuam regere non didiciſſet, malè gubernaturum rempublicam, dicebat.

Phoronei leg. s.

Animadverſio Auguſti in cœlibes.

Hinc etiam probè perpendendum indelebili memoriâ dignum Auguſti Cæſaris factum. Cùm enim videret, qvòd eqvites legem, qvæ de conjugii & liberorum expertibus lata erat, antiqvari cuperent; Auguſtus certè ſeorſim maritos, qvibus proles erat, & ſeorſim cœlibes, in concionem convocavit. Ac ubi maritos numero reliqvis longè inferiores vidit, dolore commotus, maritos eqvites in hunc ferè modum eſt allocutus.

Auguſti Cæſaris oratio, ad maritos habita, qva conjugium laudibus extollit.

Dion. lib. 56

Horol. Princip. Domini VVanckely.

Etſi tantæ hujus urbis molis reſpectu, perpauci, longeqve aliis, qvi officium ſuum detrectant, pauciores eſtis: tamen propter hoc ipſum *vos eò magis laudo, ac gratias majores habeo*, qvòd & dicto audientes fuiſtis, & patriam civibus impletis. Qvi enim veſtro more vivunt, multos poſteritati Romanos relinquent. Ita ab initio, cùm Romanorum perqvam exiguus eſſet numerus, nuptiis ſtudentes, liberosqve procreantes, non *virtute modò, ſed & multitudine hominum omnes* mortales ſuperavimus. Qvorum memores nos, mortalitatem naturæ convenit perpetuâ ſtirpis ſucceſſione compenſare.

Qvam

Qvam potiſſimùm ob cauſam *Primus iſte ac maximus*, qvi nos condidit, *Deus humanum genus in duas partes cùm ſecuiſſet*, ac maſculam unam, alteram muliebrem feciſſet, amores eis ac conjugii neceſſitatem inter ſe indidit, ac fœcundam eorum conſvetudinem eſſe voluit, ut ex his alii naſcerentur, humanum qvoqve, aliqvo modo, ſempiternum eſſet vel exiſteret genus. Qvin ipſorum qvoqve deorum viri alii, aliæ mulieres eſſe, genuiſſeqve alii alios traduntur. Adeò etiam iis, nihil harum rerum indigis, nuptiæ & procreatio liberorum neceſſaria & pulcra viſa ſunt.

Primus & maximus Deus.

Proinde rectè vos deos imitati, ac parentum veſtrorum exempla ſecuti eſtis, ut qvomodo vos ii progenerârunt, ita vos aliam ſobolem ſufficiatis: Ut iſtos majores veſtros ducitis & vocatis: ita vobis idem alii nomen tribuant: Ut qvas res illi vobis cum gloria præclarè tradiderunt, eas aliis vos transmittatis: qvæ bona ii parta vobis reliqverunt, eadem vos aliis ex vobis ortis relinqvatis. Qvid enim cauſæ eſt, cur non *Optima res ſit uxor pudica?* Cuſtos eſt adminiſtratrixqve domus, liberorum nutrix, qvæ & ſanum exhilarare, & ægrum curare, lætis utenti rebus ſocia eſſe, in adverſis conſolari poſſit; juventutis naturam coërcere, effœtam ſenectæ auſteritatem temperare? Non ſit ſvave, ex utrisqve natum infantem alere, & educare, imaginem corporis animiqve ſui, ut in eo adoleſcente alter tute naſcaris? Non beatiſſimum, vitâ abeuntem proprium atqve ex te ipſo editum relinqvere, qvi in facultates & ſtirpem tuam ſuccedat; ac defunctum ejus ſucceſſione vivere; neqve, qvod in bello fit, inter alienos verſari, ac protinus ſemel perire? Hæc commoda privata eos ſeqvuntur, qvi nuptiis & liberis ſtudent.

Argumentum Auguſti pregnās

Auguſtus Imperator commendat uxorem pudicam de meliori nota.

Commoda privata conjugum.

At verò *reipublicæ*, cujus causâ etiam contra animi noſtri ſententiam, *multa nobis facienda ſunt*, qvî non ſit utile & neceſſarium multitudinem eſſe hominum, qvæ pacis tempore terram colat, qvæ navigationes exerceat, qvæ artes & opera tractet; qvæ in bello promtior generis ſui cauſa ſit ad res tuendas, & ex qva in amiſſorum locum alii poſſint ſubſtitui?

Publica commoda ex matrimonio ad Rempublicam redundantia.

Vos itaqve ego, ò viri (*ſoli enim vos hoc nomen meremini*) at-

Digitized by Google

Paternus Augusti Cæſaris affectus erga maritos.

qve ô Patres (hæc enim vobis meritò mecum communis eſt appellatio) hac de cauſa & amo & laudo :- præmiisqve, qvæ conſtitui, vos exorno; ac aliis præterea, *honoribus etiam magiſtratibusq; decorabo*, ut & vos magnos inde fructus percipiatis, & non minora veſtris liberis bona relinqvatis.

Hæc locutus Auguſtus Imperator, ac nonnullis etiam certa præmia confeſtim largitus, reliqvis talia pollicitus; ad alteros, cœlibes videlicet, eſt digreſſus, qvos in hanc ſententiam appellavit.

Cœlibatum Auguſtus Imperator improbat, cœlibesq; graviter objurgat.

Miro modo veſtrûm cauſâ affectus ſum, ô vos, qvos neſcio qvo nomine compellem. Virorumne? at virile nihil exhibetis: Civium? at qvantum in vobis ſitum eſt, civitas perit: Romanorum? atqvi hoc nomen deſtruere intenditis. Qvicunqve verò tandem eſtis, aut qvocunqve vos nomine fertis? inuſitata, inqvam, res iſta mihi & inviſa accidit. Nunc ad vos verba facturus, ægrè fero, tantam eſſe veſtrûm copiam; maluiſſemqve, tot illi potiùs eſſent alii, (mariti ſcilicet) qvos jam ſum allocutus, qvàm qvot veſtrûm hic conſpiciuntur. Vos autem, aut cum illis fuiſſe, aut omnino mihi non viſos maluiſſem: Vos, qvi nullâ neqve deorum providentiæ, neqve majorum veſtrorum habitâ ratione, omne Romanorum nomen perdere, ac finem ei imponere in animos veſtros induxiſtis. Qvod enim generis humani ſemen relinqvetur, ſi factum veſtrum omnes alii populi imitentur? Cujus cùm initium apud vos ſit, jure univerſalis interitus culpam ſuſtinebitis.

Cœlibes nullo modo ferendos ſtatuit imperator.

Qvòd ſi nemo exemplum veſtrum ſeqvetur, optimo jure hanc ipſam ob cauſam *odio omnibus eritis*, cùm negligatis, qvæ nemo alius negligit; & eas leges feratis, eaqve ſtudia introducatis, qvæ ſi imitari velint univerſi, damnum inferant ſuæ genti, ut & toti poſteritati; ſin odio habeant, vos damnent. Neqve enim, qvia non omnes homines latrocinia aut ſacrilegia, aliavè flagitia perpetrant, ideò hiſce deprehenſis parcitur; qvin imò pœnam luere coguntur ob idipſum, qvòd ſoli aut cum paucis ea egerint, qvæ nemo alius.

Cœlibatus ſcelera & flagitia.

Qvanqvam ſi qvis qvæqve maxima flagitia enumeret, nec ſingula qvidem, ſed univerſa cum eo, qvod nunc tractatis, componat;

nat;

nat tamen ea omnia magnitudinem veſtri delicti non adæqvent. †Nam & homicidium eſt, qvod facitis, qvi eos ne gignitis qvidem, qvos ex vobis naſci conveniebat. *Impietatis* vos inſimulatis, qvia genera, nomina ac honores majorum ceſſare cogitis. *Sacrilegium* committitis, qvi genera veſtra à diis immortalibus orta aboletis; maximumqve donariorum, iis ſacrorum, humanam videlicet naturam peſſundatis, eoqve ipſo templa & aras eorum evertitis; qvin etiam civitatem diſſolvitis, legibus non obtemperantes: proditis patriam veſtram, ſterilem atqve infœcundam reddentes, imò verò funditus eam demolimini, dum habitatoribus eam orbatis. Neqve enim civitas domibus, porticibus aut foris hominum manibus, ſed viris conſtat. Conſiderate verò, an non ſummam iram jure Romulus autor noſter concepturus ſit, ſi ſuos natales cum veſtro inſtituto conferat, qvi ne ex legitimis qvidem nuptiis prolem generare vultis? Qvid eos, qvi cum eo fuerunt, Romanos? Si expendant, ſe alienas virgines rapuiſſe; vos ne veſtras qvidem legitimè amare; ſe prolem ex fœminis hoſtibus ſuſcepiſſe, vos ne ex civibus liberos qvidem procreare velle? Qvid Curtium, qvi mortem pertulit, ne nuptis ſui ſpoliarentur? Qvid Herſiliam, qvæ filiam ſuam ſecuta nuptiales vobis ritus oſtendit? Enim verò patres noſtri bellum contra Sabinos pro nuptiis geſſerunt, & pacem compoſuerunt, ipſis eos mulieribus ac natis in gratiam invicem reponentibus; jureqve jurando & fœderibus eas ſtabiliverunt: Vos hæc omnia confunditis. Qvamobrem? ut ſcilicet cœlibes ſitis exemplo Veſtalium Virginum! * Ergo, ſi pudicitiam non ſervaveritis, itidem, ut illæ, ſupplicio afficiendi. Atqve ſatis compertum habeo, acerbum vobis aſperumqve meum ſermonem videri: ſed primùm, cogitandum nobis eſt, à medicis qvoqve permultos, qvando aliter neqveant, urendo ſanari. Deinde, me non libenter hanc ad vos orationem habere, qvi idipſum qvoqve crimen vobis objiciam, qvod ad hanc orationem me adegeritis. Qvod ſi verba mea moleſta ſunt vobis, nolite ea agere, ob qvæ neceſſariò malè ſit vobis audiendum. Si enim vos mea dicta mordent, qvantò magis me & reliqvos Romanos veſtra facta? Ergo ſi verè ea vos læ-dunt,

Communicatio per apoſtrophen conſtans exemplis illuſtribus.

Videatur Horologiũ principum Dn. VVanckelij.

Auguſtus Imperator

dunt, pœnitentiam agite, ut laudandos vos & præmiis donandos habeam; qvem aliàs naturâ haudqvaqvam difficili præditum, Omnia, qvæ bonum legiſlatorem decebant, conſtituiſſe, ipſi qvoqve noſtis. Et qvidem neqve ante me cuiqvam permiſſum erat, conjugium ac ſobolem negligere; cùm initiò ſub primam reipublicæ inſtitutionem ea de re diligenter ſit legibus cautum, multaqve inde de eadem, Senatus populusqve ſtatuerit, qvæ recenſere ſupervacaneum eſſet. Ego autem mulctam non obedientibus adauxi, ut ejus metu in officio continerentur. Præmia verò obtemperantibus tot ac tanta, qvanta nulli virtuti eſſent propoſita, conſtitui; ut ſi nihil aliud, ea ſaltem ad conjugia & liberorum procreationom vos excitarent.

dicit, pœnitentiam agite.

Antiqvitas legis de conjugio, apud Ethnicos.

Sveton. lib. 34. Auguſtus legem de maritandis ordinibus ex integro ſanxit.

† *Hæc Imperatoris Auguſti ſcita, Monachi & ſacrificuli in regno Pontificio ſibiipſis putent eſſe dicta.*

* *Flor. lib. 4. extrem. Auguſtus pronum in omnia mala & in luxuriam fluens ſeculum gravibus legibus, tisq; ſeveris mulctis coërcuit.*

Vos autem neqve præmia appetentes, neqve pœnam timentes, omnibus his ſpretis, ac qvaſi in nulla viveritis ciuitate, conculcatis, iſtam vitam extra matrimonium prætuliſſe vos exiſtimatis, cùm interea latronibus ac immaniſſimis beluis nihilo præſtetis. Neqve enim adeò ſolitudo vos vivendi capit, ut absqve mulieribus degatis, ac non qvilibet veſtrum menſæ ac lecti ſociam habeat, ſed licentiam libidinis ac laſciviæ veſtræ exercendæ qværitis. At ego teneras adhuc puellas & viris immaturas ut ambiretis, vobis permiſi, ut cùm ſponſorum, propediem nuptias celebraturorum, nomen ferretis, eò magis rem familiarem curaretis, Libertinarum qvoqve matrimonia illis, qvi patricii & Senatoriæ dignitatis non eſſent, conceſſi; ut ſi qvem eò amor aut conſvetudo impelleret, lege id facere poſſet. Neqve feſtinare vos qvicqvam coëgi, primo triennio, deinde biennio ad apparatum rei dato.

Auguſtus Imperator vera dicit. Hinc illæ lacrymæ!

Atqvi neqve minando, neqve hortando, neqve differendo, neqve orando qvicqvam profeci. Ipſi videtis, qvàm multò plures maritis vos ſitis; cùm debueritis totidem, imò verò multiplices veſtrûm jam liberos nobis dediſſe. Qvâ enim alia ratione genera conſtabunt? qvâ reſpublica conſervabitur, neqve uxores ducentibus

Antitheſis. Videatur Ahorol. Princip. VVanghelij.

bus vobis, neqve prolem creantibus? Niſi fortè expectatis, qvod in fabulis fertur, ut ex terra aliqvi exiſtant, qvi res veſtras, publicamqve excipiant. Nefas verò ſit, noſtro genere ac nomine Romano extincto, alienigenis hominibus, Græcis, Barbarisvè urbem tradere. An in hoc potiſſimum mancipia libertate donabimus, ut qvam plurimi ex iis cives fiant. Sociis civitatem communicabimus, ut ea freqventior ſit? Vos autem ipſi à prima origine Romani, Qvintos, Valerios, Julios enumerantes, ſimul & gentes & nomina abolere in animo habetis. * *Verecundiâ profectò moveor, qvòd hac mihi dicenda ſunt*, qvæ vos facitis. Eapropter inſaniæ modum ponite, ac jam nunc demum reputate, fieri nullo modo poſſe, ut cùm multi identidem morbis ac bellis abſumantur, ſalva urbs eſſe qveat, niſi multitudo ejus ſubinde aliis natis expleatur.

Reipublicæ ratio potiſſimum in omnibus eſt habenda.

* *Verecundiam Augusti Cæſaru alii autores hu verbis proferunt: Pudet me eò profectum, ut tale qvid dicerem! Et vos non pudeat eò profectos, ut in ſcortatione & immundicie vitam inhoneſtam tranſigatis!*

Ac ne qvis putet, ignorare me, eſſe qvędam in liberorum procreatione & matrimonio difficilia & moleſta; hoc cogitate, cùm bonum nullum habeamus, cui non acerbi aliqvid admixtum ſit; tum plurimis & optimis bonis adnata eſſe plurima etiam maximè triſtia; qvæ ſi declinare velitis, ne Bona qvidem appetenda vobis erunt; nam ad virtutem ac voluptatem nullam ſinceram perveniri poteſt, niſi in ea paranda, obtinenda ac ſervanda labor impendatur. Qvæ ſingula prolixè referre, qvorſum attinet? Qvin ſi etiam in conjugio & ſuſcipienda prole, qvædam ſunt moleſta; meliora cum iis conferte potiùs, eaqve plura & magis neceſſaria invenietis. Qvippe præter ea commoda, qvæ res ipſa ſecum fert; ipſa etiam legibus propoſita præmia, qvorum vel exigua pars ad mortem ſubeundam aliqvos pellicit, utiqve ad parendum mihi omnes adducere debent. Turpe enim ſit, eorum causâ, propter qvæ alii vitam ſuam projiciunt, vos nolle uxores ducere, ac liberos alere.

Tacitæ occurrit objectioni; προληπτικῶς moleſtiis conjugii remedia afferens.

Sunt mala mixta bonis; ſunt bona mixta malis.

De his ego vobiscum, ô cives, (jam enim vos perſvaſos velle, civium nomen retinere, ac virorum patrumqve cognomen accipere confido.) ita expoſtulandum duxi; illibenter qvidem, ſed neceſſa-

Argumenta perſuadentia latent ſub nomine

dunt, pœnitentiam agite, ut laudandos vos & præmiis donandos habeam; qvem aliàs naturâ haudqvaqvam difficili præditum, Omnia, qvæ bonum legiſlatorem decebant, conſtituiſſe, ipſi qvoqve noſtis. Et qvidem neqve ante me cuiqvam permiſſum erat, conjugium ac ſobolem negligere; cùm initiò ſub primam reipublicæ inſtitutionem ea de re diligenter ſit legibus cautum, multaqve inde de eadem, Senatus populusqve ſtatuerit, qvæ recenſere ſupervacaneum eſſet. Ego autem mulctam non obedientibus adauxi, ut ejus metu in officio continerentur. Præmia verò obtemperantibus tot ac tanta, qvanta nulli virtuti eſſent propoſita, conſtitui; ut ſi nihil aliud, ea ſaltem ad conjugia & liberorum procreationem vos excitarent.

dicit, pœnitentiam agite.

Antiqvitas legis de conjugio, apud Ethnicos.

Sveton. lib. 34. Auguſtq legem de maritandis ordinibus ex integro ſanxit.

† *Hæc Imperatoris Auguſti ſcita, Monachi & ſacrificuli in regno Pontificio ſibiipſis putent eſſe dicta.*

* *Flor. lib. 4. extrem. Auguſtus pronum in omnia mala & in luxuriam fluens ſeculum gravibus legibus, iisq; ſeveris mulctis coërcuit.*

Vos autem neqve præmia appetentes, neqve pœnam timentes, omnibus his ſpretis, ac qvaſi in nulla viveritis ciuitate, conculcatis, iſtam vitam extra matrimonium prætuliſſe vos exiſtimatis, cùm interea latronibus ac immaniſſimis beluis nihilo præſtetis. Neqve enim adeò ſolitudo vos vivendi capit, ut absqve mulieribus degatis, ac non qvilibet veſtrum menſæ ac lecti ſociam habeat, ſed licentiam libidinis ac laſciviæ veſtræ exercendæ qværitis. At ego teneras adhuc puellas & viris immaturas ut ambiretis, vobis permiſi, ut cùm ſponſorum, propediem nuptias celebraturorum, nomen ferretis, eò magis rem familiarem curaretis. Libertinarum qvoqve matrimonia illis, qvi patricii & Senatoriæ dignitatis non eſſent, conceſſi; ut ſi qvem eò amor aut conſvetudo impelleret, lege id facere poſſet. Neqve feſtinare vos qvicqvam coëgi, primo triennio, deinde biennio ad apparatum rei dato.

Auguſtus Imperator vera dicit. Hinc illa lacrymæ!

Atqvi neqve minando, neqve hortando, neqve differendo, neqve orando qvicqvam profeci. Ipſi videtis, qvàm multò plures maritis vos ſitis; cùm debueritis totidem, imò verò multiplices veſtrûm jam liberos nobis dediſſe. Qvâ enim alia ratione genera conſtabunt? qvâ reſpublicâ conſervabitur, neqve uxores ducentibus

Antitheſis. Videatur herol. Princip. VVancheliy.

bus vobis, neqve prolem creantibus? Niſi fortè expectatis, qvod in fabulis fertur, ut ex terra aliqvi exiſtant, qvi res veſtras, publicamqve excipiant. Nefas verò ſit, noſtro genere ac nomine Romano extincto, alienigenis hominibus, Græcis, Barbarisvè urbem tradere. An in hoc potiſſimum mancipia libertate donabimus, ut qvam plurimi ex iis cives fiant. Sociis civitatem communicabimus, ut ea freqventior ſit? Vos autem ipſi à prima origine Romani, Qvintos, Valerios, Julios enumerantes, ſimul & gentes & nomina abolere in animo habetis. * *Verecundiâ profectò moveor, qvòd hæc mihi dicenda ſunt*, qvæ vos facitis. Eapropter inſaniæ modum ponite, ac jam nunc demum reputate, fieri nullo modo poſſe, ut cùm multi identidem morbis ac bellis abſumantur, ſalva urbs eſſe qveat, niſi multitudo ejus ſubinde aliis natis expleatur.

Reipublicæ ratio potiſſimum in omnibus eſt habenda.

* *Verecundiam Augusti Cæſaris alii autores his verbis proferunt: Pudet me eò profectum, ut tale qvid dicerem! Et vos non pudeat eò profectos, ut in ſcortatione & immundicie vitam inhoneſtam tranſigatis!*

Ac ne qvis putet, ignorare me, eſſe qvędam in liberorum procreatione & matrimonio difficilia & moleſta; hoc cogitate, cùm bonum nullum habeamus, cui non acerbi aliqvid admixtum ſit; tum plurimis & optimis bonis adnata eſſe plurima etiam maximè triſtia; qvæ ſi declinare velitis, ne Bona qvidem appetenda vobis erunt; nam ad virtutem ac voluptatem nullam ſinceram perveniri poteſt, niſi in ea paranda, obtinenda ac ſervanda labor impendatur. Qvæ ſingula prolixè referre, qvorſum attinet? Qvin ſi etiam in conjugio & ſuſcipienda prole, qvædam ſunt moleſta; meliora cum iis conferte potiùs, eaqve plura & magis neceſſaria invenietis. Qvippe præter ea commoda, qvæ res ipſa ſecum fert; ipſa etiam legibus propoſita præmia, qvorum vel exigua pars ad mortem ſubeundam aliqvos pellicit, utiqve ad parendum mihi omnes adducere debent. Turpe enim ſit, eorum causâ, propter qvæ alii vitam ſuam projiciunt, vos nolle uxores ducere, ac liberos alere.

Tacitæ occurrit objectioni; προληπτικῶς moleſtiis conjugii remedia afferens.

Sunt mala mixta bonis; ſunt bona mixta malis.

De his ego vobiscum, ô cives, (jam enim vos perſvaſos velle, civium nomen retinere, ac virorum patrumqve cognomen accipere confido.) ita expoſtulandum duxi; illibenter qvidem, ſed neceſſa-

Argumenta perſuadentia latent ſub nomini-

bus civium, virorum, patrum.

ceſſariò; neqve ut inimicus, nec qvi vos odio, ſed amore perſeqverer, cuperemqve veſtrûm ſimiles multos acqvirere, ut penates legitimos habitantes, domosqve plenas progeniei habentes, cum conjugibus ad deos accedamus; æqvatisqve inter nos illis, qvæ in publicum conferuntur, ac qvi inde fructus percipiuntur, converſemur. †Qvomodo enim ego præeſſe vobis rectè poſſim, ſi ſemper diminutionem de vobis aliqvam fieri patiar? Qvomodo pater amplius veſter jure dicar, ſi vos nullam prolem educeritis? Qvare, ſi verè me diligitis ac nomen mihi Patris, non adulationis, ſed honoris gratiâ dediſtis, date operam, ut mariti Patresqve fiatis, qvò & ipſi participes ejus reddamini, & ego meritò id geram.

†*Lipſ. ad 3. annal. Tacit. Anno urbis 762. Auguſto jam ſene, lata lex Papia Poppæa; à M. Poppio Mutilo & Q. Poppæo S.*

Hactenus Auguſtus ad cœlibes. Poſtqvam igitur ad hunc modum cum utrisqve fuiſſet locutus, liberos poſthac habentibus præmia adauxit, & mulctâ maritos à cœlibibus ſecrevit, annuo ſpatio præſtituto, intra qvod, qvi ejus juſſis parere cœpiſſent, culpâ vacarent..

Amplificatio per tranſitionē ad ſcopum propoſitū.

Præcipuè verò Principibus ac Magnatibus matrimonium neceſſariò ſuſcipiendum eſt. Princeps enim, qvi tori genialis expers liberis caret, *ſubditos ingenti repletos ſolicitudine & triſtitiâ* relinqvit. Sic enim tandem propter regiones diſſidia oriuntur, respublicas vaſtantia ac deſolantia. Plutarchus (in præcept. connub.) certè graviſſimus autor eſt, legem fuiſſe apud Lydios ſanctiſſimam, ut reges neceſſariò mariti eſſent; qvæ lex tam ſtrictè ſervabatur, ut ſi princeps moreretur relicto filio, per ætatem gubernationi jam idoneo, non prius ad regni gubernationem admitteretur, qvàm uxorem duxiſſet. Et qvod majus erat, qvo die conjunx moriebatur, ſimul *cum ejus morte & gubernatio & autoritas vacabat*, ut ſi Rex longo tempore viduus maneret, longo etiam tempore absqve regno eſſet...

Accommodatio ad Chriſtianos

Cùm ergò gentiles ſive pagani illi tanto in honore matrimonium habuerint: multò magis nos Chriſtianos hac in parte cautos & circumſpectos, imò attentos & religioſos eſſe oportet. Ac *ſacra*

qvi-

qvidem literæ nos docent, nihil eſſe ab orbe condito matrimonii fœdere ſanctius, antiqvius nihil. Deum enim autorem ſanctiſſimum & ſapientiſſimum jactat & habet. Qvo enim die DEUS virum & uxorem creavit, eodem in paradiſo virum cum uxore legitimè copulavit. *Ornandi etiam non ſolùm, ſed multò magis confirmandi conjugij gratia Filius Dei matrem ſuam* deſponſatam eſſe voluit. Hinc lucet conjugii autoritas, dignitas, neceſſitas & majeſtas, ut & ejusdem ſanctitas & religioſitas.

Conjugium habet Deũ autorẽ auguſtiſſimũ.

Sereniſſimus igitur Princeps ac Dominus, Dominus JOHANNES GEORGIUS, *in nomine Dei omnipotentis, nuptias cum inclyta Sponſa*, Principe Generoſiſſima & Illuſtriſſima Domina, Dn. SIBYLLA ELISABETHA, Illuſtriſſimi Principis ac Domini, Domini FRIDERICI, Ducis Würtembergici &c. & Generoſiſſimæ Principiſſæ, Dominæ SIBYLLÆ, Duciſſæ Anhaltinæ &c. *filia*, Anno 1605. XVI. Calend. Octobris Dresdæ celebrat. Nata fuit *Sponſa Illuſtriſſima* Mompelgardi, anno ſupra milleſimum qvingenteſimum octuageſimo qvarto, X. die menſis Aprilis, hora VIII. matutina. *Urbs illa celebris eſt colloqvio*, inter Dn. D. Jacobum Andream Lutheranum, & Theodorum Bezam Calvinianum in illa *habito*. Calviniani qvidem ἐπινίκιον πρὸ νίκης cecinerunt, qvaſi laurea & palma ſibiipſis certiſſimè ſit parata: verùm per DEI gratiam aliter res cecidit. Nam *Spiritu Sancto adjuvante* D. Jacobus Andreæ Bezam, Majeſtatis CHRISTI hoſtem eò redegit, ut omnium, qvibus blaſphemias ſuas defenderet, penuriâ laboraret, qvemadmodum etiam nil niſi horrenda in Domini noſtri JESU CHRISTI majeſtatem evomuit. Enormes igitur Calviniani dogmatis blaſphemiæ in colloqvio illo, anno MD.LXXXVI. celebrato, detectæ ſunt. Datæ ſunt hîc anſæ & apertæ feneſtræ Lutheranis & aliis, diras illas execrationes Calvinianorum cognoſcendi, & cane pejus & angve fugiendi.

Primum Illuſtriſſimi Principis conjugium.

Celebritas Urbis Mompelgardi.

Blaſphemiæ Calvinianorum horrenda ibidem detecta.

Altera ex parte Satanas, humani generis hoſtis ἄσπονδος, *doctrinæ puritatem*, *Auguſtæ Vindelicorum* opprimere tentabat, dum Calendarium Gregorianum Papiſticum huic orbi obtrudere ſatagebat. Verùm *Illuſtriſſimi Principis*, *Domini Friderici*, *Ducis*

Anno Chriſti 1586.

 Wür-

Digitized by Google

Würtembergici & legatorum Urbis Ulmenſis interpoſitione diſſidium illud ita eſt compoſitum, ut purior Evangelii doctrina adhuc ultra ſexaginta annos ab eo tempore in inclyta Auguſta ſonuerit.

Æternâ memoriâ dignum Pientiſſimi Principis factū.

Pientiſſimus qvoq; Princeps ille, Dux Fridericus in Servatoris noſtri Domini Jeſu Chriſti honorem, ad propagandam nominis ſui divinigloriam, & multorum ſalvandorum æternam ſalutem, Mompeligardi templum ſplendidiſſimum & ampliſſimum propriis ſumtibus de novo extruxit, cujus dedicatio per M. *Petrum Brebachium*, ejus Eccleſiæ Antiſtitem, die XVIII. menſis Octobris, Anno 1607. ex primo capite Haggæi concione habita, ſolenni ritu facta eſt. In hunc verò finem ab Illuſtriſſima ipſius Celſitudine templum illud extructum, ut exules ex Italia & Gallia Lutherani hoſpitium haberent, qvo juxta Auguſtanæ Confeſſionis normam Deum colerent.

Educatio.

Ab Illuſtriſſimis & pientiſſimis Parentibus poſtea Sereniſſima Principiſſa, Domina SIBYLLA ELISABETHA, *illuſtri educatione, pietate verâ, optimisq; moribus, Principis filiâ dignis,* imbuta & exculta fuit, adeò, ut in omni vita, *feriâ in Deum pietate, verâ humilitate & manſvetudine,* pudore & verecundia prædita, inſtar ſtellæ matutinæ luceret. Cùm Saxonici legati virginem hanc illuſtriſſimam Sereniſſimi Ducis Saxoniæ, Domini JOHANNIS GEORGII nomine ambirent, ipſius *Mater Celſiſſima hanc ipſi laudem tribuit, qvòd generoſiſſima hæc filia Illuſtriſſimos parentes nunqvam ad iram provocaverit! Pulcerrima ſanè laus, ab ipſa Sereniſſima Domina Matre profecta;* imò pulcerrimæ virtutes illæ, utpote, qvæ omnes homines, ſexum muliebrem, inprimis verò virginem Principem maximè decent; qvæ etiam poſtea qvoqve ipſius Celſitudinem Illuſtriſſimam, tanto Principi legitimo conjugii fœdere ſociatam, condecorârunt & ſplendidè exornaverunt. In omni enim vita ſemper omnis generis virtutes habuit comites præſtantiſſimas.

Egregia laus liberorum honeſtiſſimorū.

Pulcerrima laus, ab Illuſtr[i]ſſima Matre profecta!

Pietas.

Deus dat velle & perficere.

Nam ante omnia ſanctiſſimam *pietatem, qva Deum caſtè & ſincerè colendi ſcientia eſt auguſtiſſima,* omnium dictorum, factorum & conſiliorum habuit moderatricem: Deum tanto ſtudio, vigilantiâ, aſſiduitate & animi attentione coluit, ut propemodum ejus amoris ardore qvodam flagraret. *In pietatem omnes curas &*

cogi-

cogitationes per Dei gratiam conferebat, ut in intimo mentis veluti theatro, ſummâ devotione, ardenti verbi divini auſcultatione, verâ in Chriſtum fide, ſeriâ invocatione, morum ſanctitate & vitæ integritate *UNI SOLI DEO, qvem & vita ſua ſpectatorem & teſtem ſciebat*, placeret.

Proxima virtus eſt *amor conjugalis*, qvi ut in his conjugibus Illuſtriſſimis, verè reciprocus; ita ſummus ex conjugis parte in Dominum maritum fuit ſincerus. *Habebat itaq; Dux inclytus, de qvo ex intimis cordis receſſibus*, uxore laudatiſſima unicè gauderet.

φίλησις κ̓ ἀντιφίλησις: ἔρως κ̓ ἀντέρως.

Humilitas ordine ſuccedit, cujus tanta eſt vis ad vitam tranqvillè pieqve traducendam, ut *qvi hac unâ caruerit virtutum umbras qvasdam*, ac ne umbras qvidem videatur conſecutus. *Illius à laude qvi floruerit*, omnium virtutum complexionem, qvaſi *qvandam abſolutiorem* comprehenderit. *Pientiſſima Duciſſa hanc qvoqve in delitiis habuit*. Nam inſolentiùs ſeſe non efferebat, ſed humilitatem animo infixam habens, illam publicè & privatim in verbis, factis & geſtibus præ ſe ferebat.

Humilitas.

Succedit *manſvetudo*, *verecundiâ & modeſtiâ tanqvam ſororibus* circumdata. Sunt illæ ipſæ qvoqve inſignia Principiſſæ & Illuſtris fœminæ *ornamenta*, qvando nimirum qvieto & placido ſpiritu prædita, vitam in ſilentio tranſigit. Inter plebeios interdum tales conſpiciuntur mulieres, qvæ in plateis obambulant, variis ſeſe rebus immiſcentes, & varia perſcrutantes, aliorum famam calumniis arrodere tentant. Aliæ ſcortationibus ſæpenumero indulgentes, oculos hinc inde vertunt, ut plurimos alliciant. Interdum in uno individuo & volubiles lingvæ & oculi conjunguntur. Sic virgines & mulieres Hieroſolymitanæ in nutibus oculorum ambulabant. Remis verò velisqve iſta vitia Princeps noſtra vitabat in omni vita, tranqvillumqve, placidum & modeſtum animum nunqvam non oſtendebat. *His & aliis virtutibus exornata Illuſtriſſima Princeps ut diuturnâ lucis uſura frueretur, plurimi* ſubditorum exoptaverunt. Verùm *DEO noſtro, utpote in cujus manibus ſortes noſtræ*, aliter viſum fuit.

Manſuetudo & verecundia. *Pſal. 45.* *Curſus mundi.* *Prov. 7, 12.* *Eſa. 3.* *Pſal. 31, 16.*

Conſpecta eſt † anno illo nuptiarum principalium ſtella no-

Anno 1604 va ex earum numero, qvæ crinitæ appellantur, ad diem III. Octobris, in dodecademorio Sagittarii: nec non ad diem XVIII. Septembris menſis, ut & ſeqventi Octobri, noctu inuſitata & portentoſa chaſmata, dira ſpecie viſa ſunt. Anno qvoqve ſeqventi 1605. ad diem XI. menſis Decembris, chaſma tetri aſpectus, cum ingenti radiorum vibratu, aëre tranqvillo & egelido totâ nocte conſpiciebatur. Nullus certè Cometa, nullaqve chaſmata ſunt viſa, qvæ non fuerunt ominoſa. *Mundi lethargus.* Homines enim circa mundi finem lethargo laborantes, ſenſuum propemodum beneficio deſtituuntur. Conciones verbales multi ſpernunt, vitiisqve contaminati absqve vera pœnitentia vitam tranſigunt. Plurimi auribus audientes, & oculis videntes, *iram tamen Dei horrendam & triſtia tempora* cæcutientes qvaſi non cernunt. Numen itaqve divinum ſtertentem in ſecuritate mundum vel prodigiis *ad veram pœnitentiam agendam, & ad vitam juxta ſacroſanctũ ipſius verbum piè rectèq;* inſtituendam vult excitare. Prodigiis iſtis horrendis eventus reſpondit calamitoſus,

οὐδεὶς κομήτης, ὅστις οὐ κακὸν φέρει. *Plinius. Cometæ prænuncii ſunt magnarum plerunq; calamitatum.*

Principum & Illuſtriũ virorum obitus. Nam circa idem tempus, Marchio Badenſis, Erneſtus Fridericus *placidè in Chriſto obdormivit*, die XIV. menſis Aprilis; ut & Johannes Comes Palatinus Rheni, Bavariæ Dux, Comes Veldentiæ & Spanheimiæ, die XII. Auguſti: Subſeqvitur eum VIII. die pòſt, *frater Otto Heinricus*, Comes Palatinus Rheni, qvi Sultzbachii aulæ ſedem habuerat, ut & *Ludowicus ſenior, Haſſiæ Landgravius*, ad Idus VII. Octobris, ætatis anno LXV. Sigismundus verò Poloniæ Rex paterno, avitoqve Sveciæ regno excidit; Carolo Sundermanniæ Duce in regem electo ac ſolenniter inaugurato. *Seditio Stephani Botſchkay. Anno 1605.* Factio qvoqve Stephani Botſchkay Iſtuani miris modis graſſatur in Hungaria, finesqve Moraviæ & Auſtriæ petit, ferro & igni, nec non omni vi hoſtili regionem illam populatur. Tandem repentino morbo correptus, relicto perfidiæ in Chriſtianos exemplo miſerè periit. *Fatũ Illuſtriſſimi Principis ac Domini, Dn. Johannis Saxoniæ Ducis.* Diem qvoqve circa id tempus, obit *Illuſtriſſimus Princeps ac Dominus, Dominus* JOHANNES *Dux Saxoniæ*, Prid. Cal. Novembris, ſuſceptis ex Dorothea Maria Anhaltina, octo hæredibus maſculis,

Johan-

Johanne Erneſto, Friderico Wilhelmo, Alberto, Johanne Friderico, Erneſto, Friderico Wilhelmo, Bernhardo & filiâ unicâ Johanna, paulò pòſt defuncta.

Accommodatio.

Sic etiam, proh dolor, anno 1606. die XX. Januarii Menſis, Dresdæ, in ipſis penè conjugii ſvaviſſimi primordiis absqve prole vitam hanc caducam cum æterna commutavit *Pientiſſima Princeps* SIBYLLA ELISABETHA, *Illuſtriſſimi Electoris noſtri conjux prima.* Accidit ipſi, qvod ſæpe in hortis videmus: arborum cacumina & extremitates vere floreſcente in florem qvoqve pulcerrimum erumpunt. Verùm licèt arbores gemmatione turgentes, qvæ annum verè formoſum reddunt, cum gaudio vidiſſes; paulò pòſt eædem frigoribus & ærugine exuſtæ apparent: ibi *omnis fugit decor*, gaudiumqve noſtrum in triſtitiam vertitur. Pari qvoqve ratione ROSA *illa ſplendidiſſima & multis virtutum ornamentis formoſiſſima*, morte cadit præmatura. Nam ad diem VII. Januarii febri ardente decumbere cœpit, qvæ paulatim omnis corporis vires abſumſit. Ad beatam igitur *ἀνάλυσιν* ſe præparans, XVIII. Januarii confeſſionem ſuam ſummâ attentione & devotione edidit, nec non viaticum illud præſtantiſſimum, *corpus & ſangvinem Domini noſtri JESU CHRISTI in ſacra συνάξει* accepit, in certiſſimum pignus collatæ peccatorum remiſſionis & hæreditatis vitæ æternæ immarceſſibilis.

Simile. πρότασις.

ἀνταπόδοσις.

Ad beatam ἀνάλυσιν præparatio.

Fidem in CHRISTUM Salvatorem ſuum confirmavit & demonſtravit; I. Sedulâ verbi divini exercitatione, Joh. 5, 11. Hiob. 19. Rom. 14. Phil. 1. 1. Theſſal. 5. II. Aſſidua nominis divini invocatione, ex Pſal. 25. 42. 130. & aliis. III. Conſtanti in fide & invocatione perduratione. Tandem Sereniſſima ipſius Celſitudo ad XX. Januarii menſis diem, Anni ejusdem, circa horam III. pommeridianam ἐν εὐφημίᾳ, ſive, qvod idem eſt, inter preces ad Deum ardentiſſimas, benedictionem qvoqve à DEO mandatam (Num. 6. v. 24.) reportans, anno ætatis XXII. placidè in Chriſto obdormivit.

Ipſa beata ἀνάλυσις.

CA-

CAPUT QVINTUM,

De
Sereniſſimi Domini Electoris conjugio ſecundo, vereqve ſecundo.

Rom. 7. v. 1. 1. Cor. 7. v. 10. & 36.

CONſtitutio Divina eſt, qvam urget gentium Doctor: Viro obnoxia mulier viventi viro alligata eſt per legem. Qvod ſi mortuus fuerit vir, liberata eſt à lege viri. In hanc ſententiam poteſt qvoqve ita colligi: Vir alligatus eſt uxori viventi per legem. Qvod ſi mortua fuerit uxor, vir à lege uxoris liberatus eſt. *Hujus igitur divinæ conceſſionis* tenore, ad ſecunda, *cum Bono Deo*, Illuſtriſſimus Princeps noſter vota tranſiit. Poſtqvam enim cum Sereniſſimo Fratre, Domino Chriſtiano II. Saxoniæ Electore, ob res graviſſimas, ad ſacram Cæſaream Majeſtatem, Rudolphum II. prid. Non. Julii Anno 1607. Pragam profectus, honorificentiſſimeq; ab eodem in arce Regia exceptus, tandem protectione divina & Angelorum præſidio tutus Dreſdam rediiſſet, ſecundas nuptias cum Generoſiſſima & Sereniſſima Principe ac Domina, Domina MAGDALENA SIBYLLA, Illuſtriſſimi Principis ac Domini, Domini ALBERTI FRIDERICI, Marchionis Brandeburgici & Ducis Boruſſiæ filia, Torgæ XIV. Cal. Auguſti in nomine JESU celebrat.

Ad vota ſecunda tranſitus feliciſſimus.

Stirps regum deficiens prænunciat calamitates.

Defectus Succeſſorum in Ducatibus ſæpenumerò periculoſorum motuum cauſa exiſtit procreatrix. Agnati interdum de ſucceſſione dimicant.* Subditi proverbium illud: *Novus Rex, Nova Lex*, timent. Legitimi Magiſtratus jacturam oſtendit dies. Nam *tunc demum homines noſtra intelligimus bona, qvando, qvæ habuimus, amiſimus.* Verùm omnia iſta periculoſa, *hæredes legitimi, ex principali conjugio nati*, è medio tollunt. Tales qvidem ex Sereniſſimi Electoris Saxoniæ, Domini CHRISTIANI II. *τοῦ ἐν ἁγίοις*, conjugio ſubditi ſperâſſent: verùm id omninò fuit ſterile, ut & primum Illuſtriſſimi Principis noſtri. Benedictionem igitur divinam ex hoc ſecundo ſibi pollicebantur, *qvod etiam verè ſecundum*, ut poſtea appa-

parebit: ſed, proh dolor, Sereniſſima Mater Anno 1608. 18. Julii hora XII. nocturna filium in partu mortuum enixa eſt. Calamitas illa, Bone Jeſu, in qvantas non tantùm *Dn. Electorem*, *Chriſtianum II. ut & Sereniſſimam Matrem Viduam*, *Dn.* SOPHIAM *laudatiſſimam*, verùm etiam *ipſos Illuſtriſſimos Parentes perturbationes conjecit*. Nam in ſummo qvoqve tunc vitæ diſcrimine generoſiſſima Princeps erat conſtituta; qvæ qvidem dubio procul, propter preces ardentes ſuperiorum & inferiorum, Dei auxilio, ab imminente mortis caſu erepta, ad priſtinam ſanitatem pervenit.

* *Ubi in Principum familiis nulli filii tanqvam ſucceſſores manent ſuperſtites, illic rerum mutationem & Reipublicæ perturbationem ſeqvi neceſſe eſt.*

D. Vigelius LVII. Principum & nobilium familias recenſet, qvæ intra 130. annos absq; prole interierunt. Abr. Hoſ in Gen. Auſtriaca.

Secundior & jucundior aura poſteà flavit, clariorqve lux orta. Nam annis duobus ſeqventibus Generoſiſſimæ filiæ duæ naſcuntur; Domina SOPHIA ELEONORA qvidem die XXIII. menſis Novembris Anno 1609. Domina qvoqve MARIA ELISABETHA die XXII. Menſis Novembris anno 1610. Qvæ igitur Deus Opt. Max. in parentes Illuſtriſſimos, filiarum nativitate & donatione contulit, † *tanta qvidem & talia ſunt beneficia*, qvæ æternam gratiarum actionem mereantur: *deſiderabatur tamen proles maſcula*, apprehendendis & regendis Reipublicæ habenis idonea.

Dn. Sophia Eleonora.
Dn. Maria Eliſabetha.

† *Certa ſecuritas najcitur imperio, ubi certa proles & regni hæres exſtit.*

Deo igitur clementer conjugibus Illuſtriſſimis benedicente, naſcitur, qvi in votis erat, *filius generoſiſſimus*, IV. die menſis Martii Anno 1612. qvi die 23. menſis Aprilis baptizatus, *Chriſtiani Alberti nomen* accepit. Verùm ut omnia ſublunaria mutationi ſunt obnoxia; ſic gaudium ex filii generoſiſſimi nativitate conceptum, non fuit diuturnum. Abſentibus enim parentibus Illuſtriſſimis, IX die menſis Augusti, *amor & deliciæ parentum, ſpes ſubditorum, columna generis & proſapiæ Electoralis Saxonicæ*, Anno 1612. non ſine inſigni omnium conſternatione obiit. Hinc vulnus *primogeniti luctu inflictum recrudeſcebat, Deum regionibus hisce graviſſimè iratum*, nemo non augurabatur; obitusqve Principis ſeriam poe-

Dn Chriſtianus Albertus.
Diem ſuum obit.

Digitized by Google

nitentiam maturandam admonebat. Sed - - - Flebile principium melior fortuna ſecuta eſt. *Deus Illuſtriſſimos Parentes in tribulatione* exaudivit, auxilium ipſis miſit; qvod cor petiit, tribuit, ipſorumqve petitiones implevit. Ecce, ſic benedicitur homo, qvi timet Dominum. Illuſtriſſima Mater Vidua vidit filios Filii ſui; vidit pacem ſuper domum Electoralem, imò ſuper univerſum Electoratum Saxonicum. * Nam Ruta Electoralis Saxonica ulterius & uberius, *Deo clementer favente* floruit, & benedictio conjugii Principum ubertim apparuit. Nam ab anno 1613. per Dei gratiam *Sereniſſimo Domino Electori* JOHANNI GEORGIO *qvinq; nati ſunt Filii*, qvorum qvatuor adhuc Superſtites vivunt; valent & florent, *pro qvo beneficio admirando*, DEO *bonitate optimo, potentiâ verò Maximo*, ſit laus, honor & gloria in æternum.

Pſal. 20. 5. 2. & 7.

Pſal. 128. 5. 6.

Illorum vitam ſeros ad Neſtoris annos
Altitonans ſervet cunctipotensqve DEUS.

* *Nullæ neq; opes aut divitiæ, neq; claſſes aut legiones perinde firma imperii munimenta ſunt, qvàm numerus liberorum, cùm, qvia occulta qvædam majeſtas in illis eſt; tum verò, qvod pravæ aliorum ſpes & fraudes inhibentur, ſi certi ſucceſſores adſint.*

Dn. Johannes Georg. Secundus.

Qvod reliqvum eſt, ortum eorundem ut recenſeamus, ordinis ratio poſtulat. Deo igitur benedicente & fortunante, natus eſt Illuſtriſſimus Princeps *ac Dominus, Dominus* JOHANNES GEORGIUS II. Dux Saxoniæ, *in ordine filiorum tertius*, viventium verò primus, Electuræ Saxonicæ juxta aureæ Bullæ tenorem, hæres exoptatiſſimus, die XXXI. menſis Maji inter horam 6. & 7. matutinam, baptizatus verò 27. Junii Anno 1613.

Dn. Auguſtus.

Deus noſter ſit laudabilis & glorioſus in ſecula, ulterius exoritur Illuſtriſſimus Princeps ac Dominus, Dominus AUGUSTUS III. Dux Saxoniæ, die XIII. menſis Auguſti, Anno 1614. veſperi, inter horam 5. & 6. veſpertinam, & *Domino Jeſu Chriſto per baptiſmum* eodem anno, die XVIII. menſis Septembris conſecratur.

Dn. Chriſtianus.

Deus maneat ὑπερευλόγητος *καὶ* ὑπερένδοξος *in ſecula*, in vitam porrò ingreditur *Illuſtriſſimus Princeps ac Dominus, Dominus* CHRISTIANUS III. die 27. menſis octobris anno 1615. inter horam 7. & 8. veſpertinam, & 19. die menſis Novembris Sacroſan-

ctum

ctum Baptiſmi Sacramentum ritu verè Chriſtiano percipit.

Deus noſter ſit in æternum εὐλογητὸς, αἰνετὸς καὶ ὑπερυψούμενος, naſcitur Sereniſsimo Principi Electori filia Illuſtriſsima, Domina MAGDALENA SIBYLLA, die 23. menſis Decembris anno 1617. & die 18. Januarii anno 1618. nomen ſuum per Baptiſmum dat in Chriſtianam militiam. *Dn. Magdalena Sibylla.*

Deus miſericors gratiam ſuam Sereniſsimo Domino Electori ulterius largitus eſt. Nam in lucem editur Illuſtriſsimus Princeps ac Dominus, Dominus MAURITIUS II. cujus Sereniſsima Celſitudo *Dei glorioſiſsimi nutu & benedictione* qvartam etiamnum columnam in Illuſtriſsima Domo Saxonica Electorali conſtituit. * Nata eſt autem ipſius Celſitudo Anno 1619. die 18. menſis Martii, nec non albo Chriſtianorum per Baptiſmum inſeritur, Mauritiiqve nomen ipſius Celſitudini confertur. εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ ὑπερύμνητος, καὶ ὑπερένδοξος, καὶ εὐλογημένος, καὶ δεδοξασμένος εἰς τοὺς αἰῶνας. *Dn. Mauritius.*

* τὸ ὄνομα τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ ἅγιον καὶ ὑπεραίνετον καὶ ὑπερυψούμενον εἰς τοὺς αἰῶνας.

Πολυτεκνία *hæc Electoralis præclarum certè donum Dei exiſtit,* qvi ex caſtiſsimo conjugio naſci fecit liberos Electorales, qvi ſunt *donum Dei præſtantiſsimum, &* χάρισμα *ejusdem longè auguſtiſsimum,* Pſal. 127.

Uberiori qvidem partu Sereniſsima Mater Electoralis Anno 1622. 27. Junii in lucem protulit Illuſtriſsimum filium HEINRICUM, Ducem Saxoniæ, qvi tamen 15. Auguſti ejusdem Anni morte præmatura obiit. *Dn. Heinricus.*

Nomen DEI noſtri benedicti & glorioſi ſacroſanctum, laudamus & ſuperexaltamus in ſeculum ſeculi, propterea qvòd conjugio Electorali benedixit, qvòd *Sereniſſimos Dominos Parentes, ut & Illuſtriſſimos Filios & Generoſiſſimas Filias huc usq; incolumes præſtitit.* Vides, ô Domine Jeſu, machinationes doloſas, virulentã violentiam & callidam fraudulentiam hoſtium; ô Domine, tu probè cognoſcis, qvid monſtri alant, & qvalia & qvanta ſangvinolenta conſilia agant; reſiſte iſtis potenti dexterâ tuâ; eosdem confunde & pro- *Votum auctoris devotum.* ἐλοψύχως *voveo. Electoratus Saxonici Se cur tas nu-*

qvam deſiat.

propelle; *univerſamq; domum Saxonicam, ut & Eccleſiam tuam ab iſtis & omnibus malis tutam & immunem* conſerva propter nominis tui ſacro ſancti gloriam.

Orandus porrò DEUS πολυέλεος, ut *Electoratus Saxonici ſtirpem propagare & conſervare, & in ea magnas illas & illuſtriſſimas familias ſuâ divinâ gratiâ & bonitate* augere velit, ut mutationes Reipublicę avertantur, & domus Saxonicæ Electoralis ſplēdor & decus propagetur atq; ad mundi finem duret, Amen, in JESU nomine, Amen.

Amplificatio per σύγκρισιν Gen. 47. v. 12. Joſeph alebat omnem domum Patris ſui. 1. Reg. 7. Sunt verba Spir. S.

Inſuper Illuſtriſſimorum Principum Proſapiæ, *ſapienti inventione domibus æqviparantur*; in qvam ſententiam dicitur Domus Auſtriaca, Domus Bavarica; ſic etiam in corde & animis noſtris verſatur, votisqve ardentibus *DEO præpotenti commendatur DOMUS SAXONICA.* Domus verò ritè ædificata, fundamento firmo fundata, columnis qvoqve munita & exornata, ſummo in precio habetur. Sic de Solomonis regis ſapientiſſimi domo regia ab ipſo extructa legimus, qvòd illam de ſaltû Libani ædificaverit, centum cubitorum longitudinis, qvinqvaginta cubitorum latitudinis, & triginta cubitorum altitudinis. Super fundamentum verò illud qvadratum, poſuit qvadraginta qvinq; columnas. Ordines illarum fuerunt tres; unus autem ordo habebat qvindecim columnas, contra ſe invicem poſitas, & è regione ſeſe reſpicientes, nec nō ęqvali ſpatio inter ſe diſtātes. Super columnas qvoq; trabes cedrinas qvadratas collocavit, qvas cedro ſupernè qvoq; operuit.

Ἐπίκρισις

A minori ad majus.

Vivæ columnæ ſunt præſtantiſſimæ.

Verùm, utut hæc ſint, columnæ iſtæ jam olim in devaſtationibus urbis Hieroſolymitanæ, igne ſunt exuſtæ & dirutæ. *Vivæ igitur columnæ non immeritò, majori habentur in pretio; hæ principis domum exornant, & cum DEO πολυελέῳ conſervant;* his ipſis memoria principis ad ſeram propagatur poſteritatem. Qvanto magis Principum Chriſtianorū, ut & *Sereniſſimi Dn. Electoris Filii omnibus columnis longè anteferendi*, qvinpotiùs *magnifaciendi, & in ſummis bonis ponendi.* Illi enim cum DEO τρισυποστάτῳ *firmæ ſunt Saxonicæ Domus Electoralis columnæ à DEO immortali poſitæ.* In vera enim verbi divini ſalvifici religione ſunt enutriti, & *DEO*

qvaſi

qvaſi conſecrati, qvos ille ipſe præpotens DEUS *in vera fide & pietate uſq; ad finem conſervabit*; ideoqve coram DEO *Omnipotente & Omniſapiente* manebunt in æternum.

Hoc loco DEUS Opt. Max toti orbi Chriſtiano ADMIRANDA DIVINA SAXONICA præbuit conſpicienda. Poſuit ille in domo Electorali Saxonica *Quatuor columnas, per ipſius gratiam adhuc ſuperſtites, virentes & valentes*. Qui poſuit, etiam poſthac conſervabit & cuſtodiet. Potens eſt DEUS ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ ſuper abundanter ultra id, qvòd petimus aut intelligimus, valet facere Eph. 3.

κύριον αἴτιον. Quæ Deus conſtituit, ſunt laudabilia & magnificienda, Pſ. 111.

Deus verò noſter benedictus & glorioſus columnas illas, quovis auro & argento pretioſiores poſuit per Sereniſſimũ ac Potentiſſimũ Principem ac Dominum Dn. JOHANNEM GEORGIUM, Electoratus Saxonici Ducem, nec non Sacri Romani imperii Archimareſchallum & Electorem, creandorumqve Romanorum Imperatorum Septemvirum &c. Dominum noſtrum clementiſſimum, *cujus Sereniſſimam Excelſitatem, DEUS noſter præ omnibus aliis elegit, ut Domum Saxonicam Electoralem amplificaret & propagaret. Elector igitur noſter laudatiſſimus Regem illum Solomonem imitatur.* Hæ enim columnæ ſunt extructæ ab eo, *qvi eſt major Solomone, ad cujus pedum ſcabellum* univerſum Imperatorum, Regum & Ducum *agmen ſe humiliare & adorare oportet*. Per hunc vivunt Illuſtriſſimi Duces Saxoniæ *Filii Electorales, & vivendo vires, Deo benedicente*, acqvirunt. Hujus divinâ favente & dirigente gratia, ab ineunte ætate, *in veri Dei, & qvem miſit, Domini noſtri JESU CHRISTI agnitione edocti*, in eadem qvotidie creverunt & adhuc creſcunt. Per hunc verbi divini doctrina imbuti, *Spiritus Sancti ſunt templa & domicilia*, qvi in cordibus ipſorum habitans, *vivificã quoqve & ſalvificã fide* ipſorum Celſitudines Generoſiſſimas ſanctificavit, exornavit & conſervavit.

αἴτιον ὀργανικόν. Pſal. 135, 6. Magnus Deus noſter omnia, qvæcunq; voluit, fecit in cœlo & in terra.

Comparatio Sereniſſimi Dn. Electoris cum rege Salomone.

Hæc ſunt admiranda divina Saxonica.

Hercules † Græcorum fortiſſimus, ob res præclarè geſtas ſummis exornatur laudum præconiis. Plures qvidem hoc nomine feruntur. Verum omnium celeberrimus eſt Heros ille olim in Græcia laudatiſſimus, qvi paulò ante Saulis in populo Judaico regnum

Alia collatio Dn. Electoris cum Hercule.

gnum & ante bellum Trojanum vixit, qvi qve res in Græcia Italia & Hiſpania heroicis virtutibus maximas geſſit. Bella enim ab ipſo pro communi hominum ſalute ad liberandum orbem à tyrannide hoſtium & latrociniis ſuſcepta fuère. Columnas duas ab ipſo poſitas ferunt, unam qvidem in Hiſpaniæ extremitatibus, alteram verò in Mauritaniæ promontorio. Columnæ verò illæ duo ſunt montes, alter qvidē Abyla dictus, qvi mons excelſus in Mauritania exiſtit, Calpæ monti, qvi in Hiſpania ſitus, è regione oppoſito. Qvo ipſo dubio procul ſignificârunt, Herculem his in locis laborum ſuorum metas poſuiſſe. Dicunt qvidem montes illos olim fuiſſe conjunctos, ab Hercule verò diviſos & divulſos, & ita intromiſſum terris mare, qvod mediterraneum vocant. Sed hoc lectori judicandum relinqvimus. *Columnas verò noſtras non finxit ſed verè poſuit D E U S Omnipotens in hoc* Electoratu Saxonico. *Vivæ illæ*, ut dixi-mus, *ſunt columnæ*, qvæ per fidem in Domini noſtri JESU CHRISTI meritum manebunt in æternum. Cœlum & terra in extremo die tranſibunt, dicente Salvatore noſtro unico Luc. 21. Herculis igitur columnæ, ſive duo iſti montes pariter cum illis quoque peribunt. *Liberi verò Sereniſſimi Electoris noſtri, & inter illos etiam Illuſtriſſimi Filii, utpote in Dominum JESUM* CHRISTUM credentes, & juxta verbi ipſius præſcriptum piè viventes, *in æterna vita, cum gaudio ineffabili* permanebunt coram illo, qvi eſt omnia, Sir. 43. eſt ſuper omnia, eſt præter omnia: coram illo, qvi eſt δυνάμει ἰσχυρότατος, κάλλει δὲ εὐπρεπέστατος, ζωῇ δὲ ἀθάνατος, ἀρετῇ δὲ κράτιστος; hoc eſt, potentiâ valentiſſimus.

† Fürſt Hercules aus Griechenland / Durch viel und groſſe Thaten/
Iſt worden iederman bekand/ gar wol es ihm gerathen/
Zwo Seulen er geſetzt/ noch ſtehen unverletzt/ꝛc.

Churfürſt Hans Georg aus Sachſenland / ein Fürſt von groſſen Thaten/ iſt worden iederman bekand/ Gar wol es ihm gerathen/
Vier Seulen er geſetzt/ noch ſtehen unverletzt/ꝛc.

Columnas illas qvatuor Sereniſſimæ domus Saxonicæ Electoralis, qvas poſuiſti, ô Domine DEUS Pater Domini noſtri JESU CHRISTI, conſerva quoque ad nominis tui Sacroſancti gloriam, ſalvas easdem præſta & incolumes, fac ut coram te tanqvam arbores juſtitiæ,

Labores Herculis eleganter deſcribunt Virgil. lib. 8 Æneid. & in fine. Claudianus lib. 1 in Ruff.

A minori ad majus. Scaliger ex erc. 365. ſect. 1. Autor libri de mundo cap. 6.

ἀξίωσις ſive votum auctoris devotum.

ſtitiæ, ut ſurculi fructuoſi & formoſi, in hac vita, verâ in Chriſtum fide, ſeriâ pietate, verbiqve tui ardenti dilectione qvàm diutiſſimè *vireant, vigeant & floreant, fac ut maneant coram te in æterna vita,* coruſcantes radiis ſolaribus ut ſol, Matth. 13. propter Jeſum Chriſtũ, qvi eſt Sol Juſtitiæ, ut & propter ipſius λύτρον ἰσόῤῥοπον, Amen.

CAPUT SEXTUM.

De

Illuſtrisſimi Principis ac Domini, Domini JOHANNIS GEORGII Dignitate Electorali, ad cujus apicem & ἀκμὴν DEUS Ter Optimus Maximus Ipſius Sereniſſimam Celſitudinem extulit, evexit & exaltavit.

CIrca Domini ac Salvatoris noſtri JESU Chriſti annum 997. OTHO III. Imperator, miraculoſus dictus, *conſilium ſapiens & ſalutare* de conſtituendis Electoribus, *in qvorum poteſtate eſſet,* Romanorum Imperatorem eligere, invenit. Præteritis enim annis & temporibus Imperatoris Electio Italiam tumultibus, & Germaniam extero milite adimplevit. *Exiſtimavit igitur Sapiens Imperator,* licèt poſthac imperii apicem Itali expectarent, ſive affectarent, propter antiqvam majorum gloriam; licet qvoqve Galli eidem inhiarent, propter Caroli Magni res geſtas; poſſe tamen illorum omnium ambitionem coërceri, & patriæ qvieti conſuli, *ſi certis qvaſi limitibus electio eſſet incluſa.* Qvocirca ſeptem viros inſignes conſtituit, penes qvos Imperatorem eligendi jus & poteſtas, ut & conſilii publici eſſet autoritas. *Tres verò Eccleſiaſticos, & qvatuor Politicos* conſtituit; illos qvidem per Germaniam, Italiam & Galliam Cancellarios; hos verò, & qvidem præter regem Bohemiæ, Palatinum menſæ, Saxonem toti aulæ, Brandeburgenſem cubiculo præfecit, Sacramentoqve eos obligavit, ut qvicqvid honori ac nomini Germanico conveniens ſit, id unicè ſpectent, agant, conſulent, & conſtituant.

Sapientia domum firmam ſibi ædificavit in Germania.

Septem Electores in Germania conſtituti.

Saxo-

De Saxoniæ Electoribus.

Saxoniæ igitur Electores qvod ſpectat, eorum primus fuit FRIDERICUS primus Bellicoſus; & ab eo tempore cum ipſo uſqve ad Dominum Adminiſtratorem, Electores decem numerantur. Poſtqvam verò Electoratus hujus adminiſtratio per Illuſtriſſimum Principem ac Dn. Dominum FRIDERICUM WILHELMUM, Saxoniæ Ducem, &c. τὸν ἐν ἁγίοις καὶ εὐλογίαις peracta, & ad finem ſuum perducta, Sereniſſimus Princeps ac Dominus CHRISTIANUS SECUNDUS, omnibus principi ſcitu neceſſariis diſciplinis & moribus inſtructus, anno ſupra milleſimum Sexcenteſimum primo, IX Calend. Octobris, qvem eundem olim D. Octavii Auguſti, Secundi Romanorum Monarchæ, natalem fuiſſe, ex hiſtoriis cognoſcimus, ætatis ſuæ octavo decimo feliciter completo, juxta aureæ, Imperii Bullæ, annis ab hinc qvinqvaginta qvinqve et qvod excurrit confirmatæ tenorem, gubernationem pro ſe & Dn. Fratrum nomine ſuſcipiens, & ſubditis præeſſe incipiens, *acerrimum religionis γνησίως Lutheranæ defenſorem ſeſe & propugnatorem* præſtitit. Qvanqvam enim inde à primo repurgatæ doctrinæ initio, poſtqvam DEUS πολυέλε[ο]ς lucem Evangelii in hac inclinati mundi veſpera, per miniſterium ſelecti ſui organi, Dn. D. MARTINI LUTHERI potenter & miſericorditer accendit, eamqve ex ſalvifico ſuo verbo puram & incorruptam largitus eſt, *omnes Saxoniæ Electores Sereniſſimos in eadem conſtanter perſtitiſſe, pioq; zelo illam propagaſſe, aliqvos etiam illius aſſerendæ ſtudio, multas moleſtias pertuliſſe, magnosq; feciſſe ſumtus, planum fuit, exploratum, Soleq; meridiano clarius & perſpicuum,* ita qvidem, ut conſtantiæ in vera eaqve ſola ſalvifica religione laus his Electoribus, totiqve adeò Saxoniæ Electoratui nullo jure derogari potuerit: nihilominus tamen qvidam male feriati ſunt inventi, qvi non tantùm Eccleſias & Scholas Electoratus Saxonici inclyti apud exteros traducerent, qvaſi qvovis ferè ſeptennio aliqva fieret confeſſionis mutatio; verùm etiam qvosdam bilingves & [fal]ſiloqvos manibus pedibusqve laboraſſe, qva ratione dogmata falſa & erroneas Calvinianorum opiniones per ſuos complices fraud[ul]entis dolis & machinationibus furtim inveherent, inſcioqve ordina-

Sed jam per DEI gratiã duodecim Electores è domo Electorali Saxonica.

Sereniſſimus Elector Chriſtianus II. eundem habuit natalem cum Auguſto Imperatore

Sereniſſimi Domini Electoris Chriſtiani II. zelus & fervor religionis.

Conſtantiæ laus Saxoniæ Electoribus non poteſt derogari.

Falſorum fratrum machinationes.

tio

Digitized by Google

rio ſuo ac divinitùs conſtituto Magiſtratu diſſeminarent, ac totis qvantum in ipſis fuerat, viribus propugnarent: *ideoq́; Sereniſſimus Elector* CHRISTIANUS II. confeſtim ab initio Electoratus ſui *in hanc curam incubuit*, ut omnes conſiliarii aulici, Capitanei, muneribus præfecti, omnes Superintendentes, Paſtores, Diaconi, & ſcholarum moderatores, *Religionis* JURAMENTUM *religioſè qvoqve* præſtarent, fidemqve ſanctè darent, qvòd in Auguſtanâ Confeſſione invariata, in *Libro concordiæ, Anno ſupra milleſimum qvingenteſimum octuageſimo declarata, & adverſus omnes corruptelas ibi probè munita, usqve ad vitæ ſuæ finem vellent perſeverare.

Juramentum religionis.

* *Liber Concordiæ Chriſtianæ auguſtiſſimus omnibus de meliori nota commendatur.*

Summam igitur CHRISTIANUS II. *Elector laudatiſſimus non immeritò gloriam ex eo non ſolùm eſt conſecutus; verùm etiam multò majorem*, qvòd clementiſſimè mandarit, ut Auguſtana illa Confeſſio invariata, ut & ſacratiſſima Concordiæ Chriſtianæ Formula formâ minore typis exſcriberetur & divulgaretur, omnesq́; ad Eccleſiarum & Scholarum cauſas deputati Theologi, Conſiliarii, Academiarum Rectores, Doctores, Profeſſores, Conſiſtoriorum Aſſeſſores, cuncti Superintendentes & eorum adjuncti, Paſtores & Diaconi, ſimiliter illuſtrium Scholarum Rectores & Collegæ, nec non reliqvi Ludimoderatores univerſi, omnesqve beneficii Illuſtriſſimi alumni Concordiæ Formulam† diurnâ & nocturnâ manu tererent, debito ſtudio evolverent, nihil vel publicè contrà docerent, vel privatim inveherent; examina qvoqve ex eo inſtituerent, neqve qvenqvam, qvi non *librum hunc ſubſcriptione, tum data per jusjurandum fide* approbaverit, ad officia promoverent.

† *Vos exemplaria ſancta nocturnâ verſate manu, verſate diurna.*

Decus & honor Domini Electoris CHRISTIANI II. ſurgit, viresqve eundo acqvirit. Nam cùm Anno ſupra milleſimum ſexcenteſimum omnes verbi divini ſalvifici confeſſores conſtantes, ob religionem chriſtianam & ſinceram, non ſolùm diaboli impul-

Exules è Stiria & Carinthia recepti.

H ſuâ

Digitized by Google

ſu à Jeſuitis immaniter, crudeliterqve tractarentur, verùm etiam è Carinthia, Stiria & aliis locis, ſumma cum Jeſuitarum ignominia pellerentur: Elector ſanè CHRISTIANUS II. piâ *erga illos mille ſexcentos exules commiſeratione motus*, clementiſſimè præcepit, ut à teſtimoniis inſtructi, muneribus tàm Eccleſiaſticis, qvàm Politicis præficerentur: *Verùm etiam omnibus præfectis, qvæſtoribus conſulibus, prætoribus & ſenatoribus*, imò civitatum mechanicis injungit, ut *cives exules in municipia ſua recipiant*, & ſic eorum egeſtati ipſo facto ſuccurratur, clementiſſimè mandat, ut *à tributo cereviſiario, aliisq; penſionibus, qvadriennii ſpatio* in urbibus montium Sudetarum, biennio verò in reliqvis omninò liberi exiſtant: *Præclarum mehercle beneficium, in gloriam nominis divini exhibitum*, qvod in extremo die Dominus JESUS CHRISTUS probabit, nec non æterna remuneratione compenſabit. *Innumeras qvoq; ab æterno exitio animarum myriades* vindicavit, Eccleſiamqve Dei veram amplificavit, & *Spiritus Sancti auxilio propagavit. Dominus Elector* CHRISTIANUS II. eo ipſo, qvòd ſupra milleſimum ſexcenteſimum nono, *Compendium locorum theologicorum ex S. riptura ſacra* & libro Concordiæ per Dn. D. Leonhardum Hutterum, p. m. in uſum cùm trium ſcholarum illuſtrium, tum reliqvarum trivialium in his regionibus colligi clementiſſimè curaverit. *Nam vix ullum commodius propagandæ divinæ & ſalviſicæ veritatis medium fuit viſum, qvam qvod ex recta juventutis ſcholaſticæ informatione peti poſſit.* Illa enim qvando cum lacte qvaſi materno prima purioris doctrinæ Chriſtianæ elementa ex limpidis Iſraelis fontibus ac libellis noſtrarum Eccleſiarum ſymbolicis petita imbiberit, *ea lege & conditione, ut ipſius Concordiæ, libri ſanctiſſimi verba accuratè obſerventur*, & ſic juventus ſcholaſtica à teneris, qvod dicitur, ungviculis ſanorum verborum formæ aſſveſieret, *vix metuendum fore, ut ea ita facilè à regio veritatis agnitæ tramite ſe ad errorem de via abduci pateretur.*

Immunitas & beneficentia Electoralis erga exules.

Compendiũ locorũ communium ſcholis demandatũ.

Uſus ejusdẽ eſt inſignis & præclariſſimus.

Præclarè itaqve Elector Chriſtianus II. de tota Lutherana Eccleſiâ, & de ejusdem puriore ſalviſica verbi divini religione, ut & de univerſo Electoratu Saxonico, imò de ſera poſteritate eſt pro-

Beneficia divina, per Dn. Electorem Chri-

promeritus his ipſis beneficiis, nullo alio fine præſtitis, qvàm ut Religionis Lutheranæ veræ puræ immota veritas ſarta tecta ad ſeram poſteritatem transmitteretur.

ſtianum II. Eccleſia donata.

In tanto igitur operum præclariſſimorum curſu cùm Sereniſſimus Elector conſtitutus eſſet, nihilominus tamen de Eccleſia Jesu Christi præclarè mereri adhuc pergit. Nam eodem anno †Cæſar Rudolphus, *ſummis laudum præconiis digniſſimus*, intercedente Sereniſſimo Dn. Electore, liberum religionis exercitium Evangelicis ſtatibus per regnum Bohemiæ univerſum permittit, jusqve & poteſtatem aperiendi collegii Evangelici, & inſtaurandę veteris Academiæ Pragenſis *plenariè iisdem attribuit; traditis ea de re literis, qvas vocant, Majeſtatis*, & publicè de libertate hac affixo Programmate Cæſareo ad arcem Pragenſem, die XIII. menſis Julii Anno 1609. Simile qvoqve Privilegium de religionis exercitio libero inſtaurando, & poſthac ſolenniter celebrando Cæſar glorioſiſſimus Ordinibus Sileſiæ die Auguſti XXVI. imperat.

Anno 1609

Ut & ſtatibus ducatum Sileſia.

† *Electoris Chriſtiani II. interceſſio pro Bohemis Evangelicis apud Rudolphum II. Cæſarem, ut concederetur iis exercitium A. C. liberum.*

Magnam qvoq; pecuniæ ſummam laudatiſſimus Elector de ſuis reditibus impendit; inſuper qvoqve talem per totum Electoratum Saxonicum colligi jubet, de qva Lutheranis Bohemicis templum *ad D. Salvatorem ſplendidiſſimum* Pragæ extructum.

Ædificatur templũ Pragæ ad D. Salvatorem ſumtibus hujus Electoris.

Seqventi anno conventus Electorum & Principum Imperii Pragæ indictus, ad deliberandam rem arduam, de reconcilianda Cæſarea Majeſtate cum Matthia rege Hungarico, & comprimendis ſedandisqve motibus illis periculoſis circa ſucceſſionem in Juliacenſi Ducatu & ditionibus adhærentibus. Eodem igitur anno die XXVI. menſis Aprilis Elector Saxoniæ Chriſtianus II. inſigni eqvitum comitatu urbem Pragam ingreditur, fidemqve ſuam & animi excelſitatem in graviſſimis & difficilimis ſeqventium aliqvot menſium conſultationibus *Sacri Romani Imperii Capiti, invictiſſimo videlicet Cæſari RUDOLPHO II. declarat*; nec non V. Cal. Julii, poſt annos CXXVIII. à prima Friderici III. Rom. Imperatoris donatione, *feudum Juliacenſis Ducàtus & ditionum adhærentium*,

Conventus Electorum & Principũ Pragæ Anno 1610.

Auget Illuſtriſſimam domum Saxonicam feudi Juliacenſis Ducatus & ditio-

Digitized by Google

rum adhærentium. *tium cum titulo uſitato & conſuetis inſignibus*, ſuo, Dn. Fratrum & Agnatorum Principum nomine, in arce Pragenſi regia, *ab Imperatore per ſolennem inveſtituram accipit. Paulò pòſt Elector cum illuſtriſſimo fratre, Duce Johanne Georgio, qvi paulò ante Pragam venerat*, ſplendidiſſimè à ſacra Cæſarea Majeſtate dimiſſus, in Miſniam revertitur, ex voto hoc devoto:

Ito DEO comitante; DEO comitante redito!

Pax inter Electorem Saxonicum & Brandeburgicum. Qvoniam ad componendam illam Juliacenſem controverſiam à Cæſarea Majeſtate Rudolpho II. conventus Principum Coloniæ indicitur: ſed à Nonis Septembr. usqve ad Idus Octob. circiter omnis opera, ea in re fruſtra conſumebatur; donec tandem ſingulari Dei præpotentis beneficio XVI. Calend. Aprilis anno ſeqventi 1611. Pax optatiſſima ingenti omnium ordinum applauſu & lætitia inter Sereniſſimos Saxonicum & Brandenburgicum Electores *in controverſia graviſſima & difficilima de Juliacenſi Ducatu* conſtituitur & confirmatur, pro qvo beneficio Deo noſtro glorioſiſſimo ſit laus, honor & gloria.

Conventus Molhuſæ indictus. Poſt hæc conventus Electorum Imperii, Mulhuſii indicitur ad VII. Idus Julii. Ad hunc profecturus Elector inclytus, ut ſuam Imperio operam fidemqve Imperatori probaret, cùm penè jam in procinctu eſſet, *morte repentinâ ſed placidiſſima conſopitus*, ad ſempiternum illud ELECTORUM concilium, cui ipſe *Dei Filius præſidet*, die XXIII. menſis Junii, hora X. pommeridiana abit. Corpus exanime, chriſtiano ac ſolenni ritu, Mauſoleo Gentilitio Ducum & Electorum Saxoniæ, *inter qveſtus & lacrymas pares ſummorum, infimorum, medioxumorum*, die VI menſis Auguſti, Fribergæ inſeritur. Epitaphium inclyti Electoris ſic ſe habet.

Beata analyſis Sereniſſimi Electoris, Chriſtiani II.

Epitaphium Chriſtiani II. Electoris Ζῶν ἐν εὐλογίαις

CHRISTIANUS II. Dux Saxoniæ, Juliaci, Cliviæ & Montium Dux, Sacri Romani Imperii Archimareſchallus & Elector, princeps animi juxtà ac corporis dotibus inſignis, prudens, fortis beneficus, pietate in Deum, conſtanti fide in Cæſarem, amore in Patriam, æqvitate & clementia in ſubditos, nulli Majorum ſecundus, gravis nemini, jucundus omnibus, bello Juliacenſi ſine cæde & ſangvine ſopito, in complexu ſvaviſſimæ & laudatiſſimæ conju-

gis,

giſ, maximum ſui deſiderium relinqvens, piè in Chriſto obdormivit, die XXIII. menſis Junii, hora X. pomeridiana, anno MDCXI. poſtqvam annos XXVII. menſes IX. dies XXIII. vixiſſet, & annos IX. menſes IX. nec non dies XXIII. regnaſſet. Atqve ſic

CHRISTIANUS moritur, ſic diſponente Jehova.
Verùm
JOHAN GEORG exoritur, felix ſucceſſor & altor!

M. Conr. Bavarus.

qvemadmodùm olor ille Lipſenſis cecinit.

Qvod itaq; felix & fauſtum ſit, & in totius Eccleſiæ Lutheranæ, Germaniæ, ut & Electoratus Saxonici emolumentum cedat, Divinâ favente gratiâ ad Electoratus SAXONICI *culmen & faſtigium Sereniſſimus & Potentiſſimus Princeps ac Dominus,* Dominus JOHANNES GEORGIUS Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ & Montium Dux &c. evehitùr, *ſummaq; omnium ordinum congratulatione, utpote legitimus ſupremus Magiſtratus excipitur.* Pro qvo ſanè beneficio ſummo ipſius Sereniſſima Excelſitas Deo τρισυπερτάτῳ *mirificas egit gratias, hacq; ſorte ampliſſima maximè contenta in pace exoptatiſſima vixit.* Ad altiores easqve regias dignitates alii aſpirent: *Verùm ab omni ambitione ipſius Sereniſſima Excelſitas longè* abfuit, utpote, qvam non latuit, *inter Romani Imperii Electorem & Regem non multum intereſſe;* ſiqvidem Electoralis dignitas ad regiam, qvàm proximè accedit. Rex enim Bohemiæ & reliqvi Electores in Imperio Romano pari paſſu ambulant, qvandoqvidem ſimili in eligendo Imperatore fungantur officio. Aurea qvoqve Bulla reges & Electores in nullo ponit diſcrimine; utrosqve in unum eundemqve ordinem & numerum includit; *illius vigore, Electores talem in ſuis ditionibus poteſtatem & libertatem, qvalem reges in ſuis regnis, obtinent.* Certo qvoqve reſpectu *Electores* in munere & officio ſuo conſtituti, *cæteros reges* ad imperium Romanum non pertinentes, *longè antecellunt.*

Succedit Sereniſſimus Dominus Elect. Johannes Georgius.

De majeſtate Electoralis officii in Romano Imperio.

Iterum hoc loco Deus Opt. Max. ADMIRANDA DIVINA SAXONICA toti orbi Chriſtiano perpendenda proponit. Sapientia divina (Prov. 8. v. 15.) dicit: MEUM eſt conſilium & potentia, ego ſum intelligentia; mea eſt fortitudo. Per me reges re-

Digitized by Google

gnant,& legum conditores juſta decernunt. Per me Principes imperant,& potentes imò omnes judices terræ.

Medium tenuére beati.

Hàc divinâ ſapientiâ fretus Sereniſſimus Elector, verè beatus,mediam viam ſemper tenuit; *etiam in perdifficili illa cauſa Bohemica.* Dedit enim Cæſari,qvæ ſunt Cæſaris; illa non abripuit, qvæ ad ſe non pertinere exiſtimabat; ideoqve *illa qvoq; conſilia Electoralia Saxonica omnium maximè ſapientisſima,ſummaq; prudentiâ abundantia à rectè ſentientibus judicata ſunt.*

Admirandum divinū Saxonicum

Magnum hoc eſt admirandum divinum Saxonicum! *Deus ter Opt.Max.* Electori noſtro laudatiſſimo hoc dedit,*ut ſummâ hac Electorali dignitate contentus,ex omnibus actionibus cum laude decederet.* Divinum certè à Divina Majeſtate & Clementiâ profectum donum,qvando *Rex terræ alicujus non puer eſt,*(Eccl.10.v 16) *ſed in omnibus conſiliis & actionibus auream ſemper mediocritatem diligit & ſeqvitur.* Meritò divinum hoc ab omnibus gratâ mente agnoſcendum beneficium,*ex qvo plurima ingentia ad hunc Electoratum redierunt commoda;* rogandusq; ab omnibus Deus Omnipotens,ut & hæc incolumitas Electoratui huic ſit & maneat usq; ad mundi finem perpetua.

Incolumitas Electoratus Saxonici.

Digna eſt igitur Serenisſimi Domini Electoris amicitia, qvæ ab Imperatoribus & Regibus expetatur; *huic amoris ſui primas deferant;* conſtans enim *propenſa & perpetua eſt Domini Electoris noſtri* in eos,qvi ipſi favent,*benevolentia.* Illud profectò cognoſcent, neqve chariorem neqve jucundiorem eſſe qvenqvam.

σύγκρισις Dn. Electoris cum Cæſare Augusto.

Myſterio etiam neqvaqvam caruiſſe ſemper mihi viſum fuit, qvod rerum geſtarum monumenta teſtantur, Cæſarem Auguſtum aliqvando coronam rutaceam capiti ſuo impoſuiſſe,atqve hoc modo in plateis urbis viſum, Poëtarum ſcholas freqventâſſe. †Imperator inſcius, oſtendere tamen videtur, *Illuſtrisſimam hanc domum,cujus ruta inſigne fuerit,Cæſareâ & regiâ amicitiâ & neceſſitudine eſſe dignam*, utpote qvæ pacis & belli tempore Romani Imperii Caput tegere,& ab illo mortiferum venenum pellere poſſit, Qvod etiam *Elector Saxonicus per Dei gratiam in Bohemico disſidio maſculè præſtitit*; propterea non pedibus conculcandam, non

ſper-

ſpernendam, ſed magnificiendam, *ſed magno in numero ponendam*, amicitiæqve non fucatæ compenſatione *domum illam eſſe maximè dignisſimam*, meritò exiſtimandum.

† *Sic etiam Imperator Fridericus Barbaroſſa, rutaceam corollam capiti ſuo impoſitam, eamq; dimidiam Saxoniæ Electorum inſigne eſſe voluit, vide lib. I cap. I.*

Pluribus qvidem admirandis Deus Electorale officium & regimen per Sereniſſimum Patriæ noſtræ Patrem exornavit; ſed de illis uberius libris ſeqventibus, ξὺ θεῷ dicetur.

Votum devotum pro Sereniſſimo noſtro Electore.

Æternum Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti, ordinis tàm Eccleſiaſtici qvàm Politici & Oeconomici defenſorem omnipotentem devotis precibus rogamus, ut *Electorem Dominum* J O-*HANNEM GEORGIUM, Dominum noſtrum Clementiſſimum*, Sereniſſimamqve qvoqve ipſius conjugem, ut & liberos Illuſtriſſimos, Filios generoſiſſimos, cum conjugibus Illuſtriſſimis, filiasqve inclytas, ipſarumqve Principes maritos Illuſtriſſimos, pro ſua immenſa, paternaqve bonitate, ſicut hactenus, ita & in reliqvum, imò per univerſum vitæ ipſorum tempus, ab omnibus malis, periculis & incommodis tàm corporis qvàm animæ tutos præſtet, protegat, tueatur, regat atqve defendat. Præcipuè verò Domino Electori noſtro FRIDERICI I. Bellicoſi, Tritavi ſui *fortitudinem*; FRIDERICI II. Placidi atavi *manſvetudinem*: ALBERTI Abavi, Teutonici Herculis ac dextera manus Imperii *nuncupati robur Heroicum*: HEINRICI Proavi *pietatem & repurgatæ religionis ſtudium*; AUGUSTI avi, verè Auguſti *felicitatem, prudentiam, æternam famam & celebrationem*; CHRISTIANI PRIMI Parentis, Sereniſſimi *ſplendorem eximium, heroicam virtutem, animiq; excelſitatem*; CHRISTIANI II. fratris *religionis Lutheranæ fervorem pium & zelum ardentisſimum* datum & conceſſum, Deus ϖολυέλεος poſthac qvoqve augeat, conſervet, amplificet, qvo non tantùm nos ſubditos ſubjectiſſimos optimè & diutiſſimè defendat, foveat & nutriat, ſed etiam publicæ paci, Imperii ſaluti, & harum regionum incolumitati & tranqvillitati *bene & utiliter proſpiciat*, conſulat, commodet, qvæ bello iſto inteſtino ad Orcum rele-

Corona aurea ex ſplendidiſſimis virtutibus contexta, qvæ omnibus gemmis ſunt precioſiores.

Soli DEO gloria. Vivente adhuc noſtro

Digitized by Google

Electore pax rediit in Romano Imperio. Anno 1650. relegato, pax aurea exoptatiſſima & concordia cordium conſentiens & dulcisſima omni ex parte, *qvæ per Dei gratiam jam in Germaniam, in Eccleſias & Scholas, in Politiam & Oeconomias rediit, poſthac conſervetur,* & ſarta tectaqve retineatur ad DIVINI NOMINIS ſacroſancti gloriam illuſtrandam, Verbi Divini cœleſtis ſinceritatem ad poſteros propagandam, & ſuam ipſius ſuorumqve ac ſubditorum ſalutem provehendam & promovendam: Ita eveniat, ô DOMINE JESU, Amen.

CAPUT SEPTIMUM,

De

Illuſtrisſima & Pientisſima Principiſſa ac Domina, Domina MAGDALENA SIBYLLA, &c.

Serenisſimi Domini Electoris Saxoniæ conjuge ſecunda, virtutibus præſtantisſimis condecorata.

Simile appoſitum, in qvo continetur pulcerrimum conjugii ſpeculum. NAturæ indigatores tantam Rutæ cum ficu intercedere cognationem ſtatuunt, tamqve fidum amorem, ut nusqvam hæc in fructum copioſius exuberet, qvàm ſi ad Rutæ germen conſita ſit; illa autem, niſi ſub hujus umbra, haud usqvam proveniat lætior, ut hac ratione fructuum ficus ſvavitas, Rutæqve efficacia & bonitas dulcisſima harmoniâ conjungantur. *Pulcerrimum ſanè conjugii laudatisſimi ſpeculum! Uterq; Serenisſimorum Conjugum virtutibus pollet maximè inſignibus,* amor ſincerus & fides conjugalis in utroqve eſt ardentisſimus, à Spiritu Sancto per Dei verbum accenſus & auctus, *Dei profectò opus eſt, eam in conjugio mentis conſtantiam tueri, ut tot annorum curſu,* amori conjugali non modò nihil detrahatur, ſed ille ipſe ſubinde majus capiat incrementum.

Ad *Serenisſimum igitur & Potentisſimum Principem ac Dominum, Dominum JOHANNEM GEORGIUM, Ducem & Electorem Saxoniæ &c. Dominum noſtrum clementisſimum,* qvod attinet, ipſius Serenisſimæ Excelſitatis virtutes laudis præmium in

Ger-

Germania tota apud omnes verè credentes reportant. In illo enim *Deus ſummè miſericors* omnibus in genere, ſpeciatim verò cordatis & pergratis, qvi beneficia divina per hunc Electorem in nos collata, memori mente agnoſcunt, ADMIRANDA SUA DIVINA demonſtravit, qvæ qvidem tanta ac talia ſunt, *pro qvibus à nobis ſubditis Deo τρισυποστάτῳ gratiæ immortales agendæ ſunt hic & in æternum.*

κύριον αἴτιον; cauſa efficiẽs principalis beneficiorum.

Sereniſſimi itaqve Domini Electoris in Eccleſiam & nos omnes merita omnem laudem ſuperant. *Eqvidem mihi indignus id non ſumo, qvaſi prædicandæ ipſius Sereniſſimæ Excelſitatis gloriæ par ſim & ſatis* idoneus; meæ enim tenuitatis probè mihi conſcius ſum. *Lincolas igitur laudis & honoris. Domino Electori noſtro debiti, per totam* hanc commendationem & πραγματείαν ſaltem duco, *ut alii ad idem ſtudium excitentur, & ad gratias Deo noſtro benedicto & glorioſo pro admirandis his divinis Electoralibus Saxonicis agendas extimulentur.* Qvod meum pium ſtudium æqviſſimus qvilibet in optimam partem accipiet.

ὄργανον Dei præſtantiſſimũ eſt Dei verbum, qvod in noſtro Electore dominatur.

Excuſatio auctoris.

Hoc verò caput ſeptimum Illuſtriſſimę conjugis Electoralis, Regionum harum Matris exoptatiſſimæ & deſideratiſſimæ VIRTUTES ab interitu & hominum oblivione vindicabit, nec non immortalitati commendabit.

Summa & argumentũ cap. VII.

Stella, decus & Sol fœminei ſexus, Sereniſſima conjunx Electoralis, Illuſtriſſima Princeps & Domina, Dna. MAGDALENA SIBYLLA, Marchioniſſa Brandenburgenſis, *Saxoniæ Duciſſa & Electoriſſa*, &c. *virtutibus qvaſi lumen qvoddam ita elucet*, ut religionis, pietatis, manſvetudinis, modeſtiæ, humilitatis, ut & aliarum virtutum laude in illo ſexu nullam ipſi anteponendam, cenſendum ſit. Splendet enim & coruſcat in illa

Sereniſſimæ conjugis Electoralis Dn. Magdalenæ Sibyllæ &c. virtutes.

Primò, *veræ religionis puritatis ſtudium.* Nam immoto DEI verbo, in *Scriptura ſacra* Veteris & Novi Teſtamenti comprehenſo, *Catecheſi Lutheranæ plus qvàm aureo illi κειμηλίῳ*, Auguſtanæ Confeſſioni invariatæ, ut & Formulæ Chriſtianæ Concordiæ ὁλοκαρδίως eſt addicta. Illa religionis conformitas, in conjugio præſer-

Qvarum I. Religionis vera & ſincera ſtudiũ.

ſertim, maximam conciliat amicitiam. Sic enim conjuges in una fide copulantur & conjunguntur. *Sic in colendo uno vero Deo cor qvoq; cordi unicè in una religione* & fide reſpondet. Hic Deus, miſericordiſſimus & omnipotentiſſimus vitam & benedictionem promittit & præſtat; ſic conjugum unanimiter in una religione viventium *Deus ſapientiſſimus preces clementer exaudit*. Et ut ſummatim dicam, ubi conjuges cum liberis *in nomine Jeſu Chriſti unanimiter* congregati ſunt, ibi *in medio eorum præſens eſt ipſe Dominus* ac Servator noſter unicus & certiſſimus, Jesus Christus; benedictione ſuâ in cœleſtibus, Epheſ. 1. qvomodo Deus cum Christo omnia nobis non donaret, Rom. 8.

Pſal. 133. Pſal. 66. v. ult.

Matth. 18.

Emicat ex ipſius Sereniſſima Celſitudine II. *Sincera in Deum Pietas, qvæ eſt ad omnia utilis*, utpote; qvæ vitæ præſentis & futuræ promiſſionem habet, 1. Tim. 4. v. 8. *Vera autem indoles ſinceræ pietatis conſiſtit in pœnitentiæ non fucatæ exercitiis*; qvæ nihil aliud ſunt, qvàm peccata noſtra agnoſcendo ſeriò deplorare, ad iram Dei horrendam & legis fulmen exhorreſcere, & qvod Deum peccatis offenderis, ſeriò contriſtari: *veraq; fide ad gratiam DEI & CHRISTI meritum confugere, Deumq; nobis per CHRISTUM* placatum & reconciliatum firmiter credere; nec non piè in Chriſto vivere, peccata remis velisqve fugere, *Deoq; omniſcio in ſanctitate & juſtitia* omnibus vitæ noſtræ temporibus inſervire. Pulcerrimæ hujus virtutis encomium qvàm ſit magnificum, *qvamq; ponderoſum, qvis eſt, qvi non videat?* Sirac. 1. v. 16. Nàm illud ipſum Sapientiæ Initio, omniumqve virtutum fundamento, Pietati, non ab humanæ ſapientiæ parente Ariſtotele, qvi conſtitutus ſub idololatriæ ethnicæ nube & tenebris plus qvàm Cimmeriis ad cognitionẽ verbi divini pertinentia non agnovit, ſpiritualémq; Chriſtiani hominis vitam, ut & æternam penitùs ignoravit; *ſed à ϑεοσόφῳ excellentiſſimo* D. Paulo, qvi ἐπιστήμην ſuam ſtupendam, *non à legisperito Gamaliele, ſed à veritatis ſalvificæ Magiſtro IMMANUELE* didicit, tribuitur. Neqve è triviis aut compitis eſt arreptum, ſed honeſtæ utilitatis, ſummæ dignitatis, veræqve jucunditatis ſatellitio incedit ſtipatum. *Qvæ argumenta tanti ſunt*

II. Vera Pietas.

Qvæ conſiſtit in ſeria pœnitentia exercitiis.

Encomium pietatis.

ἄρνησις.

ϑέσις.

Dn. D. May fartus in Mellificio.

pon-

ponderis, ut proptereà pietas meritò expetatur, ſummoq́ in precio habeatur.

Idipſum ſeriò perpendens ipſius Sereniſſima Celſitudo, pietati ab ineunte ætate ſatis diligenter operam dedit. Cum Maria illâ Deum verum, ut & Filium ejus dilectum, θεάνθρωπον, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ſuumqve ipſius Verbum ſalvificum, tanqvam optimam & præſtantiſſimam [Luc.10.v.42.] partem elegit, qvæ ab ipſa non auferetur. Dominus pars hæreditatis meæ, dixit ipſius Celſitudo, funes ceciderunt mihi in [Pſal.16.v.6.] jucundis, hæreditas præclara mihi. Cum Lydia colit Deum, & attentè verbum ipſius prædicatum audit; ipſius cor Dominus qvoqve [Actor. 16. verſ. 14.] aperuit, intendere his, qvæ dicuntur ex verbo Dei. Cum Berrhoënſibus, qvi erant Theſſalonicenſium nobiliores, non tantùm cum omni aviditate verbum Dei ſuſcipit, verùm etiam qvotidie Scripturam ſacram, an conciones ita ſeſe habeant, [Actor.17.v.11.] perſcrutatur. Cùm Judith vidua non tantùm ὁλοψύχως Dominum [Judith.8.v.8.] timet valde, adeò, ut non ſit, qvi de ea verbum malum loqvi poſſit, ſed etiam Dei verbum dies noctesqve meditatur, qvidnam miſericordiam [Ibid.verſ.12.] Dei provocet? nimirum, *vera ad Deum converſio, vera in Chriſti meritum fiducia, nec non ſeria vitæ emendatio, patientiæq́ & ſpei in cruce exercitatio.* Hæc qvoqve Pientiſſimæ Dominæ Matris ex verbo Dei concepta voluntas eſt, ut omnes ſubditi perpendant, qvia patiens eſt Dominus, ideoqve veram pœnitentiam omnibus agendam eſſe. Humiliemus Deo animas noſtras, & in ſpiritu conſtituti humiliato illi ſerviamus, & flentes Dominum rogemus, ut nobiſcum faciat ſecundum [Ibid.v.17.] miſericordiam ſuam.

Cumprimis verò *ſcopum ſalutis ſuæ æternæ, imò omnium actionum Chriſtum Jeſum Salvatorem unicum ſibi habet propoſitum, ab hoc unico* omnem ſalutem expetit, ad hunc qvoqve omnium actionum exordium & progreſſum, univerſæqve ſalutis ſuæ finem refert; de hoc noctes diesqve cogitat; hujus vitam ſanctiſſimam, *ipſius paſſionem & mortem ſalvificam, reſurrectionem & aſcenſionem glorioſam, non tantùm animo continenter evolvit, verùm etiam ſpe-* *III. Vera in Chriſtum fides & ejus affectus ſeu conſeqvens.*

Digitized by Google

ciali applicatione & verâ fiduciâ meriti Chriſti beneficia privativa & poſitiva apprehendit, vitamqve omnem Chriſto vivit, ita ut verè [Gal.2.v.20.] cum Paulo dicat: Vivo a. jam non ego, ſed vivit in me Chriſtus. Vitam autem, qvam nunc in carne vivo, per fidem Filii Dei vivo, qvi me dilexit, & ſemetipſum pro me tradidit. Super [Eſa.26.v.4.] hanc petram æternam, Jeſum Chriſtum, & ſuper hoc fundamentum Prophetarum [Eph.2.v.20.] & Apoſtolorum, Pien-

1.Cor.3. tiſſima harum regionum Mater Electoralis per DEI gratiam domum Chriſtianiſmi ſui ædificavit, contra qvam [Matth.16.] portæ inferorum non prævalebunt. Domus hæc Spiritus Sancti auxilio non cadet; nam ſuper Petram eſt [Matth.7.v.26.] fundata.

IV.

Spes & patientia.

Proxima fidei ſalvificæ virtus eſt *Spes cum patientia conjuncta.* Hanc qvoqve exercuit in omni vita, præcipuè verò in officio ſuo conſtituta, de qvo Dominus prædixit; multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos, in dolore [Gen.3.v.16.] paries filios. In his verò & aliis ærumnis cum Davide regio Pſalte confeſſa eſt Sereniſſima & Pientiſſima Domina mater: In Deo eſt ſalus mea & gloria mea; Deus [Pſal.62. v.8.] eſt ſpes noſtra. Profectò ipſe eſt Petra mea & ſalus mea: eſt refugium meum, non movebor. Cum D.

**Serm 9. ſuper qui habitat.*

Bernhardo*dicit: *Tu es, Domine, ſpes mea. Qvicqvid agendum, qvicqvid declinandum, qvicqvid tolerandum, qvicqvid operandum, tu es, Domine, ſpes mea; hæc una mihi omnium promiſſionum cauſa*; hæc tota expectationis meæ ratio. Prætendat alter meritum, ſuſtinere ſe jactet pondus diei & æſtus; ſe jejunare in ſabbato bis dicat, poſtremo non eſſe ſicut cæteros hominum glorietur; Mihi autem

†Symbolum D. Vincentii Smuccii S. Lipſ. p. memoriæ.

†adhærere Deo bonum eſt, & in Domino DEO ſpem meam ponere. Tria conſidero, in qvibus tota [Bernhardus ſerm.10.in Pſal.91.] ſpes mea conſiſtit; charitatem adoptionis, veritatem promiſſionis, poteſtatem redditionis. Tu es, Domine, patientia mea: Si tribulatio infertur, per Te ſperabo; Tu es ſpes mea. Si præmia promittantur, per Te obtinebo: ſi inſurgat hoſtis, non niſi in Te ſperabo.

V.

Precationũ devotarum exercitium

Aſſiduis qvoq; animus Celſitudinis ſuæ paſcitur precationibus, qvibus demonſtrat, totam ſe compoſitam ad unicam Dei dilectio-

ctionem, verbiqve divini obſervationem. *Exiſtimat enim Princeps veræ Lutheranæ religionis amantiſſima*, non eſſe cauſam gloriationis in homine ſapientiam mundanam, non opes, non generis nobilitatem, non ſplendorem & dignitatem, ſed in hoc eſſe cauſam [Jer. 9. v 24.] gloriandi, ſi Deum cognoſcat, atqve ipſum ex animo vereatur, ipſiq; ſeriâ invocatione ſecundum verbi ſui præſcriptum ſedulò ſerviat.

Nec tantùm Deo piis precibus ſervit, *ſed etiam rivulos pietatis & beneficentiæ ſuæ ſpargit in Eccleſiæ miniſtros & pauperes*, adeoqve ſubditis maximè prodeſt. Non enim ignorat, poteſtatem ideò in homines ipſi à Deo tributam, ut hominibus, qvibus præeſt, proſit; conceſſas ideò pecunias, ut pauperibus ſuccurratur, & in horum animo, tanqvam in agro fertili obſerantur & recondantur, ut centeſimos fructus ferant, qvi etiam in extremo die à Domino Jeſu, ipſo vivorum & mortuorum judice prædicabuntur. Sæpiùs Dominæ Electoriſſæ munificentiam experti ſunt Eccleſiæ miniſtri, multi liberi parentibus orbati, multæ puellæ nubiles, principali ejus liberalitate dotatæ; à patria qvoqve extorres, & Lutheranæ religionis causâ profugi, qvi cum fortunis ſuis eſſent ejecti, Illuſtriſſimæ beneficentiæ auxilio ſunt erecti; qvi ſuam vicem deplorabant, ſed Sereniſſima Mater beneficentiâ ſuâ eos confirmabat.

VI. Beneficentia & liberalitas.

Matth 25.

Simili res poteſt reddi illuſtrior. Cymba imbecilli qvi vehuntur in mari, navem deonerant, merceſqve ampliores in probam & munitiorem conjiciunt, qvò felicius ipſis navigare ſit conceſſum. *Vita hæc qvid aliud eſt, niſi mare multis periculis obnoxium:* vehimur mortali hac vitâ qvaſi imbecilli cymbâ, & qvidem eò periculoſiùs, qvo divitiis amplioribus oneramur. *Has igitur merces ex navi noſtra minus firma deoneremus;* qvod ipſum *beneficentia præſtat.* Succurramus proximo, verâ fide nitentes promiſſionibus divinis, qvæ nobis ſunt navis valida, fidelis & probè munita, atqve ſic in hac tuti trajicientes, ad vitæ æternæ portum apertum per Dei gratiam & tutelam appellemus.

Simile appoſitum.

Vita hæc eſt mare multis periculis obnoxium.

Veræ & ſinceræ pietatis comes perpetuus juxta beneplacitum *Dei eſt benedictio divina*, qvam etiam ipſius Sereniſſima Celſitudo

Effectus harum virtutum eſt be-

Digitized by Google

tudo ubertim eſt experta. *Fœcunda enim eſt vitis* in Electoralis Domus Saxonicæ lateribus; *Illuſtriſſimi Liberi, ut & Filij Duces Saxoniæ Generoſisſimi ſicut novellæ olivarum* [Pſal. 128. v. 3. 4.] in menſæ Electoralis circuitu. Vehementer eqvidem delector ingenioſisſimâ inventione Cygni olim Dresdenſis, Poëtæ illius ingenioſisſimi & felicisſimi, cùm anno ſupra milleſimum ſexcenteſimum vigeſimo primo, ipſo Johannis Baptiſtæ feſto, in honorem Serenisſimi Domini Electoris, ſertum Johannæum necteret, cum inſcriptione votiva, ex nomine auguſtisſimo & ſplendidisſimo Dn. Electoris deſumta;

nedictio divina.

D. Johan. Seuſſius.

Ach Gott Hier Für Uns Sorge:
Churfürst Johann George.

Ibi certè in Icone addita erant conſtituti ſedentes ambo Electorales Conjuges, Serenisſimi Dn. Dn. Parentes; in medio verò eorum Pientisſima avia, Domina Mater Sophia ſedebat. Ante ipſorum conſpectum in procinctu qvaſi, *Illuſtrisſimorum filiorum qvadriga laudatisſima*, & Illuſtrisſimarum filiarum *triga ſvavisſima ſtabat*. Stirps hæc Saxonica auguſtisſima hortum longè amœnisſimum, Rutâ viridisſima circumdatum repræſentabat, extra qvem ſerpentes, aſpites, lacerti, bufones ſerpebant, neqve in hortum admittebantur. Et qvod maximum, *Angelus Domini accedens, benedictionem divinam afferebat ex Pſalmis Davidicis; Beatus es, & bene tibi erit;* Ecce, ſic benedicetur homo, qvi timet Dominum. Beatus vir, qvi Pharetram ſuam ex ipſis implevit. Ambo certè Electorales conjuges Deum φρενόθεν timent; ideoqve promisſionum & benedictionum Domini varietate exornantur & circundantur, qvæ ut ſuper ipſos & totam Electoralem ſtirpem Saxonicam hîc & in æternum maneat, ipſorum Celſitudinibus ψυχῆθεν precor. Placet verò ex voto illo Seuſiano verſus qvosdam hîc repetere.

Icon Electorale Poëtæ illius nobiliſſimi.

Pſ. 127. 128.

Horto hoc Palma Pater victrix! Avia inclyta radix,
Uviferæ vitis Mater obitqve vices.
Et Junonis avis decus eſt, Septenáqve Proles
Inſtar oliveti conſpicienda viret.
Armiger hortum umbrat Jovis ales & armat; ab horto
Ruta fugat colubros, diva canitqve ſalus: Ec-

Verſus Dn. Joh. Seuſſii.

Ecce beatus homo! Felix qvem talibus armis *Pſal.128.*
Inſtruit,& jaculis farta pharetra ſuis. *Pſal.127.*
Proqve Aqvila & ſerto renuit neqve ſpinea ſerta,
Rebus in adverſis prendere Certa Fides:

VIII. Caſtitas & pudicitia.

Caſtitatis qvoq; & pudicitiæ laude harum regionum Mater Illuſtriſſima Electoriſſa viret & floret; proinde qvovis auro precioſior meritò habetur. Nam in fide, dilectione & ſanctificatione cum ſobrietate, [1.Tim.2, v.15.] modeſtia & caſtitate permanet; hac ipſa & verecundia ſeipſam [Ibid.v.6.] ornat. Scit omnis populus, ipſius Sereniſſimam Celſitudinem eſſe mulierem [Ruth.8.v.11.] virtutis. Altiſſima virtus caſtitas DEO, qvi caſta mens eſt, homines aſſimilat. Precioſiſſima virtus eſt, qva Angeli delectantur. *Qvid igitur Angeli & caſtus homo differunt?* felicitate num virtute? Illius caſtitas felicior, hujus verò fortior & dignior. Propterea etiam ipſius Sereniſſima Celſitudo, utpote ſollicita altiſſimæ virtutis amatrix, utpote ſedula precioſiſſimæ virtutis cultrix, verè unio præſtantiſſimus eſt. Ecqvid caſtitas eſt? Unio eſt generatione. Generatur enim hic ex cœleſti rore in conchis, ille verò non niſi rore gratiæ cœleſtis. Caſtitas unio eſt incluſione. Clauditur hæc duris concheis teſtis: illa verò obice cœleſtis veritatis. Caſtitas unio eſt qvantitate; horum alter major, ſive minor alter: illa certè major & precioſior reliqvis virtutibus, qvæ ſuos cultores extollit, & precioſos reddit. Caſtitas unio eſt qvalitate; electuarium ex hac expreſſum valere dicitur contra cordis paſſiones; illa verò valet contra concupiſcentias carnales. Caſtitas, ut Auguſtinus hoc mihi de ſuo largiatur, eſt *ornamentum nobilium, exaltatio humilium; nobilitas ignobilium; pulcritudo vilium; ſolamen mœrentium; Minoratio criminum. Augmentum pulcritudinis; Decus religionis; DEI amica, Patriarcharum vita; Angelorum cognata; Prophetarum Corona. Apoſtolorum cingulum, martyrum auxilium, confeſſorum vehiculum, virginum ſpeculum, Viduarum refugium, Bonorum ſolamen & gaudium.*

Encomium caſtitatis & pudicitiæ.
Unio eſt 1. generatione
2. Incluſione.
3. Qvantitate.
4. Qvalitate.
Auguſtini ſcitū haud inſcitum.

VIII. Manſuetudo & clementia.

Inſuper *manſvetudo & clementia*, excellentiſſimæ virtutes, Chriſtianos maximè decent. *Manſvetudo* eſt mediocritas circa iram;

Ariſt. lib. 4. Ethic.

iram; corripit & ſedat inqvietos, conſolatur puſillanimes, ſuſcipit infirmos, patiens [1. Theſſ. 5. v. 14.] eſt erga omnes; propter promiſſiones, qvas habet in ſacris literis, inſigniores. Beati enim mites, qvoniam [Matth. 5. v. 5.] terram poſſidebunt. Manſveti terram hæreditabunt, [Pſal. 37. v. 11.] & in multitudine pacis delectabuntur. Manſvetis Deus [Prov. 3. v. 24.] dat gratiam: Deus exaltat [Pſal. 149. v. 4.] manſvetos in ſalutem. *Hoc monili,* qvo nihil precioſius, *hac gemmarum varietate,* qvâ nihil delectabilius, Electoriſſa qvoqve noſtra radiat & ſcintillat. Probè enim cognitum habet & perſpectum, *benignâ bonitate & bonâ benignitate, jucundâ lenitate animos* ad iram pronos conciliari & leniri, multaqve ſæpenumero damna averti. Sic ex hiſtoriis Romanis accepimus, Juſtiniani junioris, Imperatoris Romani uxorem, Sophiam Auguſtam, ſolâ hujus virtutis intermiſſione, Romano Imperio damnum maximũ intuliſſe, idqve dimidiâ ferè Italiâ privaſſe, eò, qvòd erga Narſetem, Romani Imperii Ducem, rei militaris ſcientiâ inſigni præditum, manſvetudinis & lenitatis oblita fuiſſet. Narſes enim, natione græcus, à pueritia tamen in Italia educatus, in verbo Dei edoctus, Chriſtianam religionem profeſſus, in rebus bellicis fuit fortiſsimus & feliciſsimus, adeò, ut univerſis Imperii Romani copiis præficeretur. Huic in more poſitum erat maximè laudabili, *ut anteqvam ſangvinem hoſtilem in prælio effunderet, prius in templo aliqvo orationibus deditus eſſet, ita ut magis precibus & ſupplicationibus ad Deum devotis qvàm armis bellicis victorias obtinere crederetur.* Planè enim ſibi, ut Chriſtiano, perſvaſum erat, plus valere DEUM verâ pœnitentiâ placatum, qvàm exercitum fortiſsimis militibus & armis refertum & inſtructum. Precibus igitur & auxilio divino felix hic Bellator in campis Aqvileiæ Gothorum copias ad internecionem delevit; ibi Totilas qvoqve iſte occubuit.

Juſtini Continuator nominat ipſum Juſtinum Minorem pag. 468.

Videatur horologium principum Dn. VVanckelij.

Victoria qvomodo impetranda?

Gothorum clades & ruina.

Gallorum exercitus internecio.

Poſtea cum Gallorum qvoq; exercitu, Italiam omnem, præſertim verò Campaniam direptionibus vaſtante, congreſſus eſt. Et primò qvidem Bucellini exercitum in Campania prælio acerrimo ſuperavit, Ducemqve ipſum occidit. Aminghus alter Gallorum exercitus erat dux, hujus precibus adductus Avindinus Gothorum

dux

dux in Bucellini locum ſucceſſit. Narſes cum his quoque prope Cajetam congreſſus, victoriâ inſigni eſt potitus. Ambos enim ducens capiens, Aminghum ſecuri percuti curavit; Avindinum verò captivum Conſtantinopolim miſit. Sindualdum quoque Brentorum regem, regni Neopolitani occupandi gratiâ magno exercitu Narſeti ſeſe opponentem, ſummam rerum fortunæ arbitrio permittere decernentem, inter Veronam & Tridentum vicit, eumque tanquam in pace proditorem celsâ de trabe ſuſpenſum interemit. Has & alias Narſes felix in bellis dux obtinuit victorias, non ſolùm in Italia, ſed etiam in Aſia, cui multos annos cum imperio præfuit. Chriſtianus enim verus & ſincerus cùm eſſet, Chriſti Jeſu præſentiam & auxilium in omnibus, quas ſuſcepit, actionibus expertus eſt. Narſes confectis omnibus illis bellis, ab Imperatore generalis omnium provinciarum, in quibus victor evaſerat, Gubernator conſtituitur. Qui *cùm præclarè ſeſe in rebus bellicis geſſiſſet, multò etiam præclariùs ſeſe in gubernanda Republica gerebat.* Hinc multorum nobilium invidia contra ipſum gliſcebat, quibus moleſtum erat, græco homini obtemperare. Invidi iſti inſignem virum Narſetem, & nihil tale promeritum, coram Juſtiniano Imperatore & Sophia Auguſta accuſant, his ferè verbis: *Sic habete Vos: Levius nobis malum videtur, Gothis ſervire quàm Græcis.* Narſes nobis imperat & græcus & eunuchus, nóſq; ſervitio intolerabili opprimit. Et quod peſſimum eſt, ea facit te vel ignorante, Imperator, vel de remediis non cogitante. Itaque è duobus alterum elige, aut græcorum nos gubernatione libera, aut patere, ut & urbem & nos ipſos poteſtati Gothorum tradamus.

Paulꝰ Diaconus lib. 18. de geſtis Romanorũ.

Narſes Chriſtianus verus.

Et generalis victarum provinciarum gubernator.

Narſetem à virtute exaltatum invidia opprimit; Nihil tale promeritũ.

Imperator omnium virtutum, tantorumque beneficiorum, à Narſete Romano Imperio exhibitorum immemor permittit, ut Sophia Auguſta, (quæ conſuetudinem & lenitatem hac in parte omnem abjecerat, poſtquam longo tempore Narſetem oderat, exiſtimans occaſionem, ſuam adverſus illum indignationem declarandi, non negligendam.) hæc ad Narſetem verba per ſummam contumeliam proferat: Narſes cum eunuchus ſis, non vir;

Plautus. Vetus gratia dormit, & homines ſunt immemores.

Digitized by Google

non es gerendo virili muneri idoneus: itaque te in textrinam,ubi puellæ meæ texunt, abire, ibique lanam faciendo,pannos ſubminiſtrando,& penſa dividendo, unà cum texentibus te operari jubeo.

Verba aculeata ſequitur reſponſio acerba.

Cùm verò verba iſta aculeata Narſetem vehementiſſimè cruciarent,reſponſionem ſuam ita claudit: *Eam telam exorſurus diſcedo, quam ipſa, dum vixeris, detexere non poteris.* Neapolim igitur accedens Longobardos, in Hungaria degentes,ad Italiam occupandam vocabat,miſſis equis velocibus armis affabrè factis, pomis ſuaviſſimis,metallis puriſſimis, omniſque generis aromatibus & unguentis,quæ Italia proferebat, Odoriferis. Longabardi,cùm in Italiam vocati tandem tranſire decreviſſent, Itali cuncti igneas in cœlo acies acerrimo inter ſe prælio concurrere viderunt. Antiquitus enim obſervatum eſt, *gravi clade regnis imminente,cometas aut chaſmata priùs ibi viſa fuiſſe.* *Atq; ita* Juſtiniani adverſus Narſetem ingratitudo, & contumelioſa in eundem verba,anſam & cauſam præbuerunt, ut Longobardi vocati Italiam totam vaſtarent, & pulſis incolis,eam ferè dimidiam inhabitarent; hinc iſta Italiæ pars in hunc uſque diem Lombardia dicitur. *Satius itaq; fuiſſet,ſi Sophia Auguſta,animum manſuetum,mitem & benignum Narſeti oſtendiſſet,eumq; in officio laudabiliter adminiſtrando,æquanimitate ſuâ retinuiſſet*,quàm quòd nimia aſperitate ſua,Italiam cædibus adimpleviſſet,& liberos parentibus, & hos illis,totámque ferè patriam incolis ſuis nativis orbaſſet.

Videatur horologium Principum Dn VVanckelii.

Chaſmata & prodigia non contemnenda.

Veteres migrate coloni ...

Ex parva ſcintilla magnum oritur incendium.

Maximi igitur beneficii divini loco reputandùm, quòd *regionum harum Mater laudatiſſima, manſuetudinis, lenitatis encomio maximè eſt conſpicua.* Magna enim eſt virtus, ſi non lædas, à quo læſus es. Magna eſt fortitudo,ſi etiam læſus remittas. Magna eſt gloria, ſi cui potuiſti nocere, parcas.

Accommodatio.

Iſidorus in ſoliloq. c.1.

IX.

Humilitas & modeſtia.

Et ut multa in pauca contrahamus, tandem *Sereniſſima ipſius Celſitudo, humilitate & modeſtiâ, aliiſq; virtutibus præfulget, reſplendet,& eniteſcit.* Non arroganter de ſe ſentit, ſed humilibus (Rom.12.16.) ſe accommodat: tanquam electa DEI, ſancta & dilecta eſt induta viſcera miſerationum, (Col.3.13.)comitatem, modeſti-

deſtiam, manſuetudinem, & lenitatem; tanquam Homo DEI juſtitiam, pietatem, (1. Timot. 6. 11.) fidem, charitatem, patientiam ac manſuetudinem ſectatur: ſub potenti DEI (1. Pet. 5. 5.) manu ſeſe humiliat, ideoque DEUS ipſius Celſitudini dat gratiam. Ipſe enim reſpicit in (Pſal. 102, 18.) orationem humilium, & non ſpernit preces eorum: habitat cum humili (Eſa. 57, 15) & contrito Spiritu, quem vivificat. Cum Davide facit & dicit; DOMINE, non (Pſal. 131.) eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei, neque ambulavi in magnis. Hac in parte imitatur Filium DEI, qui (Matth. 11.) præcipit, diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde.

Auguſtinus in ſermone de ſuperbia.

O ſancta & venerabilis humilitas! Tu Filium DEI deſcendere feciſti in uterum Mariæ virginis, (ut nos aſcenderemus ad gaudia regni cœleſtis.) *Tu eum feciſti involvi vilibus pannis*, ut nos indueret virtutum ornamentis. Tu eum circumcidiſti in carne, ut nos circumcideremur in mente. *Tu Eum corporaliter flagellaſti, ut* nos à flagello peccati (& inferni) liberaret. *Tu Eum coronaſti ſpinis, ut* nos coronaret ſuis æternis roſis. Tu Eum infirmari feciſti, qui medicus cunctorum erat, ſolo verbo ſanans omnia, ut nos infirmos ſanaret.

Votum auctoris devotum, ut ſingula, ſic & hoc caput claudit.

Tibi, ô Domine JESU CHRISTE θεάνθρωπε, *Redemtor & Servator noſter unice*, gratias, quas poſſumus, agimus maximas, quòd in hac mundi ſenecta, verè paterno animo *Sereniſſimum Saxoniæ Electorem*, ut & ipſius *Sereniſſimæ Excelſitatis Conjugem laudatiſſimam & pientiſſimam, nec non* illuſtriſſimos liberos protexiſti, inque ira tua juſta, bonitatis & miſericordiæ memor tuæ ſemper fuiſti & manſiſti. Te quoque rogamus intimis cordis gemitibus, ut & deinceps noſter eſſe ac manere Immanuel digneris. Tu probè cognoſcis, qua ratione mala & pericula multa cervicibus noſtris immineant; freti tamen tuis promiſſis, non capita ad te modò, manusque, ſed & corda, animásque noſtras ad te ſupplices attollimus *gemibúsque indefeſſis Te adoramus*, in medio noſtri gratiâ & miſericordiâ tuâ permane; pericula (De quibus vaticinatur Ezechiel. cap. 38. & 39.) illa juxta beneplacitum tuum, aut re-

Eſa. 7. Immanuel, id eſt, JESUS. Matth. 1.

move prorſus, aut ita pro tua ſapientia leni & mitiga, ut diligentibus Te in optimam partem cedant. *Cuſtodi, ô Domine Jeſu, patriæ noſtræ Patrem exoptatiſſimum, Electorem ac Dominum noſtrum clementiſſimum: protege Sereniſſimam Conjugem & Matrem noſtram Electoralem* digniſſimam & deſideratiſſimam: Electoralis Domus Saxonicæ *columnas illas quatuor, Illuſtriſſimos Principes & Duces Saxoniæ ſtudioſè defende*, nec non in tutelam & fidem tuam illos ſuſcipe. *Illuſtriſſimum & Celſiſſimum Principem ac Dominum, Dominum Johannem Georgium II. Electura Saxonicæ hæredem*, ut & Celſitudinis ſuæ conjugem Serenisſimam, nec non liberos Celſiſſimos omnipotenti tuâ dexterâ cuſtodi. *Reverendiſſimum & Illuſtrisſimum Principem ac Dominum, Dn. Auguſtum*, Primatem Germaniæ, & inclyti Epiſcopatus Magdeburgici Adminiſtratorem, ut & conjugem Illuſtriſſimam & liberos generoſiſſimos & præcelſiſſimos in tutelam tuam divinam ſuſcipe. *Illuſtrisſimum Haſſiæ Landgravium Dominum Georgium*, ut & conjugem ipſius laudatisſimam, Dominam *Sophiam Eleonoram* generoſiſſimam, ut & liberos Illuſtrisſimos omni ſtudio conſerva. *Illuſtrisſimum Holſatiæ Principem, Dominum Fridericum, conjugem ipſius Dominam Mariam Eliſabetham* inclytam, ut & liberos illuſtrisſimos dextera tuâ, quæ admirandum in modum poteſt juvare, Pſal. 20, tuére.

Angelis ſuis mandavit Dominus, ut ſint in circuitu ipſorum, & manibus ſuis Celſitudines ſuas ipſorum generoſiſſimas portent, Pſ. 9.

Serenisſimi quondam Principis ac Domini, Dn. Chriſtiani V. Daniæ regis deſignati, τῦν ἐν ἁγίοις relictam viduam, *Serenisſimam Principiſſam Dominam Magdalenam Sibyllam, plurimum quoq; adjuva. Illuſtrisſimos Principes ac Dominos, Dominum Chriſtianum, & Dominum Mauritium, nec non Conjuges illorum generoſiſſimas & Celſiſſimas Angelorum tuorum ſanctorum præſidio clementisſimè protege*, atque hac ratione Electoralis hujus, ut & totius Domus Saxonicæ, harum regionum, imò totius Eccleſiæ Te, Domine defenſorem oſtende. Tibi ô Domine Jeſu Chriſte, omnes illos Principes utriusque ſexus cuſtodiendos tradimus, & petimus animitus; indies ampliorem pacem & tranquillitatem Eccleſiæ tuæ largiri digneris, donec integrâ & perfectâ in æterna vita tecum

cum tranqvillitate fruamur; Hoc nobis concede propitius, ô Domine Jeſu propter vulnera tua ſalutifera, Amen, Amen.

CAPUT OCTAVUM.

De Illuſtrisſimorũ Liberorum educatione pientisſima, qvantâ curâ & diligentiâ pervigili à Sereniſſimis Dn.Dn.Parentibus inſtituta fuerit & exculta.

QVandoqvidem reliqvæ vitæ expectatio ab honeſta educatione pendet, ideoqve in hanc curam parentibus incumbendum, ut ea cum bono Deo inſtituta, feliciori & faventiori aurâ divinâ dirigatur, finemq; optatiſſimum ſortiatur. *In qva ipſa initium à piis precibus faciendum;* educationis qvoqve progreſſum precibus indefeſſis peragi convenit, qvò Deus ex alto huic toti benedicat. Deo itaqve liberi noſtri piis precibus ſunt commendandi, & in manus omnipotentiæ ejus tradendi. Nam juxta dictum Pſal. 127. liberi ſunt χάρισμα & donum Dei gratuitum; ita Deo qvoqve piis precibus viciſſim ſunt commendandi, hoc medio liberos noſtros *ad* [*Marc. 10. v. 13.*] *Chriſtum afferamus*, ut benedictione ſpirituali in cœleſtibus, [*Epheſ. 1. v. 3.*] illis benedicat. Regula verò & amuſſis, ad [*Pſal. 19 v 5.*] qvam liberorum educatio conformanda, eſt *unicum Dei verbum*, *qvemadmodum Spiritus Sancti oracula docent.* In qvo mundam conſervabit adoleſcentior viam ſuam? in cuſtodiendo ſermones tuos. Audi fili mi, diſciplinam Patris [*Prov. 1. v. 8.*] tui, nec dimittas legem matris tuæ, ut addatur gratia capiti tuo, & torqves collo tuo. *Fili mi, ſi lactaverit peccatores, ne acqvieſcas eis. Conſerva fili mi, præcepta* [*Proverb. 17. verſ. 20.*] *Patris tui*, nec dimittas legem matris tuæ, liga ea in corde tuo jugiter, & alliga gutturi tuo. Cùm ambulaveris, deducant te; cùm dormieris, cuſtodiant te, & evigilans loqvere cum eis, qvia mandatum LUCERNA eſt, & LEX LUX, & via vitæ increpatio diſciplinæ. *Fili mi, cuſtodi ſermones meos, & præcepta reconde tibi.* Serva mandata mea, & vives; & legem meam, qvaſi pupillam oculi tui; liga eam in digitis tuis, ſcribe illam in tabulis cordis tui.

ἀρχὴν καὶ τέλος πάντων ποιεῖ θεόν.

Pſal. 119, 9.

Digitized by Google

Ejuſmodi piis liberis Spiritus Sanctus benedictionem divinam pollicetur in ſacris literis: Filius ſapiens patrem [Prov.10.v.1. cap.15.v.20. lætificat. Auris, qvæ audit increpationes vitæ, in medio ſapientum commorabitur. Pater juſti exultat [Prov. 23. v.24.] gaudio, qvi ſapientiam genuit; lætabitur in eo: gaudeat Pater tuus, & mater tua, & exultet, qvi genuit te. Qvi abjicit [Prov.15 v.31.] diſciplinam, deſpicit animam ſuam. Qvi autem increpationibus acqvieſcit, cordis poſſeſſor eſt. Timor DOMINI diſciplina ſapientiæ. Corona ſenum [Prov.17. verſ.6.] filii filiorum, & gloria filiorum Patres eorum. Ingrediatur ad [Prov.23.v.12.] doctrinam cor tuum, & aures tuæ ad verba ſcientiæ. Noli ſubtrahere à puero diſciplinam: ſi enim virgà percuſſeris eum, non morietur. Tu virgà percuties eum, & animam ejus de inferno liberabis. Fili mi, ſi ſapiens fuerit animus tuus, cor tuum gaudebit, & renes tui exultabunt, cùm labia tua recta locuta fuerint. Cor tuum peccatores non æmuletur, ſed in timore Domini eſto tota die, qvi (omnia bona) in die noviſſimo habebis, & præſtolatio tua non auferetur. Audi fili mi, & eſto ſapiens, & dirige in via cor tuum. *Ne ſis inter potatores vini, & comeſſatores,* qvia potatores ad paupertatem rediguntur. Veritatem, [*Prov.23.v.23.*] ſapientiam, doctrinam & intelligentiam eme, & noli vendere. Fili mi, cor [*Ibid. v. 25.*] tuum mihi præbe.

Spiritus S. hoc loco virgam tradit parentibus, ut liberos ſuos percutiant.

Pari qvoqve ratione [*Sir.30.v.1.*] Siracides exhortatur: Qvi diligit filium ſuum, flagella illi aſſiduat, ut in noviſſimo ſuo lætetur. Qvi filium ſuum docet, in illo laudabitur, & in medio domeſticorum in illo gloriabitur. Qvi filium ſuum docet, inimicum ſuum in zelum mittit, & in medio amicorum in illo exultabit. Pater ejus [*Ibid.v.4.*] mortuus eſt; & qvaſi non eſſet mortuus; ſimilem enim ſibi poſt ſe reliqvit. In vita ſua vidit, & in illo lætatus eſt. In obitu ſuo non eſt contriſtatus, nec coram inimicis confuſus eſt; domus enim ſuæ defenſorem contra inimicos reliquit, & amicis reddentem gratiam.

Notæ qvoqve ſunt aliæ Spiritus Sancti exhortationes: Filii, obedite parentibus in omnibus: hoc enim Domino beneplacet. *Col.3. v. 20.*

Filii

Filii, obedite *parentibus veſtris in Domino; nam id eſt juſtum. Honora †patrem tuum & matrem; qvod eſt primum in promiſſione præceptum; ut bene tibi ſit, & ſis longævus in terra.

*Eph. 6.v.1.
† Exod. 20. v.12. Deut. 5.v.16. Matt. 15,4. Marc. 7,10.

Ad *hanc normam educati in ſacris literis ordine ſe excipiunt ſancti illi liberi. Sem & Japhet* reportant benedictionem. *Joſeph* accuſavit fratres apud patrem de fama mala, Gen. 37, 3. Ipſe qvoqve alebat [*Geneſ. 47, 12.*] patrem ſuum & omnem domum patris ſui, præbens cibaria ad os infantis pro numero liberorum. *Samuel* miniſtrabat [*1. Sam. 2. v. 18.*] ante faciem Domini, accinctus ephod lineo. Directus eſt Spiritus Domini à die illa in David & deinceps, 1. Sam. 16. *Tobias* ab infantia ſua ſemper Deum timuit, & mandata ejus cuſtodivit, Tob. 2. v. 13. Sic *Timotheus* enutritus verbis [*1. Tim. 4. v. 6.*] fidei & bonæ doctrinæ, ab infantia [*2. Tim. 3. v. 15.*] ſacras literas novit.

Exempla. *Gen. 9. v. 26.*

Ad hanc normam educati Sereniſſimi Domini Electoris liberi, Duces Saxoniæ Illuſtriſſimi incedunt, & ſanctorum illorum liberorum veſtigiis inſiſtunt; ideoqve benedictionem Domini reportant. *Relinqvit Dominus Elector contra inimicos ſuos, defenſores domus ſuæ; nam in illos qvoq; Spiritus Sanctus eſt directus.* Ab infantia ſua timent Deum Dominum ſuum, & mandata ejus cuſtodiunt. Sunt enim enutriti verbis fidei & bonæ doctrinæ, ab infantia ſacras etiam literas per Dei ſummè miſericordis gratiam probè norunt.

Plinius in Paneg. In Principe bono genus omne hominũ lætatur.

Hoc qvoqve eſt *Admirandum Divinum Saxonicum ſacrorum enim monitorum & exemplorum vigore verè magnum eſt*, à primis ſtatim pueritiæ annis Deum rectè agnoſcere; *Dei verbo, vitæ probitati, morumq; ſanctimoniæ ſtudere, bene atq; laudabiliter ſe informandum aliis præbere*, mentem verbo Dei & artibus excolere honeſtis: *lingvam eloqventiâ polire; parare cætera ſummè & utilia* & neceſſaria iis, qvi non ſibi tantùm, verùm aliis etiam ſe natos eſſe intelligunt & exiſtimant.

Admirandum Saxonicum.

Hæc omnia ſunt obſervanda omnibus claro & honeſto loco natis. Qvicunq; enim ſummo loco, clarisqve parentibus, ſive ex nobili familia nati ſunt, his eò magis qvàm cæteris præclara ſtudia colen-

Locus communis.

A minori. lendi, *excercendarumq́ laudandarum artium & virtutum neceſſitas* imponitur, ut vitæ laudabiliter & cum virtutibus traducendæ non modò occaſionem, verùm etiam cauſam; neqve cauſam tantùm, ſed etiam vitæ ſic traductæ famam & ſplendorem afferant. *Ad majus.* Cum primis verò Principum & Ducum liberos decet, ut *non tantùm ad verbum Dei, religionemq́ Lutheranam puriorem, ad liberalium artium & doctrinarum ſtudia,* ad virtutum præclariſſimarum exercitia, ſed *etiam ad Dei noſtri benedicti & glorioſi laudem & gloriam* excitentur, & in illam eò ſtudioſiùs incumbant.

σύγκρισις per αὔξησιν. Extollitur educatio liberorū illuſtriſſimorum ſuper methodum inſtituendi liberos apud ethnicos.

Hæc qvę ſeqvitur, ratio qvidem fuit educandorum Romæ liberorum. Mos qvippe erat Romanis, ut ingenuorum filii usqve ad ſecundū ætatis annū lactarentur; à qvarto usq; ad ſextū legendi: à ſexto usqve ad octavum ſcribendi, ad decimum grammaticæ initiis imbuerentur. Elapſo decennio, neceſſe erat, adoleſcentes vel ad ſtudia literarum, vel ad res militares adjungere, vel certum opificium diſcere, ne Romæ otioſi vagarentur. *Erat enim Romanis lex ſanctiſſima, & conſvetudo, longo uſu confirmata,* ne qvis civis, qvi Romanâ libertate frueretur, filium, ubi decimum ætatis annum compleviſſet, per plateas vagabundum diſcurrere pateretur. *Lex Romanorum ſanctior.* In legibus XII. tabularum hæc verba extant: *Qvicunq́ civis Romanus intra vel extra urbis pomœrium habet domicilium, filium decem annorum, vel decem annis majorem ſeverè habeto.* *Commonefactio pro ſubditis.* Qvod ſi fortè puer qvoniam vel otioſum vagari illum patet permiſit, vel nullum opificium docuit, flagitii qvippiam commiſerit, *æqvè Pater atq́ filius punitor.* Alia lex dicebat; Qvamprimum decem ætatis annis Romæ puer aliqvid deliqverit, aut alium Pater illum loco educato; aut vadibus idoneis, pacificum fore filium, caveto. *Videatur horologium Principum Dn. VVanckelij.*

Ammianus Marcellinus lib. 16. Cùm Roma, qvam non ſolùm Imperii, ſed etiam omnium virtutum larem nominabant veteres, totum orbem terrarum virtutis inſtrueret exemplis, & ob politiæ præſtantiam orbi ferè univerſo imperaret, cenſa ſunt civium Romanorum ſuprà CC. millia. *Admirandū Romanum.* Conſentaneum igitur veritati eſt, *cives Romanos ſupra centum Millia puerorum habuiſſe.* In tanta tamen liberorum Romanorum mul-

multitudine Cenſores ſeu morum præfecti, illos habebant maximè morigeros. Ad qvam felicitatem impetrandam conducebant *tàm leges publicæ, qvàm ſeverior liberorum educatio.* Non erat blanda parentum indulgentia erga liberos, etiam optimorum & præſtantiſſimorum, qvod exempla docent. Catonis Uticenſis filius, *eò qvòd puellulæ, aqvam petituræ, urnam fictilem fregiſſet: itemq; Cinnæ illius optimi filius, ob hoc unum, qvod ad decerpendos fructus hortum qvendam intraſſet, uterq; relegatus fuit*; qvorum tamen neuter decimum qvintum ætatis annum impleverat. *Acrius enim illo ævo in errata joco admiſſa, qvàm hodiè in flagitia ſeriò facta animadvertebatur.*

Catonis Uticenſis filius punitg.

Intelligunt igitur omnes, qvòd Romæ, parentum, præſertim verò præſtantium virorum curæ & cogitationes in honeſta liberorum educatione fuerint potiſſimæ, ut liberi evaderent ſapientes & bene morati. Hinc omnes excellentes & magni Principes antiqvi ſummis Philoſophis Magiſtris uſi fuerunt. Darius magiſtrum habuit Heraclitum; Alexander Magnus Ariſtotelem, Artaxerxes Menandrum, Polemon Athenienſium Dux Xenocratem Philoſophum, Epaminondas Thebanorum Princeps Lyſiam, Achilles magiſtrum & laborum comitem habuit Phœnicem: Cyrus Perſarum rex Pytharchum, Octavius Auguſtus Imperator Romanus inter alios Magiſtrum habuit Palæmonem Philoſophum & Poëtam celeberrimum. Uſus eſt etiam inter alios Athenodoro Philoſopho, & ejus præceptis usqve ad decrepitam hujus ſenectutem. Cùm enim Athenodorus ſenectutis mole, qvæ per ſe morbus eſt, gravatus, aulicos labores ferre amplius non poſſet, & ob id veniam domum redeundi peteret, ut hac ratione pacatè reliqvum vitæ tempus traduceret; ibi certè *Auguſtus Imperator*, prius, ut qvædam ſibi relinqveret præcepta, petiit, qvæ qvidem Athenodorus utiliſſima & perneceſſaria ad rectam Imperii ſui gubernationem crederet? Ad illa nihil aliud reſpondit Athenodorus, niſi, ut nihil faceret iratus; Et ſi qvando iraſceretur, ut priusqvam aliqvid vel diceret vel faceret, viginti qvatuor græcæ orationis elementa perdigitos numeraret: ſignificans, inter virtutes, qvæ Principem maximè de-

Locus communis confirmatur & illuſtratur exemplis.

Polemon Athenienſium Dux.

Octavius Auguſtus Imperator.

ἀξιομνημόνευτον.

Imperatori Auguſto Athenodorus optimum præceptum relinqvit.

Qvid de exemplu virtutum ſtatuendũ?

deceant,eſſe qvoqve iræ moderationem & clementiam. *Unum adhuc inſigne & alterum cumprimis memorandũ addamus. Exempla n? virtutum ita ſunt ſvavia & mellita,ut veluti adamas attrahant, nec ſuo à complexu facilè lectorem dimittant.*

De Marco Aurelio Imperatore.

Marcus Aurelius Imperator fuit vir doctiſſimus & excellentis ingenij,græcæ juxtà ac latinæ lingvæ maternæ peritiſſimus, in cibo & potu temperantiſſimus; multos ſcripſit libros,plurimis refertos ſententiis graviſſimis. Qvibus in juventute ſua magiſtris & præceptoribus uſus fuerit,ipſum hac de re verba facientem audiemus.

Videatur horologium principum Dn VVanckelii.
In Epiſtola ad Pollionẽ veterem amicum in Rhodo inſula tunc degentem.

Hæc tibi,mi Pollio, inqvit Marcus Aurelius Imperator Romanus,narrare volui,ut intelligeres, qvanta ſit malorum in terris copia,& *qvanta bonorum virorum in Italia penuria*, cujus mali eſt cauſa unica, qvòd non eam adhibent Patres in educandis liberis curam,qvæ majorum ævo fuit adhibita. Fieri enim non poteſt,ut *malè moratus evadat* puer,ſi diſciplinâ ſeverâ probè educatus fuerit. Qva in parte *Annius Verus pater meus* tantam meritus eſt laudem,qvantam ego reprehenſionem mereor. Nam à primis pueritiæ annis *nunqvam me paſſus eſt in lecto dormire,in ſella aſſidere, ſecum menſæ accumbere*; qvin nec caput ſubrigere aut levare, *imò ne oculos qvidem attollere audebam,ut ipſam menſam contuerer*; ſed his ſubinde verbis me compellavit: *Ego te, Marce fili,Romanum potius honeſtum,qvàm Philoſophum malè moratum eſſe malo.*

Chriſtoph. Varſev. de optimo ſtatu lib. fol. 65 lib. 1. Laude æterna digna videtur vox Sigiſmundi I. regis Polonici Fuimus aliqvot ſimul fratres, vivente adhuc patre, Longini traditi inſtitutioni, agninis hyberno tempore qvotidiè, non niſi autem diebus feſtis, vulpinis induebamur pellibus; cibis continuè veſcebamur haud ita delicatioribus; nullum vinum: lectus non mollis concedebatur, nec niſi cum optimis erat conſuetudo perennis.

Qvod petis,ut exponam tibi, qvot habuerim Magiſtros, & qvibus à parvulo ſcientiis fuerim imbutus? Scito,plures mihi præſtantiſſimosqve fuiſſe magiſtros; plurimas item artes me didiciſſe,licet paucas impræſentiarum noverim: non qvòd eas oblivioni tradere voluerim, ſed qvòd imperii negotia illarum me qvaſi poſſeſſione depulerunt.Ita enim naturâ comparatum eſt, ut niſi in animo curis vacuo non ſit durabilis ſcientia. Uſus

Uſus ſum in Grammaticis Euphorione, qui natione Hiſpanus dicebatur; & fuit vir capite ob ſenium planè canus, & in vita honeſtisſimus. Lex enim Romæ erat, *ut natu grandes eſſent puerorum magiſtri, at ſi diſcipulus decimum ætatis annum attigiſſet, magiſter quinquageſimum excederet.* Eloquentiæ quoque & legibus longo tempore operam dedi, præceptore uſus *Alexandro Græco in Lycaonia oriundo*, oratore adeo excellente, ut ſi venam in ſcribendo eandem, quam in perorando gratiam, habuiſſet, non minus inter Græcos celebris fuiſſet futurus, quàm inter Romanos Cicero.* Hic Magiſter meus, cùm Neapoli diem ſuum obiiſſet, Rhodum profectus ſum; méque ad audiendum in Rhetoricis Herodem Atticum, Frontonem & Pollionem contuli, viros ad artem oratoriam factos, & in primis in Comœdiis, Tragœdiis & facetiis ſuavisſimos juxtà ac felicisſimos.

Præceptores & Magiſtri Marci Aurelij Imperatoris.

**Cicero vixit anno mundi 3870. ante Chriſtum natum 78. ab urbe condita 673. ante Imperatorem M. Aurelium 240.*

In Philoſophia naturali primùm audivi Commodum Chalcedonium, ſenem grandævum, & magnæ apud Adrianum autoritatis, qui Homerum è græco latinum fecit: quo mortuo, Sextum Chæronenſem, ætatis anno XXXV. cognovi, qui tantum profectò autoritate tum valebat ut haud ſciam, an *ullus unquam Philoſophus tantum in toto Imperio Romano valuerit.* Is adhuc mecum eſt; & licèt octogenarius ſit, tamen hiſtorias & mei temporis calamitates ſcribit. Præterea biennium, mi Pollio, juri operam dedi; cùmque omnium gentium leges inveſtigarem eâdem operâ multas didici antiquitates, magiſtro in hac diſciplina uſus L. Voluſio Metiano, viro in legibus interpretandis experientisſimo, *in iisdem verò violandis longè magis exercitato*; adeo, ut cùm quondam joco ad me dixiſſet; *Dic mihi, Marce, putáſne legem ullam in mundo eſſe, quam ego neſciam.* Ego illi reſponderim: *Dic mihi, Magiſter, eſtné lex ulla in mundo, quam præſtes & obſerves?*

Sexti Chæronenſis autoritas.

Dedit operam juri civili & antiquitatibus. Scitũ Marci Aurelii haud inſcitum.

Quintò, poſtquam Rhodum veneram, anno, gravis coorta peſtilentia ſcholam noſtram diſſipavit. Cùmque loco degerem exiguo & anguſto, & ibidem pictores aliquot verſarentur, qui

Dulce eſt veterum hiſtorias & virtutes cognoſcere.

magni pretii tabulam de regno Paleſtinæ pingerent, ego quoque delineare & pingere ſtudioſè didici, magiſtro uſus Diogneto, pictore illis temporibus celebri. *Poſthæc uxorem cùm duxiſſem Fauſtinam Coſmographiæ ſtudio me tradidi*, in urbe Argyrunto, (quam Plinius (lib 3. cap.21.) Argiletam nuncupat;) quæ caput eſt Illyridis, magiſtris uſus Junio Ruſtico & Cinna Catullo, Chronographis & conſiliariis Adriani Domini mei & Antonini Soceri. Ac ne quid eorum, quæ aſſequi fragilitas humana poteſt, intentatum relinquerem, cùm in Dacia militarem, *ad Muſicen animum appuli*, quòd ingenium mihi eſſet ad exercendam eam aptum. In ea magiſtrum habui Geminum Comœdum, hominum omnium, quos unquam in Romano vidi Imperio, manu ad pulſanda inſtrumenta Muſica agillimâ, & voce ad canendum ſuaviſſimâ. Hoc fuit vitæ meæ curriculum, & tempus parandis artibus ſcientiiſque à me impenſum. Hæc ille ipſe Imperator.

Uxorem duxit Fauſtinam.

Ad Muſicen animũ appulit.

Ex his intelligunt omnes, quòd *Marcus Aurelius Antoninus accuratiori in artibus inſtitutione, & fideliſſima in virtutibus informatione, creberrimáque in iiſdem exercitatione adhibitâ, & celeberrimus, & tandem Imperator ſummus ſalutatus*, ad ἀκμὴν illam & ſummum illud honorum faſtigium aſcenderit.

συμπέρασμα.

Vigeſimus ſextus Imperatorum Romanorum fuit Alexander, qui licèt adoleſcens, ob virtutes tamen pari in precio fuit apud Romanos, atque Alexander Magnus apud Græcos. Optimus hic Imperator dici meretur, non longæ experientiæ, ſed Matris prudentiſſimæ & educationis ab illa optimè inſtitutæ beneficio. Nam, quo die ad imperium fuit ab exercitibus evectus, adeo parvulus fuit, ut ulnis geſtaretur. Ab Heliogabalo enim adoptatus, cùm annum ætatis duodecimum attigiſſet.

De Alexandro Imperatore Romano.

Herodianus lib. 5 & 6.

Habuit autem fortunatus hic Imperator matrem Mammæam, à qua tam ſanctè fuit educatus, ut undique aulam clauderet, neque filium adiri à quoquam pateretur, cujus vita moréſque improbarentur; quæ matronæ præſtantiſſimæ cura nequaquam contemnenda eſt. Sæpe enim *bona per ſe Principum indoles improborum conſuetudine corrumpitur*. Cæterùm cùm eam, quam diximus, adhi-

adhiberet heroina præſtantiſſima cuſtodiam, *ne quis ſcurris, adulationum magiſtris, aut paraſitis, mendaciorum artificibus pateret* ad filium Alexandrum aditus; forte quidam Romanus ſic eam compellaſſe perhibetur: Non mihi juſtum videtur, Princeps excellentiſſima, quòd tam ſolicitâ filium tenes cuſtodia; & ex adverſo adeò es cuſtodiendi imperii incurioſa? Non enim decet Principes ita ſe omnium conſpectui ſubducere, ut facilius ſit ſperanda apud Deos audientia, quàm unicum loquendi cum principibus verbum licentia!

Diſcurſ. Scip. Amir. de regni regisq́ institut. lib. 1. Removeantur liberi à ſervulorum, clientum, leviumq́ mulierum conſortio, à colloquiis pravis, & turpibus ſpectaculis, aut inhoneſtis picturis, à mendacio & ſimulatione, à petulantia demum; propterea quòd his de cauſis vitiorum ſemina quædam animis inſerantur, quæ adulta, poſtea in graviſſima ſcelera & inſanabiles animi morbos abeunt, &c.

Conſimilia exempla heroinarum Sereniſſimarum vidit noſtra ætas in Illuſtriſſima domo Saxonica. Talis enim fuit Mater Sereniſſima Dn. SOPHIA; & etiamnum eſt Sereniſſima Dn. Magdalena Sibylla, Electoriſſa.

Cui, Mammæa Auguſta: *Qui munere, inquit, imperandi imperantibus funguntur, longè magis vitia Regis, quàm regni hoſtes timeant neceſſe eſt.* Hoſtes enim uno prælio confici poſſunt; *vitia verò per omnem durant vitam.* Denique hoſtes poſſeſſiones tantùm terræ vaſtant: *at Princeps improbus bonos Reipublicæ mores evertit.* Hoc fuit generoſiſſimæ illius Heroinæ reſponſum prudentiſſimum.

Hæc mater fidelisſima voluit, ut filius evaderet animo ſedatisſimus & formoſiſſimus, geſtibus venuſtisſimus, moribus honeſtisſimus, & quod familiam ducit, propter virtutes omnibus chariſſimus ac proinde felicisſimus. *Summa igitur cura ſit Principum, ut ſuos generoſos liberos non in deliciis, non in ocio, non laſciviâ educandos curent.* Delicata enim vita molles, ocium laſcivos, laſcivia turpes reddit; ſed in virtutum exercitio perpetuo, quod optimos efficit.

Tantam quoque curam adhibuit Marcus Aurelius Antoninus Imperator, in educando filio Commodo, ut in tota Italia vi- *Memorabile exemplū educandi.*

ſitos apud ethnicos, ſco & propoſito noſtro inſerviens, ut inſtitutionem & educationē liberorum Illuſtriſſimorum Saxonicorum ſuper omnes alias inſtituendi methodos extollerem.

viros doctrinâ præſtantiſſimos, famâ celeberrimos, vitâ integerrimos, ſenes deniq; gravitatis ac moderationis ſummæ viros, quibus filius ſuus Commodus Magiſtris uteretur, quæri juberet. Quid fit? Edicto illo Romæ pervulgato & promulgato, famâ quoque illâ per totam Italiam pervagatâ, ad mandatum Imperatoris, *multi variiq; generis viri ſapientes convenerunt; tot Philoſophi breviſſimo temporis ſpatio* Romam convolarunt, ac ſi in Italia Plato, Ariſtoteles, Cicero in vitam reverſi fuiſſent. Quos omnes Imperator explorari juſſit, habitis quæſtionibus de majorum genere, de ſingulorum ætate, de ſcientiis, quibus erant exculti, de domeſticorum ſuorum regimine, de fortunarum ſuarum adminiſtratione, de honeſta inter cives exiſtimatione; præcipuè verò non minùs accuratè, de *perſonæ gravitate, quàm de vitæ ſinceritate quæſitum fuit.* Ex tanto tandem Philoſophorum numero, Imperator Aurelius Antoninus *è multis paucos, è paucis ſapientiſſimos, ex ſapientiſſimis experientiſſimos*, è numero experientiſſimorum cordatiſſimos, ex *cordatiſſimorum grege ſedatiſſimos*, ex ſedatiſſimis natu maximos, *ex natu maximis generoſiſſimos* eligi juſſit, ut profectò illa filii Commodi educatio, & illa electio eſſet laude digniſſima.

Digreſſio in locum communem per quæſtionē.

Quærat hoc loco forſan aliquis, quænam ſint conditiones & regulæ, juxta quas præceptores & inſpectores puerorū magnatum, ut & omnium liberorum in genere, explorandi & examinandi? is hanc reſponſionem ſibi datam probè cognoſcat.

Decem ſunt conditiones præceptorum.

Cùm multæ maximi momenti conditiones & virtutes requirantur in iis, quibus Principum & Magnatum liberi traduntur erudiendi, *ad decem tamen capita commodè referri poſſunt.* Requiritur enim in Pædagogo & gubernatore filiorum claris parentibus & ſummo loco natorum;

1. Idonea ætas.

Primò, *idonea ætas*; Pœdagogus ætate ita vigeat, ut neque ſua juventus temerarium, neque ſenectus tardum efficiat.

2. Eruditio.

Secundò, *doctrinæ & eruditionis veritas.* Verè enim & fundamentaliter doctos eſſe debere pœdagogos & morum præfectos, meritò exiſtimandum; quódque parum novit, nemo docere poteſt.

Ter-

3. Methodus inſtituendi compendioſa.

Tertiò, *inſtitutionis dexteritas & felicitas*, ut ordine, & perſpicuè artes, linguas & bene vivendi præcepta primorum filiis tradat. Perſpicuitas in docendo, maximum eſt docentis ornamentum; non ſit præceptor occupatus in tradendis criticorum argutiis, & ſciolorum nugis, nec in evolvendis vocabulis obſoletis, in Catalogo librorum & virorum obſcurorum natis. Cum Cicerone, optimo dicendi & ſcribendi artifice, purè eleganter & perſpicuè loquatur, ut, quid velit, pueri intelligant.

Horatius. Quicquid præcipites, eſto brevis, ut citò dicta percipiant animi dociles, teneantq; fideles.

4. Diſtincta & gravis elocutio.

Quartò, *in loquendo gravitas*. Præceptores inutilia non effutiant, ſed & ipſi cum claſſicis autoribus pauca, nervoſa tamen loquantur: pueros quoque, ut multa attentè audiant, pauca verò, eaque ſeria & gravia loquantur, aſſuefaciant.

5. Veritatis ſtudium.

Quintò, *veritas*; *Amor veritatis*, & odium mendaciorum inſit præceptoribus & aulæ præfectis, ut tam in verbis quàm in factis veritatis amantisſimi inveniantur.

6. Sit integer vitæ ſceleriſq; purus.

Sextò, *vitæ integritas & honeſtas*. Eos doctores & præfectos eligamus, qui virtutibus præditi, & à vitiis longè ſunt remoti; vitâ piâ, ſanctâ & inculpatâ diſcipulos doceant; juxta illud; ſi vis docere, vitâ doce.

7. Reprehenſio & ferula.

Septimò, *in corrigendo ſeveritas*. Virtute enim præditus præceptor poſtea cum authoritate & gravitate diſcipulos corrigere valet. Qva in parte cordatos oportet eſſe magiſtros, ut diſcipulorum temeritatem & levitatem refrenent.

8. Comitas.

Octavò; *manſvetudo & lenitas adſint*. Iram officii ſui interdum pœdagogi comitate qvoqve miſceant, hoc fine ut diſcipuli qvoqve huic virtuti operam dent, qvò ſubditis gratioſi & accepti evadant principes.

9. Caſtitas.

Nonò; *pulcerrima virtus eſt caſtitas*; huic qvoqve inprimis aulæ præfectos & præceptores ſtudere decet. Adoleſcentes n. cùm & ætatis imbecillitate & naturæ pravitate ad libidinem ſint proclives, ideoqve magiſtros illorum ſanctiſſimos eſſe oportet. Nunqvam enim diſcipulus erit caſtus, Magiſtrum videns libidinoſum.

10. Examina.

Decimò, *accedat examinum alacritas*. Dictorum ἀνακεφαλαιώσεις ſive crebræ artium & diſciplinarum repetitiones ſunt pera-

Crebræ repetitiones artium & lingvarum, ſunt cos ſolidioris eruditionis.

peragendæ. Examina enim maximam habent utilitatem, ut experientia teſtatur. *Singulis igitur ſeptimanis, in præſentia Dnn. Parentum & aliorum præſtantiſſimorum virorum, examina ſunt ſolemniter celebranda,* ut qvæ pueri didicerunt, eò firmius retineant, & in uſum transferre diſcant; ut hac ratione pudor & filialis timor diſcipulis inſtilletur. Atqve hæc qvaſi per tranſitionem vel digreſſionem ad propoſitam qveſtionem neceſſariò fuerunt reſpondenda.

Continuatio ſupra dictorum.

Ut verò ad id, à qvo digreſſi eramus, redeamus, qvid Marcus Aurelius Antoninus cùm electis præceptoribus egerit, & qvomodo reliqvos dimiſerit, ſecundum inſtitutum & propoſitum noſtrum, dicendum eſt.

Videatur horologium principum Dn. VVanckelij.

Qva ratione reliqvi Philoſophi fuerint dimiſſi?

Qvia ſeptem ſunt artes liberales, *ſingularum magiſtri bini ab Imperatore fuerunt electi*, ut in univerſum Principis unius Commodi gubernatores ac præceptores eſſent qvatuordecim. Cùm verò neceſſitas & tanti Imperatoris autoritas flagitaret, ut cæteri Philoſophi & honeſtè dimitterentur, prudenterqve ablegarentur, *adeò ſeſe ſapienter hac in parte Imperator geſſit, ut alios vultus hilaritate, alios orationis ſuavitate, alios promiſſionum & ſpei* de futuris beneficiis factæ certitudine, alios muneribus donisqve dimitteret, atqve ita omnibus ſatisfaceret.

Admirandum Romanum admiratione dignum.

Admirandum profectò illud ipſum fuit Romanum, qvod ex tanta Philoſophorum multitudine, ne unus qvidem fuit viſus, vel auditus, vel inventus, *qvi ſibi non ſatisfactum eſſe qvereretur.* Demonſtravit itaqve toti Romæ, ut & Romano Imperio univerſo Imperator optimus & ſapientiam, tot cogendo & colligendo ſapientes; & prudentiam, optimos eligendo; & ſolertiam, reliqvos ſine qverela dimittendo.

Induſtria Imperatoris M. Aurelij, & ejuſdem vigilantia.

Qvatuordecim verò illi Philoſophi in Cæſaris Marci Aurelii Antonini palatio habitabant, menſæ imperatoriæ tanqvam convictores aſſidebant, *à latere Commodi Filij, nunqvam diſcedebant*, & ſemper bini artem & diſciplinam ſuam ordine tradebant. *Mirifica qvoqve fuit optimi, Imperatoris vigilantia*, in diligentiſſimè ſpectandis & probè cognoſcendis Philoſophorum moribus, *an in ſtudiis eſſent aſſidui, in victu ſobrij, in vita honeſti*, in potu temperan-

tes,

tes, in dictis & factis veraciſſimi, in inceſſu ſedati, in corrigendo cordati.

Hæc omnia ipſe Cæſar cognovit, *nec aliorum relationibus contentus fuit*. Non enim homini illi tantum informandorum Principum committendum, de qvo ignoratur, an ſit idoneus inſtituendo puerum, ſummo loco natum, nec ne? ſed qvid fiebat? *κοινὸς τόπος.*

Genius erat deaſter nativitatis apud Romanos, in cujus honorem Principes Romani feſtum natalis ſui celebrabant. Accidit, ut & Marcus Aurelius Antoninus, ſicut qvotannis, ita etiam *in illo tempore, cùm qvatuordecim illi magiſtri officio ſuo in aula Imperatoria* fungerentur, ſolenniter celebraret. Natus autem erat die XXVI. menſis Aprilis Romæ, in monte Cælio; cumqve feſti ſolennitas eſſet ethnico more peracta, tunc ad celebranda ſpectacula gladiatores ac pantomimi ☾ venerunt, qvi modernis pyrrhichiariis, tympaniſtis & geſticulatoribus non fuere abſimiles. Romani enim in feſtis ſolemnibus totâ nocte occupati erant offerendis Deo ſacrificiis, totamqve poſtea diem ludorum & hiſtrionum ſpectaculis impendebant. Ac licèt adeo faceti, feſtiviq; erant hiſtriones iſti, ut ſpectatoribus univerſis riſum moverent; *nunqvam tamen Optimus Imperator in ludis & feſtis ſolennibus adeò ſe lætum præbuit, ut auguſtiſſimæ ſuæ perſonæ dignitati labem aliqvam inureret, ſed medium ſemper tenuit.*

Principes Romani in Genij honorem feſta celebrarunt

Natalis M. Aurelij Imperatoris.

M. Aurelij continentia

☾ *Pantomimi, ſive hiſtriones ac comædi; qvos tandem M. Aurelius Româ & tota Italiâ expulit & relegavit*

Cùm igitur M. Aurelius Antoninus Imperator ludos Genio celebraret, & qvatuordecim illi præceptores filio Commodo adjuncti intereſſent, *Imperator certè, qvâ erat prudentiâ, cùm magis oculos, qvatuordecim illis magiſtris contemplandis intenderet*, qvàm hiſtrionum nugis ſpectandis ſe oblectaret, animadvertebat, *qvinq; ex illis præ nimia, qvam ex nugis capiebant, voluptate, pedes ſupplodere, in ſubſelliis exilire, vociferari & cachinnos tollere*, qvæ omnia viris tantæ dignitatis indecora & profectò indigna fuerunt. *Corporis enim† honeſti compoſitio magnum eſt animi ſedati argumentum.*

Ejuſdem prudentia.

† *Ex corporis & morum poſitione hominis ingenium & mens arguitur.*

M *Anim-*

Graves viri levitate aliorum offenduntur.

Animadverſâ igitur qvinqve iſtorum Sapientum præceptorum *levitate & inconſtantia*, qvia *univerſos graves viros in theatro*, iſtorum perverſis moribus graviter offendi perſpexerat Imperator, *juſtiſſimum animo dolorem concepit*, *tum qvòd in electione erraſſet*, tum, qvòd in theatrum eos adduxiſſet. *Sed tantâ fuit moderatione*, ut non ſolùm, nullum doloris ſignum oſtenderet, verùm etiam illa ſe animadvertiſſe diſſimularet. *Noluit enim illos è veſtigiò ibi commonefacere*, multò minus coram aliis increpare, *ſed aliqvot dies præterire paſſus eſt; qvibus exactis, privatim illos allocutus eſt*, nihil omnino publicè eos increpans, vel publicè illis aliqvid dicens. *Qva in re Principem ſe præſtitit clementiſſimum. Etenim iniqva eſt objurgatio publica, qvam nulla præceſſit commonefactio ſecreta.*

Inſignis moderatio M. Aurelij Imperatoris.

Epitome objurgationis imperatoria ad V nauci præceptores. Ex lib. 3. cap. V. declam. M. Aurely Imper.

Sapientes emicant inter fatuos.

Die verò qvodam à ſe definito, qvinqve illos vocavit, eosqve è palatio ſuo propter ineptias, die feſto Genii commiſſas ſubmovit, in hanc ferè ſententiam illos allocutus: Cùm vos, amici, ſusceperim ſummâ diligentiâ conqvæſitos, hoc animo, ut præceptores eſſetis Filii mei Commodi, teſtes facio deos immortales, *ex animo me dolere*, veſtrumqve dedecus dedecori mihi ducere, ac pœnæ veſtræ partem maximam ad me redundare. Sed fieri aliter non poteſt. *An vos fugit, nec ſapientem inter ſapientes, nec fatuum inter fatuos cognoſci*; ſed inter cordatos obſcurari fatuos, & inter fatuos emicare ſapientes? *Ibi enim ſapiens ſuam monſtrat ſapientiam, ubi* **ſtultitiâ redundant cuncti, ſolusq; ipſe prudentiâ non deſtituitur*. An ignoratis, qvàm parum proſit, lingvam habere volubilem, memoriam vivacem, intelligentiam perſpicacem, ſcientiam locupletem, eloqventiam uberem, ſtilum ſvavem, experientiam diuturnam, ſi his omnibus inſtructi, *cùm magiſtri eſſe debebatis, viri eſtis in actionibus pravi & improbi.* Ideò vos dimittendos cenſui, qvòd, me vidente, die feſto Genii non admodum vos ſedatos conſtantesqve, *præſente Senatu, oſtendiſtis ut omnium oculi magis converſi eſſent in geſticulationes veſtras*, qvàm in ea, qvæ pantomimi vel agebant vel dicebant. Qvas ineptias ſi vobis licitas arbitramini, qvòd regiæ domus vos miniſtros eſſe noveratis, *non minus, mihi credite, talia cogitantes, qvàm facientes, peccaſtis.*† *Principum enim familiaritate ne-*

neminem adeò niti decet, ut ſive ſeriò ſive joco, honoris ac reverentiæ Principi exhibendæ rationem nullam habeat.

Qvomodo principum familiaritate qvis niti debeat?

**Is demum nomen meretur ſapientis, qvi maximè tum in actionibus circumſpectus, tum in vita & verbis moderatus eſt.*

† *Peccata qvoq; fiunt cogitationibus, apud cogitantes mala.*

Cùm autem à me dimittamini, pro viatico multas potius pecunias, qvàm multa præcepta à vobis optari novi. Verùm, utrisqve vos, & pecuniis, qvibus in itinere faciendo, & monitis, qvibus in vita agenda utamini, inſtruam. Neqve miremini, *conſilium me illis dare, qvorum eſt aliis conſulere.* Qvoniam ſæpiſſimè uſu venire videmus, ut *Medicus morbos curet alienos, & non cognoſcat proprios.* Sit ergò ultimum verbum & conſilium poſtremum hoc, ut qvando ad ſerviendum principibus & Magnatibus acceſſeritis, elaboretis, *ut in claſſe potius cenſeamini virorum honeſtorum, qvàm eruditorum, moderatorum potius qvàm ardelionum, taciturnorum* potiùs qvàm loqvacium. Nam in aulis principum, *ſi eruditus præter eruditionem nihil habet, proſperitas magna eſt, ſi placet.* At vir honeſtus nunqvam diſplicet. Ejusmodi ſolertiam adhibuit Imperator in cognoſcendis præceptorum ingeniis & moribus: multò magis, qvantum in ipſo fuit, omnem operam & induſtriam huc contulit, ut proſpiceret, qvomodo ipſa filii inſtitutio procederet, an etiam filius ex illa proficeret, & laudabiles progreſſus faceret?

Et pecuniâ & monitis M. Aurelius inſtruit magiſtros dimittendos.

Videtur horologium Principum Dn. VVanckelij.

Inveſtigatio cauſæ, cur Commodi filij educatio malè ceſſerit?

Hæc fuit ratio inſtituendi magnatum filios apud ethnicos, qvæ tamen felicem eventum non eſt ſortita; qvia ipſis benedictio defuit divina. Certè novem illi relicti Magiſtri in inſtituendo filio Imperatoris omnem operam malè collocarunt; nam è Commodo iſto nil niſi mera in Rempublicam incommoda provenerunt. *Commodus enim plus qvàm IX. millibus vitiorum fuit contaminatus, qvorum ne unicum qvidem abjecit.* Atqve hoc ipſum intelligens ſagaciſſimus Imperator, ſemper habuit mentem hujus mali publici præſagam; & *hæc unica cauſa fuit, qvòd Imperator jam moriens, nihil ſolatii admiſerit.* Tam nihili fuit filius Domino Parente vivente, multò minus illo defuncto frugi hominis officium fecit. *Ætate qvidem adoleſcens fuit, ſed longè magis intellectu. Ingenio fuit prædi-*

Commodus produxit in Rempublicam multa incommoda

Cur Imperator jam moriens nihil ſolatij admiſerit?

Digitized by Google

tus peſſimo, ſed noluit illi reſiſtere; ſuo paruit arbitrio pravo, ſuo geſſit morem animo perverſo. Eorum, qvæ ſcitu ipſi fuère neceſſaria, nihil ferè noverat, ideoqve *parum admodum Commodus*. Fuit enim in imperio bonorum terror, deorum flagellum, juvenis confidens & indomitus. Acceſſit & hæc cauſa, qvòd à Fauſtina matre malè fuerit educatus, & naturâ ad omne malum pronus, in verbis inconſtans, in moribus diſſolutus, in juſtitia iniqvus, & in eo, qvod ipſi conveniebat, deſes: *ſic fuit, ſic manſit*: adeò ut propter peſſimam imperii adminiſtrationem & ſcelera ejus horrenda, tandem fuerit à ſubditis ſtrangulatus. Sic miſerè tandem periit, qvemadmodum Dominus Parens moriens ipſi prædixerat, qvod hiſtorici ſatis ſuperqve teſtantur. Ex qvibus colligitur, qvòd defectus maximi in promtu ſint, propter qvos educatio liberorum apud gentes malè ceſſerit; tales ſunt, 1. verbi divini carentia: 2. veræ agnitionis Dei abſentia, 3. veræ in Chriſtum fidei, & 4. piarum precum exercitii negligentia; 5. benedictionis divinæ abſentia. Hæc omnia qvia gentes etiamnum contemnunt, ideoqve educatio liberorum apud ethnicos malè ceſſit.

Plauſtrum vitiorum Commodi Filij.

D. D. Chriſtophorus Helvicus in theatro ſuo hiſtorico.

Defectus educationis liberorum apud ethnicos.

A minori ad majus.

Pſ. 147. v. 12 & v. 15.

Chriſtiani verò omnes laudate Dominum, laudum præconiis exaltate & celebrate Deum noſtrum benedictum & glorioſum hîc & in æternum, qvòd ſuum ipſius verbum ſacroſanctum, ex qvo ipſum agnoſcere, in Chriſtum Jeſum filium ejus unigenitum credere, piisqve precibus ex fide profectis, ſuam ipſius benedictionem divinam impetrare, & in nos derivare poſſimus, *gratioſè nobis & clementer patefecerit*, ex qvo per ſuam ipſius divinam gratiam diſcere valemus, qvomodo liberorum noſtrorum educatio inſtituenda, ut ipſi Deus ex alto benedicat copioſè & multifariam.

συγκε-φαλαίω-σις.

Decem qvidem illas regulas,* *ad qvarum* amuſſim inſtitutio & educatio liberorum ſummâ cum attentione ſuſcipienda & conformanda, qvarum ſuprà in hoc capite facta eſt mentio, *retinendas eſſe ſtatuimus*; ſed nos Chriſtiani illis inſuper addimus reliqvas, qvæ ſeqvuntur.

* *Regulæ ſeptem obſervandæ in educatione liberorum chriſtianorum, qvibus poſtea decem illæ addendæ.*

I. Puer

I. Verbi divini cognitio.

I. Puer Chriſtianus verbum Dei & Catechiſmum D. Lutheri diligenter ediſcat. Si profectioris eſt ætatis, per Dei gratiam veræ religionis Lutheranæ fundamentum in ſingulis locis ex Compendio Dn. D. Leonhardi Hutteri ponat. Singulis qvoqve diebus certa qvædam capita, certo ordine, ex ſacris Bibliis ſumma cum devotione attentè legat, & præcipua ex illis dicta memoriæ mandet.

II. Veri Dei agnitio.

II Ex verbo Dei verum Deum agnoſcat, qvòd ſit unus in eſſentia, & trinus in perſonis, Pater, Filius & Spiritus Sanctus, & qvòd is ſit verus Deus, qvi eſt Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qvi hac ratione, miſſo Filio ſe patefecit. Hunc pueri & omnes liberi timeant per totam vitam filialiter; huic ſerviant vera pietate omnibus diebus vitæ ſuæ.

III. Precum exercitia. Ad imitationem Pſalmi 127. v. 1.

III. Deo vero cognito, puer aſſiduas preces ad ipſum in nomine Jeſu fundat; precibus ſtudiorum ſuorum initium faciat; precibus ſeriis ſtudia tractet, precibus ardentibus ſtudia & omnes dies finiat; atqve hoc modo precibus piis benedictionem divinam impetret, ut Deus ex alto ſtudiis ſuis benedicat. Niſi enim Dominus Sapientiæ domum in cordibus diſcipulorum ædificaverit, fruſtra præceptor laborabit.

IV. Vera pœnitentia agenda.

IV. Singulis diebus puer chriſtianus aſſveſcat, ut veram pœnitentiam agat, peccata ſua, originale & actualia agnoſcens, de omiſſis & commiſſis ſeriò doleat, deprecatione ſeriâ factâ, Deum verâ in Chriſtum fide nobis placatum, ſibi qvoqve reconciliatum eſſe ſtatuat, hujus unico meritò φρενόθεν nitatur, ab hoc gratiam Dei & peccatorum ſuorum remiſſionem expectet & accipiat: poſtea vitam indies in melius emendet; vitia & peccata omnia remis velisqve fugiat, nec non in omnibus Decalogi virtutibus ſeſe exerceat.

V.

V. Bonis artibus & lingvis per omnem vitam*, operam det, Deum ob oculos ponat, Deum in mente & corde gerat, Deum omniſcium, ſtudiorum & vitæ univerſæ inſpectorem ſuum eſſe ſciat; Deo aliqvando rationem vitæ anteactæ reddendam, certò ſibi perſvaſum habeat.

* *Bonarũ artium & lingvarum ſtudium, ut & pietatis exercitium continuũ.*

VI. Terentius Chriſtianus pueris proponendus.

VI. Atqve, ut & hoc addamus, *Terentii Comœdias magnatum filiis proponi, non eſt conſultum:* nimiam enim præ ſe ferunt & turpem laſciviam, qvę ne in puerorum animis radices agat, ſedulo cavendum. *Cicero eſt puriſſimus autor;* in ſuccum & ſangvinem ſuum ſi puer illum convertere novit, munere ſuo probè functus videtur.

VII. Methodus Rheniana ſequenda.

VII. Domini M. Johannis Rhenij methodus inſtituendi pueros eſt optima. Ratichianorum diſcipuli nunqvam evadent fundamentaliter docti, ſi Grammatices præcepta neglexerint.

Proteſtatio autoris.

Verùm hæc eo fine à me non dicuntur, neqve ita ſunt accipienda, *qvaſi ego id mihi tribuerem, qvaſi formam & modum Principum liberis præſcribere vellem, qvomodo ſint informandi, qvaſi à me demum hæc forent diſcenda;* neqvaqvam; ſed hoc fine omnia à me prolata ſunt, ut *Sereniſſimorum Electoralium liberorum inſtitutionem & educationem ſuper omnem aliorum, etiam ſapientiſſimorum* ethnicorum modum & formam inſtituendi extollerem & veherem. Omnes enim illas ethnicas τῆς τῶν παίδων ἀγωγῆς rationes inſtitutio liberorum Electoralium Saxonicorum ſuperavit.

Admirandum Divinum Saxonicum.

Hoc igitur eſt admirandum Divinum Saxonicum, qvòd Sereniſſimi Dn. Dn. Parentes inter omnes hac qvoqve in parte excellant, *qvòd eò omnem curam & cogitationem retulerint, ut pii & idonei, veræ religioni Lutheranæ animitùs addicti*, bene morati præceptores & præfecti Sereniſſimis liberis fuerint adjuncti, qvi omni laude fuerunt inſignes, omniumqve virtutum participes. *In hoc qvoq; Sereniſſimi Dn. Dn. Parentes reliqvis antecellunt*, qvod non ex communi conſvetudine, non ut alii ſolent, ſed præter vulgi exemplum, apprimè & inſigniter educatio illuſtriſſima ab ipſorum S S. Celſitudinibus fuit conſtituta & inſtructa. *Aula enim Electoralis Saxonica*, ad qvam etiam Dn. Doctores & Præfecti Illuſtriſſimorum liberorum pertinebant, DEO ſic clementer diſponente, *viris præſtanti & inſigni pietate, exqviſitâ eruditione, virtutum elegantiſſimarum ſplendore*, longo rerum uſu, & multâ experientiâ præcellentiſſimis abundat. Hoc medio Illuſtriſſimi liberi qvoqve ad Domini noſtri Jeſu Chriſti annos, ad educationis Sanctiſſimæ exemplum

I.

II.

Encomium Conſiliariorum Sereniſſimi Electoris Saxoniæ.

plum, qvo nullum majus, qvoad ejus fieri poteſt acceſſerunt.

Dux Gideon militibus ſuis hanc præſcripſit regulam; qvod me facere videritis, hoc facite, Judic. 7. v. 17. Et nos Chriſtiani habemus Imperatorem, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, is cœleſtis Gideon in terram venit, contra diabolum & ejus regnum pugnaturus. Idem præceptum nobis inculcat; Vos amici mei eſtis, ſi feceritis, qvæ ego vobis præcipio, Joh. 15. v. 14. Omnis Chriſti actio ſit noſtra inſtructio. Hunc igitur Ducem, Imperatorem & fidei conſummatorem [Hebr. 12. v. 2.] in omnibus aſpiciunt Duces Saxoniæ; *Illuſtriſſimi filij hunc æmulando imitantur*; ad hujus prototypon, Deum ſuum reventer colunt, feſtos dies [Luc. 2. & 8.] ſolemnes ut & dies Dominicos cum devotione celebrant; templum Domini freqventando, verbum Dei attentè audiunt; Spirius Sancti auxilio in cordibus ſuis cuſtodiunt, & ad hujus præſcriptum vitam omnem conformant. *Per verbum auditum in ipſorum* * *cordibus habitat verus Deus, Pater, Filius & Spiritus Sanctus*, qvi ipſis benedicit benedictione [Eph. 1.] ſpirituali in cœleſtibus; Deus Pater ipſos diligit, & in gratiam propter Chriſtum recepit. In ipſorum mentibus & animabus habitat Deus Filius θεάνθρωπος, qvi ipſos precioſo ſuo ſangvine redemit, cujus proprii ſunt. In ipſorum cordibus habitat per verbum Spiritus Sanctus; Deus eſt, qvi dedit arrham, Spiritum Sanctum in cordibus ipſorum, 2. Corinth. 1. v. 22. 2. Cor. 5. v. 5. is eſt arrhabo hæreditatis ipſorum, Eph. 1. v. 14. Cum Domino Jeſu in medio doctorum indies inveniuntur, Luc. 2. nam in antiqvis eſt ſapientia, Hiob. 12. v. 12. ſi videlicet & ipſi verbum Dei audiunt, & illud cuſtodiunt, Luc. 11. Talium converſatione qvia delectantur, ſapientiâ & pietate proficiunt, in via Dei progrediuntur; ſic firmam faciunt vocationem ſuam, 2. Pet. 1. v. 10. & in timore Domini ſalutem ſuam operantur. Phil. 2. v. 12.

* *1. Joh. 14. Eph. 3.*

Imperator Carolus V. pro inſignibus habuit duas columnas Herculis cum inſcriptione, PLUS ULTRA! Illuſtriſſimorum Electoralium Saxonicorum liberorum Symbolum qvoqve eſt; *in verbo Dei, in vera fide, in dilectione Dei, in virtutum exercitio, in vera pietate, Spiritus Sancti gratia, plus ultra progrediendum.* Sic cre-

σύγκρισις

Digitized by Google

creſcunt & Dei benedictione proficiunt; qva in parte omnibus Ethnicorum Imperatorum & magnatum liberis præſtant & antecellunt. Palmites [Joh.15. v.2.] ſunt Duces Saxoniæ Illuſtriſſimi liberi, Chriſto inſerti; qvos Pater cœleſtis purgat, ut ſubinde majores fructus afferant & copioſiores, Surculi ſunt, qvos Radix [Roman.11.Eſa.11. Chriſtus Jeſus portat, à qvo copioſiorem cœleſtem ſuccum & vigorem accipiunt. Juſti ſunt imputatione meriti Chriſti per fidem, & inchoatione [Luc.1.] ſerviendi DEO in juſtitia & ſanctitate; ideoq; ut palma florebunt, & ſicut Cedrus Libani creſcent, [Pſ.92.v.13.14.] Et qvia in domo Domini plantati ſunt, ideoq; in atriis domus Dei noſtri virebunt; etiam in ſenectute frugiferi erunt, germinabunt & virebunt. Duces Saxoniæ, Illuſtriſſimi liberi ſunt arbores juſtitiæ, Eſa.61.v.3. & plantatio Domini, ut glorificetur. Audite me, monet Eccleſiaſticus; audite me, inqvit, divini fructus, Sir.39.v.17. ſive, qvod propius accedit ad fontium veritatem; Auſcultate mihi filii ſancti, & creſcite tanqvam roſæ, ad rivulos aqvarum plantati. Emittite ſvavem odorem, inſtar thuris: tanqvam lilia florete, fragrantem dantes odorem; celebrate Dominum in omnibus operibus ejus. Laudate nomen ejus magnificè; agite illi gratias; Canticis eum laudate.

Faxit Deus Opt. Max. ut in ipſorum Celſitudinibus radices agat, firma rataqve permaneat benedictio Jacobi Patriarchæ; *Deus in cujus conſpectu ambulaverunt Patres mei, Deus, qvi paſcit me ab adoleſcentia mea usqve in præſentem diem; Angelus, qvi eruit me de cunctis malis;* Ducibus Saxoniæ, *Illuſtriſſimis liberis benedicat;* ſuper eos nomen Dei noſtri invocatum eſt; & in multitudinem ſuper terram creſcant. Qvin imò benedictio Dei largior & copioſior ſit & maneat ſuper illos, qvam ſuper Ephraim & Manaſſe. Creſcant in mille millia, Gen. 24. v. 60. & poſſideat ſemen illorum portas inimicorum ſuorum. Deus ipſorum Celſitudines locupletabit, Gen.26.v.12.& 24. eant & proficiant, donec magni vehementer effecti ſint. DEUS omnipotens & Pater Domini noſtri JESU CHRISTI ſit & maneat gratiâ & miſericordiâ ſuâ cum ipſorum Celſitudinibus; Benedicat ipſis, Gen.28.v.3. & multiplicet ſemen ipſo-

ipſorum,& faciat, ut coram ipſo in æternum vivant propter Jeſum Chriſtum redemtorem noſtrum, Amen.

CAPUT NONUM.

De

Sereniſſimi Domini Electoris erga Illuſtriſſimam Matrem ac Dominam, Dn. SOPHIAM &c. Viduam pietate & honoribus, qvibus Illuſtriſſimam ipſius Celſitudinem in vita & poſt obitum proſecutus eſt.

NOn minus ſvaviter qvàm graviter Poëtæ olim cecinerunt in hanc ſententiam!

Non mihi ſi centum Deus ora ſonantia lingvis *[Ovid. 8. Metamorph.]*
Ingeniumqve capax, totumqve Helicona dediſſet!
Non mihi, ſi lingvæ centum ſint, oraqve centum &c. *[Virg. 1. Æneid.]*
Non opis eſt noſtræ grates perſolvere dignas.

Hæc præfari libuit, dum virtutes & vitam laudabiliter tranſactam, beatiſſimamq́; & ἄλυπον Sereniſſimæ ac Piiſſimæ Principis ac Dominæ, Dominæ SOPHIÆ, Duciſſæ & Electoriſſæ Saxoniæ &c. Viduæ, Dominæ noſtræ, dum in vivis erat, clementiſſimæ, τῆς νῦν ἐν εὐλογίαις ut & felicitatem ipſius perennem; *[Felicitas piè defunctorum eſt perennis.]* nec non Sereniſſimi Domini Electoris, Domini noſtri clementiſſimi, *ſepulturam ſplendidiſſimam, Illuſtriſſimâ Matre digniſſimam adornantis, pietatem fervidam immortalitati commendare*, in hoc capite nobis propoſitum eſt. *[Scriptū hoc panegyricū heroicè facta commendat immortalitati]* Nam ſi unqvam homo aliqvis illuſtris fuit laude dignus; *certè Sereniſſima* juxtà & *Pientiſſima Domina*, Domina SOPHIA, ex Electorali Brandenburgica domo nata, *Saxoniæ Duciſſa, & Electoriſſa, Vidua*, &c. Sereniſſimi Domini Electoris *noſtri mater laudatiſſima*, cujus memoria ſit in benedictione ſempiterna, *fuit digniſſima*. Virtutes enim propter illas, qvibus erat maximè conſpicua, *non mediocrem ſed inſignem. non minimam ſed mirificam, non vulgarem ſed ſingularem, inſignem & immortalem laudem in tota Eccleſia verè credente & in Germania univerſa eſt conſecuta.* *[αὔξησις per correctionem.]*

N Sed

Excuſatio imbecillitatis, qvam auctor agnoſcit.

Sed ubi verba exprimendæ ipſius laudi idonea inveniam? Sentio enim, qvàm arduum ſit & periculoſum, non de infima vulgi conditione, ſed de ſummâ dignitate, imò de admirandis Saxonicis, qvibus DEUS τρὶς μέγιςος Ipſius Sereniſſimam Celſitudinem exornavit, qvæ *& vocem & animum ipſum ſuo fulgore in admiratione & ſtupore ferè rapiunt*, dicere aliqvid vel hiſcere potiùs conari. Sed qvia *Sereniſſimi Domini Electoris, Domini mei clementiſſimi, præter multas, qvibus floret,* virtutes, *humanitate & favore gratioſiſſimo animum meum refici & recreari perſentiſco*, σὺν Θεῷ πολυελέῳ operam ſum daturus, ut admirandum Solis hujus benedicti ortum, deindè fulgentiſſimam ejuſdem claritatem in meridie qvaſi intueri ſera poſſit poſteritas; *cujus mors non fuit occaſus, ſed ſomnus placidiſſimus, vitæq́; melioris & vivacis ortus exoptatuſſimus.* Ideoqve nullum qværemus occaſum in ea, qvæ perpetuo fulgore niteſcens nunqvam potuit occidere. *Jam enim non eſt mortua, ſed vivit coram Deo ipſius anima*; gaudia prægustans æterna, & vivet in æternum, qvando ut juſtificata in extremo die ad æternam vitam reſurget, & in illa ſplendidiſſimè ut Sol fulgebit, juxta dictum Chriſti Matth. 13. v. 43. Juſti fulgebunt ut Sol in regno patris mei.

Erigitur tamen favore & gratiâ Serenitatis Electoralis.

Sereniſſimæ Matris mors qvalis?

Natalis Sereniſſimæ Matris, ut & Parentes Sereniſſimi.

Nata autem fuit ipſius Sereniſſima Celſitudo Zechlini in Marchia, anno ſupra milleſimum qvingenteſimum ſexageſimo octavo, ſexto die menſis Junii, veſperi horâ nonâ; ipſius Dominus Parens fuit *Sereniſſimus, Potentiſſimus & piiſſimus Princeps ac Dominus, Dominus JOHANNES GEORGIUS, Marchio Brandenburgenſis, Elector: Domina Mater fuit Illuſtriſſima Princeps & Domina, Domina SABINA, Sereniſſimi Principis ac Domini, Domini GEORGII, Marchionis Brandenburgenſis, Onolsbachii filia Illuſtriſſima.* Et qvod maximum eſt, in ſacroſancto Baptiſmate veſtem juſtitiæ & ſalutis, Chriſtum Jeſum induit, Eſa. 61 v. 10. atqve ibi in album Chriſtianorum & ſalvandorum recepta & relata, nec non in cœlis nomen ipſius fuit ſcriptum, Luc. 10. v. 10. *Nomen accepit auguſtiſſimum, dum SOPHIA* dicta. Sapientiam enim cœleſtem ut ex verbo Dei hauſit, ſic per omnem vitam ſemper fuit inventa ſapientiâ ſummâ prædita. Religionis qvoqve veræ

Lu-

Lutheranæ fundamentum per Dei gratiam percepit, dum ejuſdem capita ex catechiſmo Dn. D. LUTHERI fideliſſimè addidicit; *Deum etiam verum*, & qvem miſit, *Jeſum Chriſtum* θεάνθρωπον, unicum Redemtorem *ex verbo Dei agnovit*, ex qvo probè edocta, in omni vita ſtatuit, *juſtitiam veram*, qva coram Deo juſti ſimus, *in gratia Dei & merito Chriſti unico* qværendam. Toto igitur corde Domino Servatori ſuo & Redemtori unico Jeſu Chriſto, & ipſius merito firmiter usqve ad extremum halitum adhærebat. Ab ineunte ætate omnis generis virtutibus operam dedit, Dominisqve parentibus Electoralibus & eorum præceptis obedientiâ ſingulari obtemperavit.

Fundamenti religionis Lutheranæ poſitio.

Annos nata qvatuordecim, *Deo clementer annuente & fortunante, de conſilio* Sereniſſimi Domini Parentis, Illuſtriſſimo Principi ac Domino, *Domino CHRISTIANO PRIMO Saxoniæ Duci, unico harum regionum & Electoratus Saxonici hæredi, cujus memoria ſit in benedictione ſempiternâ*, nupſit. Hiſtorici laudant Agrippinam, qvòd Imperatoris ſoror, Imperatoris uxor, & Imperatoris mater extiterit. Verùm, qvalis illa laus? Genuit enim & peperit monſtrum iſtud horrendum, Domitium Neronem, qvi inter alia facinora nefanda & hoc deſignavit, qvòd matrem ſtupro contaminatam, poſtea necaverit. Laudant etiam Lampidinem, qvòd una fœminarum in omni ævo reperta, qvæ regis filia, regis uxor, regis mater fuerit. Noſtra verò Princeps laudum cumulo dignisſima, omnes ſuperat. Fuit enim Dn. JOHANNIS GEORGII, Electoris Brandenburgici filia, Dn. JOACHIMI FRIDERICI, Electoris Brandenburgici ſoror, Electoris CHRISTIANI PRIMI uxor, & duorum Electorum Chriſtianiſſimorum Mater; qvorum alter jam vivens, (faxit Deus, ut diutiſſimè vivat) *munus Cæſareum duobus Vicariatibus* adminiſtravit. Longè maximum verò illud, qvòd ipſius Sereniſſima Celſitudo *Dei omnipotentis filia per Baptiſmum chariſſima facta*, in SS. Trinitatis fœdus gratuitum recepta fuerit, ejusdemqve Templum & domicilium manſerit, qvod de gentibus dici neqvit. Deum Opt. Max. ſincerè dilexit; cor & caro ipſius ad Deum vivum exultaverunt, Pſal 84. v.3. hunc filialiter timuit,

Conjugium Anno 1582. 25. Aprilis incboatum.

Juſtini continuator p. 404. σύγκρισις *per* αὔξησιν.

Plin. lib. 7. nat. hiſt. p. 41.

Admirandum Divinum Saxonicum.

Fœdus cum Deo ſancitum in Sacroſancto Baptiſmi fonte.

muit, in ipſius gratia & favore conſtanter confiſa eſt, ipſumqve ardenter invocavit. *Deus proinde omnipotens & ſummè miſericors, ipſius Sereniſſimam Celſitudinem ferventer dilexit*; ipſiqve proximus fuit, Pſal.145.v.18. ipſam adjuvit, & ab omni malo cuſtodivit, ipſiusqve preces ſemper exaudivit. Delectata fuit in Domino, propterea dedit ipſi Dominus petitiones cordis ſui, Pſal.37.v.4. Fuit ſancta Domini, qvem καρδιόθεν timuit; ideoqve non fuit ipſi inopia vel defectus ullius boni, Pſal.34.v.10. ſed his abundavit: Dominus ipſius Sereniſſimi Celſitudini gratiam & gloriam dedit, Pſ. 84. v.12. miſericordia, veritas & fidelitas Domini prævaluerunt ſuper illam, Pſal. 117. Prov. 14 v.22. longitudinem dierum, annos & pacem ipſi appoſuit; miſericordia & veritas nunqvam ipſam deſeruerunt; in gratia Dei conſtituta permanſit; in dilectione Dei fidelis fuit, ideoqve gratia, miſericordia & inſpectio Dei in ipſam tanqvam in ſanctam fuerunt directæ, Sap.3.v.9.

Verbum Dei ſummo in precio habuit, cum manſvetudine illud recepit, certò ſibi perſvaſum habens, qvòd animam ſuam ſalvam reddere valeat, Jac.1.v.21. qvòd Evangelium ſit potentia Dei ad ſalutem omni credenti, Rom.1.v.16. Verbum Dei corde tractabili & optimo cuſtodivit, Luc.11.v.8. Diebus illis, qvibus conciones freqventandæ, poſt qvartam matutinam ſurrexit; domiqve precibus piis ad Deum prius converſa, *prima poſtea in templo Dei viſa, reliqvos pietate ſuperare ſtuduit*; conciones maxima ex parte *ſtando auſcultavit*, ut ſuam erga Deum & ipſius verbum ſacroſanctum reverentiam oſtenderet; qvod ſuper millia argenti & auri dilexit, adeò ut ipſius Sereniſſimæ Celſitudini gaudium fuerit verbum vitæ & ſalutis, Actor. 13. Vehementer fuit læta in illo tempore, qvoties illi dictum, in domum Domini ibimus; ſtantes erunt pedes noſtri in atriis domus Domini, Pſal.122. *Unum petiit ab ipſo, hoc reqviſivit*, ut in domo Domini omnibus diebus vitæ ſuæ inhabitet, Pſal.27.v.5. dilexit habitaculum Domini, & locum habitationis gloriæ ejus, Pſal.26.v.8. Multas conciones ſibi deſcribi poſtulavit; ſuper conciones inſignes magis qvàm ſuper aurum & argentum lætata eſt. Theologica ſcripta domi manu diurnâ & no-

Pſal.119.v.72. & v.92.

ctur

ſturnâ verſabat, non ceſſans, donec ad finem lectio fuerit perducta.

Verâ in Chriſtum fide conſtans permanſit per omnem vitam; qvòd per fidem in ipſius meritum vitam æternam habeat, 1. Joh. 6. v. 40. & v. 47. credidit; dilecta Chriſti Jeſu ovicula fuit; vocem ejus audivit; ideoqve Chriſtus eam cognovit; qvâ firmâ conſolatione ſe ſuſtentavit, qvòd hæreditas vitæ æternæ ipſi à Chriſto ſit data; & qvòd non ſit peritura, Joh. 10. v. 27. nemoqve eam de manu Jeſu Chriſti & æterni Patris poſſit rapere. *Seriò ſtatuit ipſius Sereniſſima Celſitudo, qvòd juſtificetur gratis absq; operibus per redemtionem*, qvæ facta eſt per Jeſum Chriſtum, qvem propoſuit DEus propitiatorium per fidem in ſangvine ſuo, Rom. 3. v. 24.

Quemadmodum verò bona arbor non caret fructibus: *Sic vera fides non deſtituitur novâ obedientiâ & bonis operibus.* Illa quoque per Spiritus Sancti gratiam in ipſius Sereniſſima Celſitudine fuit efficax. Verè enim affirmare potuit (*Pſal. 119.*) cum Regio Propheta Davide; Memor fui nocte nominis tui, Domine, (v 55.) & cuſtodivi legem tuam; Portio mea, Domine, dixi, cuſtodire, (v. 57.) verbum tuum. Mediâ nocte ſurgebam ad confitendum tibi, (v. 62.) ſuper judicia juſtificationis tuæ: Socia ego ſum omnium timentium Te, & cuſtodientium (v. 63.) mandata tua. Bonum mihi lex oris tui ſuper (v. 72.) millia argenti & auri; Lex tua lætitia (v. 77.) mea eſt; Fiat cor meum immaculatum in juſtificationibus tuis, (v. 80.) ut non confundar: Ab omni via mala (v. 101.) prohibui pedes meos, ut cuſtodiam verba tua; quàm dulcia faucibus (v. 103.) meis eloquia tua, ſuper mel (cordi &) ori meo. Lucerna pedibus meis (v 105) verbum tuum, & lumen ſemitis meis. Hæreditate acquiſivi teſtimonia tua in æternum; quia exultatio (v. 111.) cordis mei ſunt; Inclinavi cor meum ad faciendum juſtificationes tuas in (v. 112.) æternum, in finem. Perambulabam in innocentia cordis (Pſ. 101. v. 1.) mei, in medio domus meæ. Non proponebam ante oculos meos rem injuſtam. Prævaricationes facientes odio proſecuta ſum. Cor pravum declinet à me, malignum non cognoſcebam, miſericordia tua ante oculos meos. &

ambulavi in (Pſal.26. v.3. & ſeqq.) veritate tua. Cum concilio vanitatis non ſedi, & cum iniqua gerentibus non introivi. Eccleſiam malignantium odivi, & cum impiis non ſedebo.

Exercitia veræ pœnitentiæ.

In vera pœnitentia exercitiis fuit aſſidua; quaſi maxima eſſet peccatorum, ſeſe coram DEO humilem gerebat; ad cujus ſcabellum ſeſe projiciebat. Ingruente corporis imbecillitate quadam vel aliâ calamitate, ipſius Sereniſſima Celſitudo eſt confeſſa; Et me (Mich.7.v.9.) cum Propheta dicere oportet; Iram Domini portabo, quia peccavi ei. Confeſſio hæc eſt homini Chriſtiano conſentanea & maximè conveniens; nam ad exhortationem (1.Petr.5.v.6.) D. Petri quadrat; ſub potenti manu DEI humiliamini.

Hæreſium execratio.

Hæreſes omnes, & in iſtis Pontificiam, Calvinianam & Photinianam execrata eſt; Auguſtana Confeſſio & Chriſtianæ Concordiæ Formula Dominæ Sophiæ auguſtisſimæ, cordi & curæ fuit; Symbola illa noſtrarum Eccleſiarum defendit tam per ſe, quàm per duos Electores laudatiſſimos filios. *Hic eſt ornatus ſplendidiſſimus, omnes coronas Cæſareas & regias, imò omnia mundi regna & eorum dignitates ſuperans.* Verè potuit dicere & affirmare coram (2.Reg.10.v.15.) Jonadabo: *Domine DEUS; cor meum eſt erga Te rectum. Potens enim fuit in Scripturis Sacroſanctis,* ut non tantùm inſtituta in verbo DEI & via Domini, ſed etiam fervens (Rom.12. v.11.) Spiritu fuerit. Hujus vel illius articuli fundamentum ex verbo DEI ſignificanter depromere potuit; quomodo etiam hæreſes ex verbo Dei confutandæ, & quibꝰ dictis, ipſius *Sereniſſimam Celſitudinem non* latuit. *DEUS* τρισυπόστατος *animum ſagaciſſimum ei dedit, adeò, ut inſigni & perſpicaci mentis acie, acerrimoqve ſubtili & peracuto ingenio fuerit prædita.* Et quia hoc acceſſit, qvòd ipſius animus per Spiritum Sanctum ex verbo DEI optimè fuerit informatus & illuminatus, ideóqve hac in parte nemini Chriſtianorum ceſſit, ſed ſapientiam ſummam in omnibus actionibus, verbis & operibus luculenter demonſtravit.

Fundamentorum religionis noſtræ articulorum ex ſacris literis cognitio.

Peracutum ingenium Sereniſſimæ Dominæ Matris.

Amor ſincerus erga Sereniſſimum

Poſt Deum noſtrum benedictum & glorioſum ipſius Sereniſſima Celſitudo Sereniſſimum & Potentisſimum Principem ac Do-

Dominum, Dominum CHRISTIANUM I. Ducem Saxoniæ *Sacri Romani Imperii, Archimarſchallum & Electorem, utpote D. Maritum ſuum ſincerè dilexit*, nec non ipſius Sereniſſimæ Celſitudini per totum Conjugii tempus fidelitatem ſummam præſtitit.

Dominum maritum.

Fuit certè CHRISTIANUS I. Elector Saxoniæ Heros excellentiſſimus, re & nomine Chriſtianus, Verbum DEI animitus diligebat, devotè & attentè illud percipiens, fideli corde retinebat; verámque pœnitentiam agens, Chriſti merito verâ & indubitatâ fide innitebatur; & ab illo omnem ſalutem, juſtitiam, peccatorum remiſſionem & vitam æternam accipiebat. *Vera fides ex verbo DEI concepta ipſum cum DEO copulavit. Lutheranam Religionem puram & ab omnibus traditionum* Pontificiorum ſordibus repurgatam *exoſculabatur*, & ut talis ad ſeram poſteritatem propagaretur, ipſius Sereniſſima Celſitudo unicè laborabat, & in hunc finem omnes cogitationes & conſilia dirigebat. Inquieti homines iſti, qui ipſius Sereniſſimæ Celſitudinis actiones invertere ſatagebant, quomodo & quid vivorum & mortuorum judici aliquando reſponderint, ipſi videbunt! Scopus Conſiliorum Domini Electoris fuit, ut Eccleſiam, Rempublicam & Oeconomiam florentiſſimas conſtitueret. *Terror fuit Turcarum, Chriſtiani nominis hoſtium*, admiratio exterorum, deſiderium ſubditorum. *Mente ſagaci, ingenii & animi magni ad omnia ſumma nati acrimoniâ ſingulari & incredibili fuit præditus, adeo, ut dotes*, & mores omnium conſiliariorum & Profeſſorum in Academiis cognoſceret.

Laudum præconiis extollitur Chriſtianus Primus Saxoniæ Elector.

Virtutes ipſius Serenitatis.

Verbi divini dilectio.

Vera pœnitentiæ exercitatio.

Religionis Lutheranæ propagatio & conſervatio.

Mentis, ingenii & animi magni acrimonia.

Veræ pietati ex animo fuit addictus, in hac proram & puppim ſibi Princeps ſtatuit. Hac cynoſura enavigandas ſibi cenſuit ævi hujus ſyrtes, malorum ſcopulos; hanc ſibi vitæ omnis ducem, officiorum magiſtram, actionum normam ac moderatricem conſtituit; hanc ita ſibi neceſſariam duxit, ut ſublatâ eâ omnem ſanctitatem, religionem, fidem tolli, nihilque ſalutare, nihil egregium, non ſolùm à Principe, ſed neque ab homine quidem ſuſcipi unquam poſſe, exiſtimaret.

Pietas vera.

Honorem cultúmque obedientiæ DEO tribuit; & quem intimè corde colebat, hunc ore quoque deprædicavit. A precibus omnium,

Precum exercitia.

Digitized by Google

um, quas quidem ſuſciperet, actionum duxit auſpicia; ab his uti incepit, diem ſic quoque clauſit, adeóque labiorum hoſtiam diebus ſingulis DEO benefactori ſuo obtulit. Verbi prædicatione purâ & incorrupta Eccleſias, ſcholas & loca omnia circumſonare Princeps quidem ex ſe & per ſe voluit; & quod omnium in vita actionum pulcerrimum ſtatuit, *DEI agnitione verâ hominum animos imbui, illúdq; ſtudio haberi voluit*, ut DEUM omnes purâ incorruptáque & mente & voce venerarentur. Subdoli quidem Calviniani magnas in religione turbas dederunt; ſed illud Principi optimo non eſt attribuendum.

[illegible] DEI agnitio.

De ſtatu publico & œconomico.

publicum ſtatum ſpectamus? Leges tulit, judicia conſtituit, ſeque animatam loquentémque in terris legem palàm omnibus demonſtravit. In Oeconomicis officiis nihilò quàm in cæteris indiligentiorem fuiſſe, ii præcipuè norunt, qui tributorum moderatione à Principe facta, agrisque à ferarum Populatione vindicatis, in ſpem augendæ rei familiaris haud minimam erectos ſe fuiſſe, conteſtantur.

Pacis ſtudium.

Dresda & lapidis regii munitio

Bella Princeps quidem nulla geſſit, in pace enim omnia adminiſtravit; *nihilominus verò ad Belli tempeſtatem ſubeundam expeditus promptúsque ſemper apparuit.* Hinc urbem, quam vitæ & fortunarum ſedem, majorum exemplo delegerat, munivit; hinc caſtrum in prærupto monte, vallo, tormentis, munitionibus ac præſidio perpetuo ſepſit, non ut vitæ, non ut ſaluti ſuæ conſuleret, *cujus animus ſuprà quàm cuiquam credibile fuit, Magnus*, haudquaquam ſe paſſus fuiſſet intra urbium ſepta concludi; verùm ut ab impreſſione hoſtili civium corpora, & à ruina vitam ipſorum vindicaret. *DEUS miſericors Dominum Electorem dignitate & potentiâ amplificabat, ut omnia in Electoratu Saxonico eſſent florida*, viventia, vigentia, adeò ut plurimorum exterorum oculi & animi in ipſius Sereniſſimam Celſitudinem eſſent defixi. Nam ut authoritate cœteros anteivit; ſic *conſilio, viribus & potentiâ ipſius plurimi ſe ſuſtinebant.* Acceſſit ingenii ſolertia, in agendo promtitudo, armorumque amor, quorum tractatione ita ſeſe ad belli contentiones acuerat, ut, ipſe ſive hoſtes invadere, ſive à ſubditis vim propul-

Floridus ſtatus Electoratus Saxonici.

Ingenii ſolertia.

pulſare debuiſſet, *ſenſura fuiſſet univerſa Germania*, quantos pro patriæ ſalute labores ſuſcipere, quanta diſcrimina in ſe accerſere, quàm acriter de vita fortunisque, nulli heroum inferior dimicare conſtituiſſet. Neque verò ſilentio prætererim *dignam Principe in ocio, in negocio, domiq; foriq; coruſcantem gravitatem ac magnificentiam*; in rebus, quas animo conceperat, infatigabiles motus, agendi celeritatem & conſtantiam: in exigendis muniis, quæ cuique vel ſors tribuerat, vel meritum delegerat, ſeveritatem, in pœnis rigorem, in delinquentes iram legitimam; quis fando illa omnia pro dignitate exprimat? *Dn. Electoris gravitas & magnificentia.*

Luxum, ebrietatem & crapulam, *ut primùm* ad virilem ætatem pervenit, *vehementer averſatus eſt*, rectè ſtatuens, crebrisque uſurpans ſermonibus; eos, qui vitio huic dediti ſunt, corpus ægritudine afficere, naturam pervertere, fortunas præter uſum neceſſarium dilapidare, vitam ante tempus abrumpere. *Cúmque Sobrietati ſtuderet*, ad res gerendas omnibus horis expeditum ac promtum ſe præbuit. Odio profectò & vix hominum appellatione digni, qui cùm horas plures ſtertendo perdiderint, lecto tandem proſilientes cibum è veſtigio poſcunt, ac prius quàm heſternam benè edormierint crapulam, recentibus ſeſe ingurgitant, ut ad ſtratos lectulos paulò pòſt redeant, dormientes & negligentes in virtutibus, vigilias agentes in vitiis, ad malum patrandum ſtrenui, in bono ſegnes, quos ut inutilia terræ pondera Dominus Elector ſemper eſt execratus. *Sobrietas & temperantia.* *Potatorum fortia facta.*

Quid *de Imperii oculo, Prudentia, commemorem?* Quid de commendationis & famæ perpetuo fundamento, ſi Tullio credimus, Juſtitiâ, ſine qua nihil non modò laudabile in orbe, ſed ne ullum quidem imperium poteſt exiſtere, dicam! ſemetipſum Sereniſſimus Dn. Elector probè novit; nam in ſumma potentiâ modum tenuit, ut ad animi æquitatem nullo non tempore ſemet revocando, nec ſupra ſortem efferretur, nec quodcunque collibuiſſet, ſuſcipiendum putaret. Magnum profectò quid in eo eſt, quem in ſublime fortuna extulit, non, quid poſſit, cogitare, ſed quid debuerit facere, cumque omnia poſſet, ſola crederet ſibi licere laudanda! *Prudentia & Juſtitia.* γνῶθι σεαυτόν. *Auream quisquis mediocritatē diligit!*

Digitized by Google

Tanto igitur Principi & Heroi Excellentiſsimo & Chriſtianiſsimo jungi matrimonio caſtiſsimo, cum ipſius Sereniſsimæ Celſitudine caſtè & pudicè vivere, Illuſtriſsima & Piiſſima Princeps ac Domina, Domina SOPHIA beneficii divini loco reputavit.

Unum velle & idē nolle, ea demum firma amicitia eſt.

Admirandum Divinum Saxonicum.

Benedictio conjugii Electoralis.

Cum inclyto igitur & Celſiſſimo Domino Marito Electore ſic vixit, ut una in domo illuſtri, ita una in mente & uno in corde amor reciprocus dominaretur, conſtansque inter Conjuges Electorales pax eſſet & conſervaretur. *Idq; in cauſa fuit, ut multiplex per concordiam undiq; afflueret rerum proſperitas.* Inter alia verò conjugii Electoralis emolumenta, benedictio illa Electoralis conjugii, tanquam verè ADMIRANDUM DIVINUM SAXONICUM, primo loco ponenda. Electoralis domus Saxonica tum temporis, duobus ſaltem oculis, ut ita loquar, nitebatur, Sereniſsimo nimirum Principe ac Domino, Domino CHRISTIANO PRIMO, Saxoniæ Duce & Electore: ſed dona DEUS in conjuges Electorales conferebat longè maxima. Munera enim offerebat quovis auro & argento pretioſiora, tres videlicet filios, Principes Illuſtriſsimos, & quatuor filias generoſiſſimas Principes. Pro quibus omnibus Sereniſsima Domina Mater, una cum Domino Marito ſuaviſsimo, gratias agebat DEO maximas, easque viciſſim precibus ſuis committebat illi, in cujus (Pſal 31 v.16) manibus ſortes noſtræ. Poſt obitum igitur Domini Mariti deſideratiſsimi, per DEI gratiam vidit bona Divina ex Sion (Pſal. 128. v. 5.) Mater Sereniſsima, vidit Dominos Filios Illuſtriſsimos tam in Electorali Dignitate, quàm Epiſcopatuum Martisburgenſis, Miſnenſis & Numburgenſis adminiſtratione florentes, valentes, virentes. Vidit illos unà cum filia generoſiſsima Matrimoniis legitimis & Chriſtianis cum Principibus Illuſtriſsimis copulari. Vidit *Sereniſſimum Filium, Dominum JOHANNEM GEORGIUM duobus Vicariatibus Cæſareo munere cum laude fungi.* Vidit ex eodem & Illuſtriſsima ejusdem Conjuge naſci *ſeptem nepotes & tres neptes generoſiſſimas.* Cum gaudio inenarrabili audivit lucem Evangelii oriri in Bohemia, Moravia & Sileſia.

Ibid. v. 4. Ecce ſic benedicitur homo, qui timet Dominum. Crucis teſſera.

Quia verò D. Paulus Chriſtianorum vitæ curriculum ita deſcri-

ſcri-

Google

ſcribit Act. 14. per multas tribulationes oportet nos ingredi in regnum cœlorum; certè Sereniſſima Domina Mater vidua, Dn. SOPHIA illud Apoſtoli quoque eſt experta. Quia enim DEO chariſſima, ideoque abſque tribulationibus vivere non potuit. Vidit enim filias duas inclytas in tenera juventute, præmaturâ morte diem ſuum obire. Novem ſaltem annos cum dimidio, in conjugio Electorali vixerat, ecce novum, idque graviſſimum infortunium. Vix enim annos viginti quatuor nata, vidua, proh dolor, mœſtiſſima, Sereniſſimi Domini Mariti obitu facta eſt! Hanna Propheti ſſa vidua annorum ferme octoginta quatuor, de templo non diſcedebat, ſed jejuniis ac deprecationibus nocte atque die DEO ſerviebat. Pari quoque ratione noſtra Electoriſſa *vidua manſit annos triginta duo, DEOq; ſoli*, de templo non diſcedendo, ſed ipſius verbum ſedulò audiendo, domi legendo, orando, verbum auditum cuſtodiendo, & precibus continuis inſtando ſerviebat.

Tob. 12. 6. 13.

Anno 1591. 25. die menſis Septembris.

σύγκρισις cum Hanna Prophetiſſa.

Dilectionem quoq; ſuam erga Dn. Maritum jam defunctum ſatis ſuperque demonſtravit, dum *ipſius memoriam conſtanter retinens*, ipſius beatiſſimam Celſitudinem in corde ſuo omni tempore vivere, multoties eſt confeſſa.

Dilectio Dn Mariti poſt obitũ continua.

Ulterius ipſius Celſitudinem Sereniſſimam duorum filiorum Illuſtriſſimorum, *Dn. CHRISTIANI SECUNDI & Dn. AUGUSTI laudatiſſimæ recordationis*, ut & filiæ Generoſiſſimæ, Abbatiſſæ Quedlinburgenſis, nec non generi Illuſtriſſimi Principis ac Domini, *Dn. Franciſci*, Pomeraniæ Ducis, beatiſſimæ memoriæ obitus perturbavit, mœroremque nimium quantum auxit. Vidit etiam, & inſigni cum dolore vidit *tres nepotes Illuſtriſſimos in infantia mori*. Verbi quoque ſalvifici prædicationem in Bohemia, Moravia & Auſtria Jeſuitarum cruentis & callidis machinationibus abrogari, non ſine inſigni conſternatione comperit.

Nulla calamitas ſola.

Obitus liberorum Illuſtriſſimorũ.

Perſecutiones Jeſuiticæ in Bohemia, Moravia & Auſtria.

Referunt hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, quod Theodoſius Imperator ſalutem, incolumitatem & incrementum Eccleſiæ ſemper in omni vita deſideraverit & promoverit, ejusq; curam indefeſſam geſſerit. Quocirca de ipſius Zelo divino Ambroſius Epiſcopus

Ambroſius de Theodoſio.

Digitized by Google

Solatio Imperatoris Theodoſii & Sereniſſimæ Matris.

Patientia remedium omnium malorum.

Mediolanenſis confeſſus eſt: *Dilexi virum, qui cùm corpore ſolveretur, magis de Eccleſiæ, quàm de propria ſalute & incolumitate* ſolicitus fuit. Hæc laus Sereniſsimæ quoque Dn. Matri, Dn. Sophiæ jure merito tribuenda. Gaudio enim exultavit ſummo, *cùm Eccleſiam Lutheranam propagari*; mœrore verò & dolore ferè conficiebatur, cùm illam perſecutionem & tyrannidem pati percipiebat.

In omnibus hiſce infortuniis *patientiam omnium malorum remedium* adhibuit. Ex verbo enim DEI edocta cognovit, quem (Prov.3.v.12.) Dominus diligit, hunc corripit, & quaſi pater in filio beneplacitum habet: corripimur autem quaſi filii, ideoque non ad perditionem ſed emendationem (Judith.8.v.27.) noſtram; ut in amore verbi divini & in invocatione progreſſus faciamus Chriſtianis dignos. In anguſtia requiſivit Dominum; (Eſa.26.v.16.) per crucem facta eſt conformis (Rom.8.v.29.) imagini Filii DEI. In calamitatibus vidit admiranda magnalia divinæ omnipotentiæ, omniſapientiæ, miſericordiæ & veritatis. Plus quàm mille novit modos Dominus, quibus (2 Petr.2.v.9.) nos ex anguſtiis eripiat; hac conſolatione ſeſe ſuſtentavit, ad imitationem Saræ: Hoc pro certo habeat omnis, qui te colit, Domine, (Tob.3.21.) quòd vita ejus, ſi in probatione fuerit, coronabitur. Si autem in tribulatione fuerit, liberabitur, & ſi in correptione fuerit, ad miſericordiam tuam venire licebit. Multæ ſunt tribulationes juſtorum, (Pſal.34.20.) & de omnibus his Dominus eos liberabit. Laudetur Dominus quotidie; onus imponit (Pſal.68.v.20.) quidem nobis; (ſed) DEUS eſt ſalus noſtra; DEUS noſter, DEUS ſalvos faciendi. Veriſsimè DEUS noſter benedictus &glorioſiſsimus in ipſius Sereniſſima Celſitudine adimplevit, quod promiſit; (Pſal. 91. 16.) quoniam me deſiderat, liberabo eum; protegam eum, quoniam cognovit nomen meum. Clamavit ad me, & ego exaudiam eum. Cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. Longitudine dierum eum replebo, & ſalutare meum ipſi oſtendam. Pro his & omnibus beneficiis DEO maximas agebat gratias (2.Cor 1.v.5.) cum D. Paulo; Benedictus DEUS & Pater Domini

mini noſtri Jeſu Chriſti, qvi eſt Pater miſericordiarum, & Deus omnis conſolationis, conſolans nos in omni afflictione, ità ut per Chriſtum conſolatio noſtra abundet.

Qvid jam dicam de precationum & invocationum exercitiis ſanctisſimis, qvibus indeſinenter vacavit, qvibus etiam omnes Pontificios & Jeſuwitas in regno Pontificio ſuperavit: ipſum Dei Filium toto corde adoravit; Sanctos demortuos, qvi preces noſtras exaudire non poſſunt, inanes dimiſit; & ad Spiritum Sanctum clamavit, qvi ipſam gemitibus inenarrabilibus defendit, Rom. 8. v. 26. & pro ipſa interceſſit. Pro ſeipſa, pro conſangvineis, & pro tota Eccleſia, ad Deum ſuſpiria cordis ſui emittens, dies noctesqve precando conſumſit. Vera fide & precibus bona à Deo ſpiritualia impetravit, qvalia ſunt, gratia & miſericordia Dei, Chriſti juſtitia meritoria, peccatorum remiſſio, *Spiritus Sancti inhabitatio*, adoptio, ſpes & hæreditas vitæ æternæ.

Precum exercitia ſanctiſſima.

Apud Prophetam Ezechielem cap. 22. v. 30. legimus, Deum ſummè miſericordem, anteqvam pœnis peccata hominum in ira ſua viſitet, prius verè pœnitentes & devotè orantes inter illos qværere. Virum, dicit Dominus, qvæſivi, qvi ſepem interponeret, & ad rupturam coram me ſtaret pro terra, ne diſſiparem eam. Ejusmodi columna harum regionum fuit Sereniſſima Mater, Domina SOPHIA; precibus ſuis ſepem & murum interpoſuit, & ad rupturam coram Deo ſtetit. Vixit enim iis temporibus, qvibus vidit *in Electorali domo Brandenburgica ordine ſeqvi qvatuor Electores Sereniſſimos*; Dn. Johannem Georgium Parentem, Dn. Joachimum Fridericum Fratrem; Hujus qvoqve filium & nepotem, Dn. Johannem Sigiſmundum, & Dn. Georgium Guilielmum. *Vidit qvoqve in Electorali domo Saxonica, qvatuor Electores* Sereniſſimos; Dn. AUGUSTUM Socerum, Dn. CHRISTIANUM I. Maritum, Filios qvoqve Dn. CHRISTIANUM II. & Dn. JOHANNEM GEORGIUM Electores. Hæ certè viciſſitudines anſam præbuerunt Sereniſſimæ Dominæ Matri, ut apud Deum precibus indefeſſis inſtaret, qvò felicitas harum domorum Electoralium eſſet cum bono Deo perpetua.

Sereniſſima Mater Dn. Sophia fuit Eccleſiæ & harum regionum columna.

Viciſſitudines in domibus Electoralibus Brandenburgicis & Saxonicis.

Preces devota ſunt murus igneus coram vel pro Eccleſia

Vidit machinationes & dolos Calvinianorum & Pontificiorum, Bone Jeſu, tu probè noſti, qvantis ſuſpiriis cœlum penetrantibus Eccleſiæ laboranti ſubvenerit! Ipſius Sereniſſimæ Celſitudinis preces fuêre murus igneus, qvibus Eccleſiam Lutheranam miſeriis oppreſſam levavit.

Annos qvadraginta & unum in his regionibus vixit, ô Bone Jesu: tua Divina Majeſtas cognitum & perſpectum habet, qvanta mala precibus ſuis indefeſſis ab iisdem averterit, nec non commoda plurima iisdem conciliaverit.

σύγκρισις cum Dn. D. Luthero qvoad tempus precum

Effectus piarum precũ ſpirituales.

Cum R. P. Dn. D. LUTHERO horas potiores antemeridianas precibus ardentibus tranſegit, tantâ conſtantiâ, ut nulla dies præteriret, qvâ non tota mente & corde ardente, flexis genibus & complicatis manibus precationes & obſecrationes diligentiſſimas ſolemniter coram Deo dixerit, adeo, ut omnia negotia conficienda in aliud tempus conjicerentur. Qvibus etiam magnâ contentione prolatis precibus vehementiſſimis Deum omnipotentem aliàs invincibilem ligavit; qvibus etiam cor Dei Patris ad commiſerationem flectere valuit. *Tam diu enim Deum acriùs & animitùs rogavit, donec exauditionem impetraret.* Singulari curâ & ſanctiſſimis precibus, qvàm potuit, ſtudioſiſſimè per Dei gratiam id effecit, ut bella, peſtis, fames, incendia & alia mala ab his regionibus averterentur. Ipſa Jaël laudatiſſima, dormientibus hoſtibus, Judic. 4. v. 21. vigilavit precibus, oratione ſua ex fideli corde profecta, qvaſi malleo & clavo qvodam peracuto tyrannorum capita transfodit, potentiam iſtorum fregit, humiqve proſtravit maſculè Spiritus Sancti auxilio, cui laus, honor & gloria!

Beneficentia & liberalitas.

σύγκρισις Sereniſſimæ Matris viduæ cum Conſtantino Magno Imperatore

Conſtantini Magni Imperatoris Chriſtianiſſimi *liberalitatem & beneficentiam* in pauperes hiſtoriæ Eccleſiaſticæ prædicant, qvòd donationibus ſuis miniſtros Eccleſiæ, viduas, orphanos & exules juverit, ingentemqve pecuniæ ſummam inter ipſos qvotannis diſtribui curaverit. *Pari qvoqve ratione Sereniſſima Mater vidua Miniſtros Eccleſiæ, me qvoqve indignum tertiâ vice liberalitate ſuâ exhilaravit*; ſubditos cor maternum reipsâ experiri fecit; nobiles & ignobiles, prægnantes & morituros qvàm plurimos viſitavit,

vit, nec non conſolationem & medicamenta ipſis attulit. Multos *νεογάμους* & infantes, ſi ad hæc Chriſtianæ charitatis officia peculiariter fuerit reqviſita, præmiis & muneribus condecoravit. Imprimis verò Miniſtros Eccleſiæ, qvacunqve in parte potuit, adjuvit eosqve tanqvam pupillam Domini honore & amore eſt proſecuta. *Miniſtros Eccleſiæ tanqvam pupillam Domini honore & amore eſt proſecuta.*

Innumeros, exules, pauperes, viduas, orphanos benignitate & bonitate ſua eſt complexa, nec non beneficiis ſuis illorum egeſtatem avertit, eosqve ſublevavit, qvod ipſum dies extremus ſatis ſuperqve edocebit. Pauperem vociferantem, cui non erat adjutor, liberavit; benedictio ipſius ſuper periturum venit, cor viduæ exhilaravit; pauperis erat Mater. Mulier fuit præſtans, margaritis longè preciosior; manum ſuam inopi aperuit, & palmas ſuas ad pauperes extendit, Prov. 31. v. 10. & 20. *In his pietatis & virtutum exercitiis conſtans permanſit usq; ad extremum vitæ ſuæ terminum,* qvi fuit hora decima pomeridiana, diei VII. menſis Decembris, Anni 1622. *Deus miſerator & multùm miſericors ipſius Sereniſſimæ Celſitudini beatam conceſſit ἀνάλυσιν,* dum verâ in CHRISTUM fiduciâ vitam hanc ærumnoſam cum æterna commutavit, poſtqvam annos LIV. menſes ſex, diem & ſesqvihoram ſumma cum laude in hoc mundo immundo ſeu lacrymarum valle vixiſſet. *Hiob. 29. v. 12. & v. 16.* *Beata ἀνάλυσις Sereniſſimæ Matris.*

Hanc ſuam Matrem omni laudum cumulo ornatiſſimam, exoptatiſſimam & deſideratiſſimam Sereniſſimus Elector, Dominus JOHANNES GEORGIUS *in omni ſua vita, filiali honore & amore proſecutus eſt:* ipſius Sereniſſimam Celſitudinem dignitate & gloriâ affecit; imò omnes honores in ipſam effudit, nulluniqve in ipſius Celſitudine ornanda, honeſtanda & colendâ, aut locum aut tempus aut ullum honoris genus prætermiſit, memor mandati & promiſſi divini in qvarto præcepto fundati, cui ſeqventia dicta adſtipulantur. Sic enim Tobias Senior filium ſuum exhortatur: Honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ ejus; memor enim eſſe debes, qvæ & qvanta pericula paſſa ſit propter te in utero ſuo, Tob. 4. v. 3. Sicut qvi theſaurizat, ita & qvi honorificat matrem ſuam, Sir. 3. v. 5. Qvi honorificat Patrem (& Matrem ſuam) jucundabitur. *Honor Sereniſſimæ Matri in vita à Dn: Electore exhibitus.*

Digitized by Google

bitur in filiis ſuis, in die orationis ſuæ exaudietur, vitaqve vivet longiore, v.6.& 8. Qvi timet Dominum, honorat parentes, & qvaſi dominis ſervit his, qvi ſe genuerunt.

Encomium Dn noſtri Jeſu Chriſti majoris omni laude

Illuſtrisſimus Elector ob oculos ſibi poſitum habebat exemplum exemplorum, Luc.2.v.51. qvod alia pondere ſuo ſuperat, Dominum noſtrum JESUM CHRISTUM, qvi eſt juſtitiæ tribunal, religionis & precationis noſtræ ara, conſilii magni oraculum, virtutum domicilium, ſapientiæ promtuarium, manſvetudinis ſacrarium, gratiæ & miſericordiæ divinæ gazophylacium. Is cum Joſepho & Maria virgine matre deſcendit, & venit Nazareth, & erat eis ſubditus. Dominum Jeſum imitari, hoc eſt admirandum Divinum! Omnium regum Phœnicem, D.Salomonem legimus, 1.Reg. 2.v.19. regios honores matri ſuæ exhibuiſſe. Surrexit enim Rex Salomon in occurſum ejus, adoravitqve eam, ut ſedit ſuper thronum ſuum. Poſitusqve eſt thronus matri regis, qvæ ad dexteram ejus ſedit.

Admirandum Divinum Saxonicum.

Pari qvoq; ratione Serenisſimus Dominus Elector Matri ſuæ Illuſtrisſimæ & Piisſimæ ſemper aſſurrexit, loco ceſſit, caput coram ipſa aperuit, eamq; concomitatus deduxit, & poſt Deum ſummo ipſam honore ſemper affecit toto corde. Videt hoc loco orbis Chriſtianus iterum admirandum Divinum Saxonicum. *Deus hoc tribuit Serenisſimo Domino Electori, ut Matrem Celſisſimam debito honore filiali proſeqveretur.* Qvantò major fuit, tantò magis humilem ſeſe erga Dn.Matrem præbuit, ideoqve coram Deo gratiam invenit. Habuit etiam alia imitationis exempla. Imperator Rudolphus II. glorioſisſimus, ut & Cæſar Matthias, felicisſimæ recordationis, Serenisſimæ Matri viduæ honores Cæſareos ultrò obtulêre, Domus Saxonica & Brandenburgica Electoralis ipſi debitos qvoqve honores perſolvêre.

Sir 3.v.20.

Imperatores Romani Sereniſſimã matrem Cæſareo honore affecerunt.

τεκμήριον honoris filialis laudatiſſimum.

Ut verò Elector noſter erga Matrem Serenisſimam, honorem illum, tanqvam admirandum qvoddam divinum, *toti Germaniæ demonſtraret*, & omnibus liberis exemplum præſtantisſimum parentes honorandi præberet, in teſtimonium reverentiæ & honoris filialis expresſisſimum, anno ſupra milleſimum ſexcenteſimum

mum decimo ſeptimo, *numiſma cudi curavit*; in cujus parte altera icon regis Salomonis, matrem ſuam in ſolio ſedentem, coram ipſa ſtando honorantis & reverentiam ipſi exhibentis, cum inſcriptione, Honorem habebis matri omnibus diebus vitæ ejus! & in averſa ejusdem parte manuum Sereniſſimæ Matris & Illuſtriſſimi Filii complicatarum icon erat ſculpta cum inſcriptione: Ditant vota materna. *Hæc certè pictum per aſpicientium oculos uſq; ad mentem pertingit, in admirantium animis Domino Electori gratiam conciliat*; majeſtatemq; tam Sereniſſimę Matri qvàm Illuſtriſſimo Filio addit, ſeram poſteritatem ad imitationem & conſimiles honores parentibus exhibendos acuit, nec non in poſterorum animis acutos relinqvit aculeos. *Numiſma ingenioſiſſimum ex c. IV. Tobiæ v. 3.* *Uſus picturæ preciosiſſimus.*

Sereniſſimus itaqve Dominus Elector noſter, Patriæ noſtræ Pater deſideratiſſimus, cum univerſa Eccleſia & domo Saxonica ſeriis in votis habuit, ut vitam Domina Mater in ſeros Neſtoris perduceret annos! *Votum cordiale Sereniſſimi Dn. Electoris.*

Verùm Deo noſtro aliter viſum fuit. *Ipſius Sereniſſima Celſitudo qvia verè fuit ſancta, ideoq; à facie mali collecta eſt*, & qvia rectè ambulavit; ideoqve cum pace in cubili ſuo reqvieſcit, Eſa. 57. v. 1. *O verè & ex aſſe beatam!* non vidit perſecutiones horrendas, à placido ipſius obitu usqve ad annum 1647. Eccleſiam vaſtantes, qvæ aliàs ipſius animum chriſtianiſſimum vehementer perturbâſſent.

Qvia verò Tobias ſenior filio ſuo præcepit; cùm autem & mater tua vitæ ſuæ annos compleverit, eam circa me ſepeli, Tob. 4. v. 5. ideoqve Sereniſſimus Dominus Elector de honorificentiſſima ſepultura ipſius Sereniſſimæ Celſitudini proſpexit, & id, qvod Spiritus Sanctus poſtulat, per Dei gratiam feliciter confecit. *Honor Dominæ Matri Sereniſſimæ exhibitus poſt obitum.*

Friberga Miſniæ urbs eſt Electoralis, fodinis metallicis celebris, in qva Illuſtriſſimus & Chriſtianiſſimus Princeps, Dominus HEINRICUS, Saxoniæ Dux, piæ & ſanctiſſimæ memoriæ, vitæ & ætatis ſuæ magnam partem exegit. *Princeps hic laudatiſſimus, cum ſummo vitæ periculo, intrepidus tamen & imperterritus ſinceram & puram chriſtianæ religionis formulam in ſcriptis Propheticis & Apoſtolicis comprehenſam*, cum vero Sacramentorum uſu primus accepit, *Tranſitio ad deſcribẽdum ſacellũ Fribergenſe* *Encomium Dn. Hein-*

Digitized by Google

rici Saxoniæ Ducis.

pit,& poſtea in univerſa ſua regione, etiam illa, qvam per fratris Dn.Georgii obitum jure hæreditario accepit, fovit, & cùm bono Deo contra omnium diabolorum inſultus ac inſidias, totiusqve mundi furorem fortiter defendit. *O Miſnia, patria dilecta, Deum tuum lauda, qvoniam ad te, verbum & eloqvium ſuum divinum mittit; ô homo, qvicunq; & ubicunq; es, Deus verbum ſuum tibi è Miſnia; imò toti Germaniæ annunciat, ſtatuta & judicia ſua* ex Electoratu Saxonico tibi & univerſo terrarum orbi oſtendit. Non fecit taliter omni nationi & judicia ſua eis non manifeſtavit.

Ad imitationem Pſalmi 147, 18.

Admiranda Divina Saxonica videntur Friberga in ſacello monumentorum Ducum & Electorum Saxoniæ. Multi è longe remotis terris advolant videndi illius ſacelli causâ.

In hac urbe Albertus Dux Saxoniæ, Friderici II. Electoris filius illuſtris, Pater Georgii & Heinrici, Ducum Saxoniæ, anno 1480. templum ſplendidiſſimum ædificavit, & die XIV. Auguſti à beata virgine, cui qvoqve dicatum eſt, nomen impoſuit. In illo videtur ſumma arte extructum ſacellum, in qvo Illuſtriſſimorum Electorum, Principum ac Ducum Saxoniæ monumenta continentur. Ibi Princeps Piiſſimus, Dominus HEINRICUS, Alberti filius, Dn.Mauritii & Dn Auguſti Electorum Pater, terræ mandari corpus ſuum mortuum voluit, propterea, qvod vivus uſu & habitatione illius urbis, præſertim verò civium conſvetudine ac familiaritate delectatus fuiſſet. Hi enim incredibili ſubmiſſæ venerationis ſtudio Dominum Heinricum Saxoniæ Ducem coluerunt, ut Principem Clementiſſimum, & charitatis maximæ affectione ſingulari dilexerunt ut parentem benigniſſimum. In ſacello illo ſeqventes perſonæ illuſtres reqvieſcunt, & in pace Domini ſvaviter dormiunt.

D. Heinrici clementia; & civium Fribergenſium ſubjectio promtiſſima.

Perſonæ illuſtres in ſacello Friburgenſi dormientes.

Prima illuſtris perſona eſt Illuſtriſſimus Princeps ac Dominus, Dn. HEINRICUS, Dux Saxoniæ, Landgrafius Thuringiæ, & Marggrafius Miſniæ, qvi Anno Domini 1541. die 18. Auguſti placidè in CHRISTO expiravit, hîc ſepultus reqvieſcat in pace.

I. Dux Sa-

II. Anno 1561. die 1 Junii, mortalis eſſe deſiit illuſtriſſima Principiſſa ac Domina, Dn. CATHARINA, Ducis Megapolitani filia, Ducis Saxoniæ, Landgravii Thuringiæ, Marchionis Miſniæ, Heinrici piæ & illuſtris Memoriæ Conjunx, ejus anima in Chriſti gremio lætatur; corpus autem ſub hoc lapide placidè qvieſcens, glo-

glorioſam cum omnibus Electis reſurrectionem expectat.

III. Anno 1546. die Lunæ poſt Judica, primogenitus Ducis Mauritii filius ALBERTUS obdormivit, cùm vixiſſet ſeptimanas 19. & dies duos.

IV. MAURITIUS Dux & Elector Saxoniæ, Heinrici filius, Alberti nepos, Friderici II. Elect. pronepos in hac celebri metallorum urbe naſcitur XII. Calend. Aprilis, matre Catharina Mechelburgica, Ducis Magni filia, Anno CHRISTI JESU M.D.XXI. Ipſius Sereniſſima Celſitudo Agnetem, Philippi Haſſiæ Landgravii filiam natu maximam, ex qva Albertum & Annam Duces Saxoniæ ſuſcepit, conjugem eligit anno ætatis ſuæ XX. CHRISTI verò M.D.XLI. Patri Heinrico, ad regna cœleſtia ex ærumnis humanis feliciter ſublato, MAURITIUS ſuccedit, magna expectatione virtutis, ſummâ omnium ordinum congratulatione, anno eodem.

Eccleſias & Academias conſervavit, auxitqve, tres eximios ludos inſtituit, Dreſdam Lipſiamqve ſplendidè munivit, arces novas extruxit, ornavit veteres, anno M. D. XLII. Cum Electore Agnato, ortâ de Wurcina oppido controverſiâ, ſpecimen induſtriæ ſingulare dedit, & conſilia pacis, ſvadente ſocero Landgravio, libenter admiſit, anno eodem.

In exercitu Romani Imperii ad Budam Ungaricam educto, non animus Ducis præſentior, non virtus militis ſpectatior fuit, qvàm D. MAURITII ſplendidè militantis, eodem anno. In qvod diſcrimen inciderit D. Mauritius in Ungaria, non eſt obſcurum. Sed cùm reſtarent alia ingentia opera, ad qvæ natus & aptus erat, cohercuit tunc ſcilicet & repreſſit divina attentio incitatam vim interitus, & iis rebus, ad qvas exeqvendas, adminiſtro & effectore D. Mauritio uſuram ſe eſſe decreviſſet, vitam, incolumitatemqve ejus conſervavit. Nam barbarorum armis petitus, & ex eqvo, qvem in ſubito tumultu fortè arripuerat, dejectus, unoqve fideliſſimo ſatellite erat ſtipatus: cujus cognomen erat Ribiſchius. Hic militem illum, qvi Mauritio jacenti ictum minabatur, occidit, & cæteros turcas, qvi hoſtili eundem animo perſeqvebantur, repulit,

xoniæ Heinricus.
II. Conjunx Domina Catharina.
III. Dux Albertus.
IV. Mauritius Dux Saxoniæ, natus 21. Martii 1521.
Tabulæ inſigne, & præcipua ipſius monumento affixa, hæ ſunt.
Portæ, Miſenæ & Grimæ tria eximia gymnaſia inſtituit.
Militat contra turcas.
Ex præſentiſſima & diſcrimine ingenti per divinam providentiā liberatur.

P 2 do-

Specimen fidelitatis inſigne ſervi erga Dominum.

donec ex ephippio confoſſi eqvi expeditus, Dux in caſtra reduceretur. Prius verò hic Ribiſchius Ducis Mauritii corpus, corpore ſuo texit, caputqve ejus defendit; & ob id ita eſt vulneratus, ut in caſtra relatus paulò pôſt moreretur. Dux verò Mauritius copiis ſuis advenientibus poſtea circumdatus, hoſtilis violentiæ conatus evaſit, & laudem eximiam, nomenqve barbaris formidabile eſt adeptus.

Imperatori Romano ut Duces ad imperium Romanum pertinentes opem ferant, convenit.

Carolo V. Imperatori contra Galliæ regem Franciſcum ad oppidum Veromanduorum Landreſium opem tulit, pro ſua ſuorumqve majorum erga Imperatores perpetuâ obſervantiâ, anno M.D.XLIII. Carolo iterum contra Galliæ regem auxilio veniunt ipſe & frater Dux AUGUSTUS cum eqvitatu lectiſſimo, & ad Victorinum hoſtes pari alacritate & impetu aggreſſi claram reportant victoriam, anno M.D XLIV.

Mauritius Dux terrore nominis ſui hoſtes fugavit.

Heinricum Ducem Brunſvicenſem, Socero & Agnato, imparatis arma ſubitò inferentem, ſuo adventu terruit, & actiones ita moderatus eſt, ut bellum jam ardens ſine cæde reſtingveretur, anno M.D.XLV. In Germania graviſſimo belli tumultu excitato, D. MAURITIUS, rebus dubiis, patriam & ſubditos ſuos reſpiciens, cùm Imperatori Carolo V. ſatisfeciſſet, vim & injurias à ſe ſuisqve undiqve propulſat, anno M.D.XLVI.

Ritu ſolenni S.R.I. Elector conſtituitur. Magdeburgū occupat.

Rebus pacatis Dux Mauritius Caroli V. Imp. benignitate, gentilitiâ dignitate auctus, Romani Imperii VIIvir & Enſifer, Princeps Elector ritu ſolenni declaratur Auguſtæ Vindelicorum, VI. Cal. Martii, anno M. D. XLVIII. Urbem munitiſſimam Magdeburgum, pactiones à Carolo V. oblatas recuſantem, publicę militiæ Dux factus, graviter obſidet, qvam menſe demum XV. conditionibus ſanè tolerabilibus in poteſtatem redegit, anno M. D. LII.

Socerum Haſſiæ Lādgravium captivum liberat.

Durante obſidione, ne qua in Germania novi tumultus occaſio relinqueretur, in agro Hadelenſi ad Verdenſem diœceſin pertinente, collectam militum manum incredibili virtute & celeritate diſſipat, anno M. D. LI. Ut fides ſocero ſervaretur, Elector Mauritius bellum neceſſarium movet, alpium Rheticarum fauces occupat, & Carolo Imperatore conditiones accipiente, Paſſaviæ

viæ pacem religioni, libertatem principibus, decus Germaniæ reſtituit, anno M D.LII.

Eodem anno ſtatim, rebus compoſitis, exercitu ſuo turcicas in Ungaria copias, nominis ſui terrore, intra præſidia continet, Inſulam Danubianam munit, cladis exitioſæ metum, genti penè oppreſſæ adimit. Cùm Alberto Brandenburgico, armis & incendiis in Patriam ſæviente, prope arcem Peinam, ad vicum Siffridhuſium congreſſus, in victoriæ curſu globo ferreo feritur, tertioque die pòſt diem ſuum obiit; V. Id. Julii, anno M. D. LIII. D. MAURITIO, fratri dilectiſſimo, bellis omnibus victori, Principi Magnanimo, cùm annos XXXII. menſes tres, dies XXI. horas X. gloriâ perpetuâ vixiſſet, AUGUSTUS DUX & ELECTOR Saxoniæ hoc monumentum poni curavit.

Turcicas copias in Hungaria, nominis ſui terrore, intra præſidia continet.

Obitus prematurus Electoris Mauritii.

Quinta Illuſtris Perſona fuit Ducis Saxoniæ Auguſti filius primogenitus, JOHANNES HEINRICUS, qui obdormivit in Domino, cùm vixiſſet Septimanas XXVII. dies V. anno D. 1550. die XII. Novembris Menſis.

VI. Ducis Auguſti primogenita filia LEONORA, expiravit, cùm vixiſſet unum & dimidium annum; anno Chriſti 1553. die 24. Aprilis Menſis.

VII. Anno 1557. diè 21. Nov. Ducis Auguſti quartus filius JOACHIMUS, ex hac miſeriarum valle deceſſit, cùm vixiſſet Septiman. XXVIII. dies VI.

VIII. Anno 1558. die 4. April. Dresdæ moriebatur Ducis Auguſti V. filius HECTOR, cùm vixiſſet annum I. ſeptim. XXV. dies V. requieſcat in pace.

Apoc. 14, 13. Et audivi vocem de cœlo dicentem mihi: Scribe, Beati mortui, qui in Domino moriuntur à modo.

IX. Anno 1558. die 6. Novembr. Ducis Auguſti III. filius, MAGNUS placidè ex hac vita diſceſſit anno ætatis ſuæ III. menſ. VI. die I.

X. Anno 1562. die 8. Martii, ducis Auguſti III. filia MARIA naſcitur, atque hinc iterum avocatur anno 1566. die 6. Januarii Menſis.

XI. Anno 1562. die 28 Januarii in lucem edita eſt DUCIS AUGUSTI filia AMALIA, atque rurſus ex hac mortali vita erepta eſt

Sap. 3. Juſtorum animæ ſunt in manu Dei, ut minimè attingat eos cruciatus.

F 3 ad

tus. v. 3. hi verò verſantur in pace. v. 4. horum ſpes immortalitatis plena eſt.

ad æternam eodem anno 1565. die 2. Julii Menſis.

XII. D. ALEXANDER D.D. Auguſti D. Saxon. S. R. Imp. VIIviri, & Annæ ex regia ſtirpe Danorum filius obedientiſsimus, & literarum ſtudiis præclariùs, ac per ætatem fieri poſſe crederetur, inſtitutus, alvi profluvio Dresdæ, idibus VIIIbris, Anno à nato CHRISTO M D.LXVI. piè mortuus,*cùm vixiſſet annos XII. menſ. 9. dies 15 Horas ſex

* *Rom. 14. v. 7. Nemo noſtrum ſibi ipſi vivit, & nullus ſibi ipſi moritur. Nam ſive vivimus, Domino vivimus: ſive morimur, Domino morimur. Sive igitur vivamus ſive moriamur, Domini ſumus.*

Pſal. 4 v. 9. In pace ſimul cubo & dormio; quia tu Domine conſtituiſti me ſolus, & in tuto habitare me feciſti.

XIII. Anno 1569. die 23. Octobris, AUGUSTUS junior, Ducis & Electoris Auguſti filius VII. Dresdæ natus, anno ſequenti 1570. die XII. Februarii expiravit, cùm vixiſſet ſeptimanas XVI.

XIV. Anno 1571. die 8. Julii Stulpenæ naſcitur Dux ADOLPHUS, & moritur Dresdæ die 12. Martii, anno 1571. ætatis 27. ſeptim. dier III.

XV. Domina SIDONIA Illuſtriſſ. Ducis Sax. Heinrici filia; Erici Ducis Brunſuicenſis conjunx, naſcitur Fribergæ 8. die Martii anno 1518. Chriſto animam ſuam commendans placidè obdormivit Leucopetrææ die 4 Jan. anno 1575. ætatis ſuæ anno 56, ſeptim. 43 die I.

XVI. Ducis Auguſti IX filius, DUX FRIDERICUS, natus Annæburgi, die 18. Junii, Anno 1575 ibid. quoque ex hac vita diſceſſit, die 24. Jan. anno 1576. vixit ſeptim 31. die III. H. 20.

XVII. Anno 1585. die I. Octobris, Veſperi poſt horam VII. Sereniſſima Principiſſa ac Domina, Domina ANNA, è ſtirpe Regia Danica, Electoris Saxoniæ D. D. Auguſti conjunx, Dresdæ in Chriſto Redemtore placidè hinc emigravit. DEUS eidem perpetuum gaudium & beatitudinem clementer largiatur, Amen. Sereniſsimis Parentibus progenita & omnibus matronalibus virtutibus præclariſsima Herois; adeoque totius ſexus religione in DEUM, fide in maritum, diligentia in liberis educandis, ſedulitate in curando, prudentiâ in adminiſtrando res domeſticas illuſtre de-

by Google

decus! Mater liberorum XV. Filiorum IX. Filiarum VI, quæ ut moriens viveret, vixit ut moritura; obiit regia ſoboles & tot plantis cœleſtibus fœcunda mater, anno 85. 1 Octob.

Joh. 5. v. 24. dicit Dominus Jeſus: Amen, amen dico vobis, qvi ſermonem meum audit, & credit ei, qvi miſit me, habet vitam æternam, & in condemnationem non venit, ſed tranſivit à morte in vitam. Er iſt ſchon durch den Tod hindurch gedrungen.

XVIII. Anno 1586. die 11. Febr. hora VI. veſpertina in Domino beatè obdormivit Illuſtriſſimus Princeps ac Dominus, Dominus AUGUSTUS, Dux Saxoniæ, Sacri Rom. Imper. Archimarſchallus & Elector. Landgrafius Thuringiæ, Marchio Miſniæ, Burggrafius Magdeburgenſis; verè fuit AUGUSTUS, pius, fortis, Pacificus, felix & ſapiens Princeps. urbes munivit, ditionem ædificiis magnificis ornavit; Academias cenſu locupletavit: Sacerdotum vel miniſtrorum Eccleſiæ pupillis & viduis, ne egeant, proſpexit: Patriæ judiciis & legibus correctis optimè conſuluit; & quod primo loco ponendum, ut contentiones de doctrina cœleſti ad piam CONCORDIAM reducerentur, nulli curæ, operæ & ſumtui pepercit.

Gen. 49. v. 18. Domine, expecto ſalutare tuum: liſchuatecha.

Luc. 2. v. 30. Viderunt oculi mei τὸ σωτήριόν σου, Salutare tuum.

In Imperio, conſilio & autoritate maximus; Imperatoribus quatuor ob fidem & virtutem charus. Cùm Senatus Conſ. Imperii, patriâ laborante, juſſus eſſet dare operam, ne quid detrimenti caperet. motus factioſos compreſſit; Germaniam pacavit rebus geſtis ampliſſimus, placidiſſimè in Chriſto expiravit.

Decima nona illuſtris Perſona, Fribergæ in ſacello principali Ducum & Electorum Saxoniæ ſepulta, eſt Sereniſſimus Princeps ac Dominus, Dominus CHRISTIANUS, Dux SAXONIÆ, S. R. I. Archimarſchallus & Elector, Landgrafius Thuringiæ, Marchio Miſniæ, & Burggrafius Magdeburgenſis, *magni animi & maximi ingenii Princeps; nihil humile, nihil abjectum cogitans; caſtus, ingenuus, verecundus in vita & moribus, ſplendidæ elegantiæ* & artificioſi ordinis ſtudioſus: veritatis amans, ſuperbiæ oſor, & mendaciorum hoſtis acerrimus: patiens laboris, induſtrius, ad omnia impiger; alter quaſi Cato, & rigidi ſervator honeſti, in dictione juris,

quam

Digitized by Google

quam omnium ordinum hominibus æquabilem eſſe voluit. Hunc in ipſo ætatis flore ex oculis hominum, non ex memoria, mors eripuit, †heu immatura, quæ tantam ſpem S.R.I. invidit & intercepit: æterna cum DEO felicitate frui cœpit anno Chriſti 1591. die XXV. menſis Septembris.

Pſal.116.v.7. Revertere anima mea in requiem tuam, quoniam Dominus benefecit tibi. Quia eripuiſti animam meam de morte, oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapſu; Ambulo in conſpectu Domini, in regione viventium.

Pſ.142.v.6. Clamavi ad te, Domine, & dixi, tu es ſpes mea; machſi à chaſa; *portio mea in terra viventium.* chelqui beerez hachaijim.

Vigeſima illuſtris Perſona eſt Illuſtriſſimi Principis ac Dn. D. CHRISTIANI, Ducis & Electoris Saxoniæ primogenita filiola, ANNA SABINA, nata Dresdæ Anno 1586. die 25. Januarii, mane, hora V. ibidem in Domino expirat anno eodem, die 24. Martii, manè poſt horam 6. cui Dominus Jeſus lætam reſurrectionem in die ultimo tribuat.

XXI. Illuſtriſſimi Principis ac Domini, Domini CHRISTIANI, Ducis & Electoris Saxoniæ tertia filiola ELISABETHA naſcitur anno 1588. die XXI. Julii; à DEO viciſſim avocatur anni ſequentis die IV. Martii, cujus animam & corpus DEUS in noviſſimo die rurſus conjunctum, in perpetuum cœleſte gaudium introducet.

XXII. Sereniſſimus Princeps ac Dominus, Dominus CHRISTIANUS II, Saxoniæ Juliæ, Cliviæ & Montium Dux, Sacri Romani Imperii Archimarſchallus & Elector, natus in urbe Dresda, IX. Calend. Octobr. hora IV. matut; anno 1583. profecturus ad conventum Electorum Imperii, Mulhuſii indictum cùm bene jam in procinctu eſſet, morte repentina, ſed placidiſſimâ conſopitus, ad ſempiternum illud Electorum concilium, cui ipſe DEI Filius præſidet, proficiſcitur die XXIII. Menſ. Junii hora X. poſt merid. Corpus exanime, chriſtiano ac ſolenni ritu Mauſoleo Gentilitio Ducum & Electorum Saxoniæ inferebatur Fribergæ die 6. m. Auguſt. Anno 1611.

Pſal.16.v.5. Dominus pars hæreditatis meæ, is eſt portio mea; Tu es, Domine, qui ſuſtentas hæreditatem meam; Sortes ceciderunt mihi in præclaris; etiam poſſeſſio eſt mihi elegantiſſima, quæ obtigit mi-

XXIII.

XXIII. Illuſtriſſimi Principis ac Domini, Domini JOHANNIS GEORGII, Ducis Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ & Montium, filius Primogenitus in partu mortuus 18. Julii anno 1608. noctu, hora XII. eidem Mauſoleo inferebatur 25. Julii, eodem anno.

Sap 4. v. 13. Sanctificatus brevi implevit longa tempora: grata enim erat Domino anima ipſius

XXIV. CHRISTIANUS ALBERTUS, Dux Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ & Montium, Illuſtriſſimi Dn. Electoris Dn. Johannis Georgii filius, anno 1612. natus, eodem anno ex hac vita ad CHRISTUM commigrat 19. die menſis Auguſti, nec non in κοιμητηρίῳ Principali Fribergenſi ſepulturâ optimâ honeſtatus eſt.

XXV. Sereniſſimi Principis ac Domini, Domini JOHANNIS GEORGII, Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ & Montium Ducis, Sacri Romani Imperii Archimarſchalli & Electoris filius HEINRICUS, natus anno 1622. 27. Junii, denatus 15. Auguſti ejusdem anni, in Electorum, Principum ac Ducum Saxoniæ ſacello Fribergæ qvoqve terræ mandatur.

XXVI. Vitam hanc temporalem cum æterna Sereniſſima & Piiſſima *Principiſſa ac Domina, Domina SOPHIA*, Saxoniæ Duciſſa & Electoriſſa vidua; die 7. Menſ. Dec. anno 1622. Dreſdæ commutavit, & in Chriſto placidè obdormivit; nec non 28. die, menſ. Jan. Fribergæ anno 1623. Mauſoleo eidem illata eſt. Solenni ritu exeqviæ 15. Dec. in templo arcis, 26. Jan. in templo Crucis Dreſdæ, nec non Fribergæ 28. Jan. celebrabantur mandato & voluntate Sereniſſimi D. Electoris, Dn. JOHANNIS GEORGII, cujus Sereniſſima Celſitudo filialem ſuum amorem & honorem erga Dn. Matrem deſideratiſſimam etiam poſt obitum ſatis ſuperqve demonſtravit eo ipſo, qvòd exeqviis honorificentisſimis Dn. Matrem proſecuta eſt. Ad qvas ſolemni ritu celebrandas præter cæteros etiam invitavit Sereniſſimum Dn. Electorem Brandenburgicum, Dn. GEORGIUM WILHELMUM, nec non Illuſtriſſimum Marchionem Brandenburgicum, Dn. CHRISTIANUM. Sereniſſimam Matrem Viduam, τὴν ἐν εὐλογίαις, concione & laudatione funebri honeſtavit perqvam Rev. Nob. Magnificus & Ampliſſimus vir, Dn. Matthias Hoë ab Hoënegg, S. Theol. Doctor, nec non concionator aulicus Electoralis primarius, ex cap. 3. lib. Sap. Juſtorum a-

1. Theſſ. 5. 9. Non conſtituit nos Deus, ad iram, ſed ut ſalutem conſeqvamur per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qvi mortuus eſt pro nobis, ut ſive vigilemus, ſive dormiamus ſimul cum illo vivamus.

Q nimæ

nimæ in manu Dei ſunt. Mortuos verò fletu acerbo deplorare Chriſtianos decet: Sic enim Siracides: Fili, inqvit cap.38. v. 16. effunde lacrymas ſuper mortuo, luctumqve, ut acerba paſſus, exordire; juxta morem funebrem corpus ejus contege, nec ſepulturam neglige. Acerbam ede lamentationem, planctumqve accende, & luctu, qvo dignus eſt, eum proſeqvere. Pari ratione Abraham, pater omnium credentium Saram uxorem planxit & flevit, Gen. 23. v 2: Sic univerſus Iſraël & omnis multitudo, videns, Aaronem occubuiſſe, flevit ſuper eo triginta diebus, per cunctas familias ſuas, Num.20.v.30. Sic Moſes, centum & viginti annorum, mortuus eſt; non caligavit oculus ejus, non fugit maxilla ejus, Deut. 34. v.8. fleveruntqve eum filii Iſraël in campeſtribus Moab 30.diebus. Sic David planxit planctum magnum ſuper Saul & Jonathan filium ejus, & præcepit, ut filios Juda planctum docerent, 2.Sam.1 v. 17. Simili modò David publicum luctum in funere Abner inſtituit. Dixit enim David ad Joab & ad omnem populum, qvi erat cum eo: Scindite veſtimenta veſtra, & accingimini ſaccis, & plangite ante Abner: Rex autem feretrum ſeqvebatur, 2.Sam.3.v.31. Cumqve ſepeliſſent Abner in Hebron, levavit Rex David vocem ſuam, & flevit ſuper tumulum Abner, flevit autem & omnis populus. Plangensqve Rex & lugens Abner, ait, neqvaqvam, ut ignavi mori ſolent, mortuus eſt Abner. Manus tuæ ligatæ non ſunt, & pedes tui non ſunt compedibus aggravati; ſed ſicut ſolent cadere coram filiis iniqvitatis, ſic corruiſti: congeminansqve omnis populus, flevit ſuper eum. Juravitqve David; hæc faciat mihi Dominus & hæc addat, ſi ante occaſum Solis guſtavero panem vel aliud qvicqvam, ibid.v.35. Dixit qvoqve rex ad ſervos ſuos: num ignoratis, qvoniam Princeps & maximus hodiè in Iſraël cecidit. Sic etiam in Novo Teſtamento Salvator noſter CHRISTUS JESUS mortuo amico ipſius deſideratiſſimo Lazaro circa ſepulturam ejus lacrymas acerbas effudit, Joh.11.v.33.

Regia laudatio funebris in ſepultura Abner dicta à Rege Davide.

Theſis trãsfertur ad hypotheſin.

Pari ratione in funere Sereniſſimæ Matris, Dn. SOPHIÆ, in omnibus civitatibus & pagis, ubi templa habebantur, ad mandatum Illuſtriſſimi Dn. Electoris luctum publicum omnes ſubditi in hoc.

hoc Electoratu inclyto inſtituerunt, concionibus & laudationibus funebribus à miniſtris Eccleſiæ habitis; ſed etiam ὁλοψύχως ultrò fleverunt acerbè, poſtqvam piisſimę matris mortem cognoverant. Præcipuè verò in ipſa funeris Electoralis deductione vidiſſes Dresdæ & Fribergæ ſupremos & infimos, maximos & minimos, viros & mulieres, juvenes & ſeniores certatim miſerabiles & copioſas lacrymas effundere. *Nec potuit lacrymas continere, ſed voluit easdem aſſiduas reddere in eadem funeris deductione Sereniſſimus & Potentiſſimus Princeps ac Dn. Dn.* JOHANNES GEORGIUS, Elector noſter multis modis colendus. *Morem hac in parte geſſit dicto Spiritus Sancti*, per ſapientem virum Siracidem emiſſo; nec non ſecutus eſt exemplum piorum in Vet. & N. Teſtamento. Et qvia ipſius Serenisſima Excelſitas ingenio divino & præſtantisſima naturâ eſt prædita, ideoqve eandem non tantùm, *ſed filialem qvoq; amorem & honorem erga Dn. Matrem lacrymis eſt conteſtata.** Aſpexerunt ſubditi Dresdæ & Fribergæ cum admiratione & imitatione chriſtiana, qvòd *Sereniſſima ipſius Excelſitas inter eundum lacrymas qvoqve cum ſingultibus profuderit. Sic reipſa experti ſunt ſubditi*, qvòd *ſupremus eorum Magiſtratus pietatem & obedientiam erga Deum & ſuum præceptum publicè*, etiam poſt obitum Dn. Matris conſervarit & luculenter conteſtatus ſit. *Et faciles motus mens generoſa capit.*

* *Ecleſ. 7. v. 27. Ex toto corde gloriâ affice patrem tuum, & matris dolores ne obliviſcaris. Memento te per illos fuiſſe genitum, qvid enim redditurus es eis, qvemadmodum illi fecerunt tibi.*

Miſerabile erat videre acerbiſſimum Dn. Electoris Filij ſuper obitu Dn. Matris planctum & luctum; nec minus miſerandum erat aſpicere, qvàm ex intimis cordis penetralibus tota regio & in tanta pompa omnes proceres & omnes ſubditi mortem Principiſſæ & Electoriſſæ Dn. Matris deplorarent. Habébant nimirum hac in re Ducem & Electorem ipſum plorantem, †cujus veſtigia qvoqve commemorabili imitatione premebant. Hac itaqve ratione Sereniſſimæ Dn. Matris mors non minus fuit ab omnibus deplorata, qvàm ejusdem vita fuerat ab omnibus, ſummis pariter & imis exoptata.

† *Hezra cap. 1. v. 32. Et in totâ Judeâ populares luxerunt Joſchijam, & lamentatus eſt Jirmeia Propheta de Joſia; magiſtriq; Symphoniæ cum mulieribus lamentati ſunt de eo.*

Aliud θαυμάσιον honoris & amoris Sereniſſimi Dn. Electoris erga Dn. Matrem poſt obitum.

Lux illa veræ fidei in Sereniſsimi Dn. Electoris pectore latens, qvam ipſius Sereniſsima Excelſitas honorificentisſimâ Dn. Matris ſepulturâ lûcere fecit, uberius ſeſe exeruit eo ipſo, qvòd bonitatis & benignitatis ſuæ radios in Sereniſsimæ Dn. Matris Conſiliarios, aulicos & miniſtros omnes reflexerit. Hoc modo & medio Dn. MATREM etiam poſt placidisſimum obitum in his univerſis & ſingulis cohoneſtavit & honoravit, dum horum neminem à ſe dimiſit triſtem. Qvosdam enim aliis muneribus præfecit, hunc voluit eſſe Capitaneum hujus vel illius præfecturæ, hunc Conſiliarium. Huic ſtipendium annuum usqve ad dies vitæ conſtituit: illum præmiis eximiis ornavit, huic alimenta neceſſaria ad dies vitæ ordinavit, illum in ſua aula ſimili officio fungi fecit. Hæc certè talia ac tanta ſunt, ut non immeritò in Admirandorum Saxonicorum numerum referantur. Adeſte igitur omnes liberi, & diſcite,* qvòd etiam veſtri ſit officii, ut meliori vos judicio ſemper ſubmittatis, nihil veſtro conſilio, temerè & arroganter, ſed Dei auxilio ſapienter geratis, ut obedientiam tanqvam pulcerrimam morum reginam, ſine qva nihil egregium præſtare qvis poteſt, ſeriò amplectamini, deniqve parentes veſtros non tantùm omnibus vitæ diebus, ſed etiam poſt obitum perpetim cenſeatis eſſe colendos & amandos, honorandos, venerandos.

**Baruci 3 v. 14. Diſce, ubi ſit prudentia, ubi ſit robur, ubi ſit intelligentia, ut cognoſcas pariter, ubi ſit longævitas ac vita, ubi ſit lumen oculorum & pax.*

CA-

Digitized by Google

CAPUT DECIMUM.

De

Inſigni gaudio & lætitia incredibili, qvam DEO Ter. Opt. Max. clementer favente, Sereniſſimus & Potentiſſimus Princeps ac Dominus, Dominus JOHANNES GEORGIUS, Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ & Montium Dux, Sacri Romani Imperii Archimarſchallus & Elector &c. unà cum conjuge Illuſtriſſima, Sereniſſima & Chriſtianiſſima Principiſſa ac Domina, Domina MAGDALENA SIBYLLA, Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ & Montium Duciſſa, Electoriſſa &c. Principiſsâ & Dominâ noſtrâ clementiſſimâ, ex honoribus, dignitatibus publicis & conjugio liberorum Illuſtriſſimorum ſummâ omnium ordinum & ſubditorum gratulatione percepit!

VNiverſa hominis Chriſtiani vita eſt *γλυκύπικρον*, ſive amarum dulce. Nam ſunt bona mixta malis, ſunt mala mixta bonis. Omnium rerum viciſ- *Ratio ordinis.* ſitudo eſt. Perpendimus hactenus & acerbum & amarum, qvod in obitu & funere Sereniſſimæ Dominæ Matris *τῆς νῦν ἐν εὐλογίαις*, Illuſtriſſimo noſtro Electori clementiſſimo accidit. Jam nube pulſa dies, Deo favente & fortunante, ire ſolent candidiores.

Novem res in corde meo magnificio, inqvit Siracides cap. 25. v. 9. & decimam lingvâ meâ magnificabo; qvorum primum hoc eſt; Homo, qvi jucundatur in filiis ſuis, vivens & videns inimicorum ſuorum ſubmerſionem. Sic Regius Propheta David Pſ. 127. beatos prædicat parentes, qvi pharetram ſuam liberis morigeris impleverunt. Verba Davidica ſic ſe habent: Ecce, hæreditas Domini ſunt filii, donum eſt fructus ventris. Sicut ſagittæ in manu potentis, ita filii adoleſcentes. Beatus vir, qvi implevit pharetram ſuam ex ipſis; non confundentur, cùm loqvuntur cum inimicis ſuis in porta. Liberos comparat ſagittis, qvibus heros ali- *Simile de* qvis vel miles in bello ſe tuetur, & hoſtes profligat. Sicut enim ille *ſagittis.*

προστάτης. ἀπόδοσις.

jaculis utitur ad hoſtium vim repellendam, vitamqve ſuam defendendam; Ita filii bonæ indolis ſubſidio ſunt parentibus, qvando cum adverſariis eſt dimicandum in porta, in curia, coram judicibus.

Ethnicorum res geſtas ſi evolvimus, præclara ſeſe offerunt ſæpenumerò exempla liberorum, qvorum causâ parentes ſummâ ſunt affecti lætitiâ.

Cicero lib. 1. de naturâ deorum. Gellius lib. 3. cap. 15.

Diagoras Rhodius in ludis Græciæ olympicis non tantùm certaminum, in quibus tres filii ipſius palmam aliis præripuerunt, trabeiumque reportarunt, ſed etiam honorum, quibus filii condecorati, dum coronis triumphalibus fuerunt exornati, ſpectator extitit. Honorum qnoque partem magnam populus ipſi Patri obtulit. Pars enim publicis laudum preconiis ipſum extulerunt, quòd ejusmodi præſtantes & ſummis encomiis dignos filios educaverit; pars verò ipſum violis adſperſerunt, & floribus ipſum cohoneſtarunt.

Valerius Maximus lib. 7. cap. 1.

Nativitas.

Animi & corporis dotes.

Honores.

Dignitates liberorum.

Volubilis quoque fortuna ſummis beneficiorum gradibus Qn. Metellum Romanum à primo originis die, ad ultimum uſque fati tempus, ad ſummum beatæ vitæ temporalis cumulum perduxit. Natus eſt enim Qn. Metellus in urbe terrarum principe; parentes habuit nobilisſimos; animi dotibus, aliàs rarisſimis, nec non corporis viribus, ut laboribus ſufficeret, fuit prædicus; uxorem pudicitiâ & fœcunditate conſpicuam fuit nactus; Conſulatus decus, imperatoriam poteſtatem, ſpecioſiſſimi triumphi prætextam eſt ſortitus. Eodem tempore tres filios conſulares, unum etiam cenſorium, duos triumphales, & quartum prætorium vidit; tres filias nuptui dedit viris cordatis, earumque ſobolem ſinu ſuo excepit; omnia fortunata, omnia admiranda; tot partus, tot incunabula, tot viriles togæ, tot multæ nuptiales faces; honorum imperiorum, omnis denique gratulationis ſumma abundantia; cùm integrum ipſo vivente, in ſua familia, nullum funus, nullus gemitus, nulla triſtitiæ cauſa! cœlum contemplare, vix tamen ibi ſtatum talem reperies; quoniam quidem luctus & dolores deorum quoque pectoribus à maximis vatibus aſſignari videmus:

Ipſe Valerius Maximus hunc vitæ ſtatum admiratur, & loqvitur ut ethnicus.

hunc

hunc autem vitæ actum ſimilis vitæ finis excipit. Nam Qu. Metellum ultimæ ſenectutis ſpacio defunctum, leniqúe mortis genere inter oſcula & complexus chariſſimorum pignorum extinctum, filii & generi humeris ſuis per urbem latum, rogo impoſuerunt. Verùm hæc omnia ſunt temporalia, fluxa, caduca & momentanea.

A minori ad majus.

Summis potiùs beneficiorum gradibus DEUS TER OPT. MAX. Sereniſſimum Dn. Electorem noſtrum ad ſummum vitæ temporalis & æternæ cumulum perduxit. Cum Alphonſo rege gaudet, quòd Chriſto nomen in SS. Baptiſmo dederit, quòd à Chriſto nomen acceperit, quòd verum Deum, & quem miſit, Jeſum Chriſtum ex verbo ejus agnoverit, quòd in Chriſti meritum firmiter credens, gratiam Dei, juſtitiam Chriſti meritoriam, remiſſionem peccatorum, Spiritus S. inhabitationem, υἱοθεσίαν, & vitæ æternæ hæreditatem acceperit; quòd ipſius nomen ſcriptum ſit in cœlo & in viventium libro; præſertim verò, quòd imperium & gubernatio ipſius Dei robore & potentiâ ſis ſuffulta, Dei protectione tuta, Deique auxilio munita. Præterea conjugium ipſius Sereniſſimæ Excelſitatis per Dei gratiam Septem Electoralis Rutæ Saxonicæ ramis & ſurculis viventibus, qui non tantùm vera & viva regni Chriſti gratioſi ſunt membra, ſed etiam vitæ æternæ plantæ, aliquando in æternum viventes, exornatum eſſe, in ſummo verſatur gaudio.

Exaltatio beatitudinis Sereniſſimi D. Electoris ſuper felicitatem gentium.

Beneficia divina ſpiritualia.

Beneficia divina corporalia.

Ut verò ſcopum hujus capitis altiùs conſideremus, ſequentia membra accuratè ponderanda veniunt.

Aliquot exultationes & bilaritates, gaudio ſummo plena recenſentur.

Prima exultatio & hilaritas, qua Deus ſummè miſericors Sereniſſimum Dominum Electorem, ut & conjugem ipſius Illuſtriſſimam exornat, *eſt obedientia Illuſtriſſimorum liberorum, quam præſtiterunt, & adhuc præſtant*. Eorum enim inſtitutioni & educationi Deus ita benedixit, ut Sereniſſimi Domini Parentes, Spiritus ſancti promiſſiones in liberis generoſiſſimis reipſa experti ſint, quales ſunt; Benedictio ſit (Tob. 7. v. 7.) tibi, fili mi, quia boni & optimi viri filius es. Fili mi, lumen es (Tob. 10 v. 7.) oculorum noſtrorum, baculus ſenectutis noſtræ, ſolatium vitæ noſtræ, ſpes poſte-

I. Benedictio educationis & inſtitutionis Illuſtriſſimorum liberorum.

Digitized by Google

ſteritatis noſtræ. Corona (Prov. 17. v. 6.) ſenum filii filiorum. Filius ſapiens (Prov 10. v 7) Patrem lætificat. Pater juſti exultat gaudio, quia ſapientiam genuit, lætabitur in eo. Gaudeat Pater tuus & Mater tua, & exultet, qui genuit te. Vos divini fructus & filii ſancti auſcultate (Sir. 39. v. 17.) mihi, & creſcite tanquam roſæ, ad rivulos aquarum plantatæ; emittite ſuavem† odorem thuris, florete tanquam lilia, & fragrantem date odorem, cantate cum induſtria, & celebrate Dominum in omnibus operibus ſuis. Laudate nomen ejus magnificè (ſuisque eum laudibus prædicate.) agite illi gratias. Porrò in laudatione veſtra ita dicetis; Omnia Domini opera præclara ſunt, ſingulaque ejus mandata ſuo fient tempore.

† *Xantes Pagninus ita vertit: Audite me filii ſancti; & quaſi roſa juxta rivum aquarum plantata pullulate. Odore in modum thuris flagrate, & florem ut lilium mittite, ſpirate odorem, &c. Tribuite ipſius nomini magnificentiam &c.*

DEO τρισυποστάτῳ καὶ τρισμεγίστῳ ſit laus honor & gloria pro conſervatione Illuſtrisſimorum liberorum; is porrò ſit eorum protector omnipotens, & exaltet eos miris modis hîc & in æternum.

II. Dn. Auguſti in Archiepiſcopũ Magdeburgenſem electio.

Secunda delectatio & jucunditas, quâ Deus in promiſſionibus verax Sereniſſimos Dn. Dn. Parentes exhilaravit & conſolatus eſt, *Illuſtrisſimi Filii Principis ac Domini AUGUSTI in Archiepiſcopum Magdeburgenſem & Primatem Germaniæ eſt electio*: quæ vera & juſta fuit, non minus extorta, non fraude exorta, nec promiſſis acquiſita, non mandatis exquiſita, ſed libera & ſuffragiis conſentientibus ultrò oblata. Illa quamvis Pontifici Romano diſplicuerit, nihil refert. Germania per Dei gratiam à Pontificis Romani bruto fulmine & ipſius tyrannide, ſalutiferâ Evangelii prædicatione eſt liberata; nullam quoque iſtius jurisdictionem in feuda germanica, etiam Eccleſiaſtica agnoſcit. Quin potius in libertate, in quam Chriſtus Jeſus ipſam conſtituit, hujus quoque auxilio & protectione ſtabit, nec ſe rurſus jugo pontificio ſubjugari patietur. Und was GOtt der HErr Ihrer Fürſtlichen Durchlauch-

Pontifex Romanus nullam habet juriſdictionem in feuda Germaniæ.

Digitized by Google

lauchtigkeit gönnet und gibt/das wird deroſelben S. Petrus nicht nehmen. Ipſius Illuſtrisſima Celſitudo in Deum firmiter confidit, ideoque hoc ipſo ſcito Dn. HEINRICI abavi Chriſtianisſimo nixa, ſalutarem & exoptatum eventum ξὺν θεῷ experietur.

Tertia delectatio & jucunditas, qua Deus in promisſionibus verax Serenisſimos Dn. Dn. Parentes conſolatus eſt, & exhilaravit, *eſt matrimonium Illuſtrisſimi Principis, filii natu maximi, Domini JOHANNIS GEORGII*, Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ & Montium Ducis, *Electura Saxonicæ ſucceſſoris*, quod præmiſſis precibus cœlum penetrantibus, conſultationibus hac de cauſa inſtitutis maximè ſaluberrimis, nec non conſentientibus Serenisſimis & Illuſtrisſimis Dn. Dn. Dn. Parentibus, ipſius Illuſtrisſima Excelſitas contraxit cum Illuſtrisſima Principiſſa ac Domina, Domina MAGDALENA SIBYLLA, Marchione Brandenburgenſi, Pruſſiæ, Stetini, Pomeraniæ &c. Duciſſa, Illuſtrisſimi & Celſisſimi Principis ac Domini Domini CHRISTIANI, Marchionis Brandenburgenſis, ut & conjugis ſuæ illuſtrisſimæ, Dominę MARIÆ, Marchioniſſę Brandenburgenſis &c filiâ præcellentisſimâ. *III. Illuſtrisſimi Principis Dn. JOHANNIS GEORGII conjugium, Anno 1638. 11. Nob. conſummatum*

Ethnicorum ſapientum ceremonias in nuptiis liberorum uſitatas ſi perpendimus, conſtat, ipſos conjugium in numero & precio collocâſſe. Quamvis enim idolomania ipſorum ſit deteſtabilis, ritus tamen ethnicorum in conjugio ab ipſis contrahendo adhibiti non ſunt prorſus contemnendi. Initio enim ſponſa à patre ſuo vel, ipſo defuncto, à proximis agnatis in templum ducebatur, ut ſignificarent, non fuiſſe in poteſtate liberorum poſitum, ut abſque parentum & conſanguineorum conſenſu ſeſe ipſos deſponſarent, ſed hoc in parentum conſenſu & voluntate conſiſtere, ut pater, vel mater, vel conſanguinei filiabus, ut & filiis de idoneo matrimonio proſpicerent. Deinde, ſponſa, cùm in templum ritu hoc duceretur, aquâ purâ adſpergebatur, ut adoleſcentes & virgines caſtitatis & pudicitiæ probè conſervandæ admonerentur. Faces etiam illis præferebantur, ut hic ritus de ardenti & conſtanti dilectione conjugali νεογάμων eſſet adhortatio. Et quemadmodum faces parietibus admotæ lumine creſcerent; ſic etiam con- *De ceremoniis ethnicorum & ritibus in nuptiis. 1. Sponſa in templum deductio. 2. Aqua pura adſperſio. 3. Faces præferebantur*

conjuges in calamitatum commotione eſſent de augmento amoris conjugalis commonefaciendi, ut quò major crux, eò major lux amoris conſtantis in ipſorum conjugio deberet lucere. Poſt templorum frequentationem, ethnici apud altare coram deaſtris procidebant, & eos adorabant, ut felicitas & proſperitas conjugii eorum ſit diuturna. Junoni pronubæ quoque pecus quoddam immolabant, in gratitudinem promoti conjugii. Ex hoſtia pecudum fel radicitus evellebant, ut ſignificarent, quòd in conjugio abeſſe deberet omnis contentio, & è diverſo adeſſe deberet ſincera dilectio; ut conjugium ſine felle, & non ſine melle flueret. Invocabant etiam Jugatium deaſtrum, à jungendo ita dictum, ut quemadmodum ſponſus & ſponſa dextras conjungebant, in promittenda matrimonii fide, ſic deaſter iſte animos quoque feliciter & firmiter uniret. Ad Maturnam deaſtram etiam preces ſuas dirigebant, hoc fine, ut diuturnam vitam & longævitatem novis conjugibus donaret. Idololatria ethnica iſta quidem remis veliſque nobis fugienda; honorabile tamen apud ethnicos fuiſſe conjugium, hinc patet; ſignificantes, abſque veri Dei auxilio nihil ſalutare inchoari & perfici. Ideoque nos Chriſtiani multò rectius facimus, quòd Deus verus & vivus à nobis in auxilium vocetur, ut novis conjugibus benedictione ſua divina clementer adſit, & Spiritu ſuo Sancto eorum corda conjungat, quò in vita & morte, in cruce & calamitatibus firmâ & mutuâ dilectione ſibi invicem adhæreant, & in Dei laudem & gloriam, Matrimonium ſuum ad finem exoptatum perducant, quò etiam in altera vita per fidem in Chriſtum unanimiter in ſumma & æternâ lætitiâ vivant.

4. Hi ritus ethnicorum non laudandi.

5. Fellis abſentia.

Jugatius & Maturna nominū monſtra.

Ἐπιμφισις

Correctio ſententiæ ethnicorum

Multò rectius preces etiam publicæ in nuptiis his principalibus Illuſtriſſimi Ducis Saxoniæ Domini JOHANNIS GEORGII, & Illuſtriſſimæ Marchioniſſæ Dn. Magdalenæ Sibyllæ fuerunt adhibitæ: quas etiam Deus multùm miſericors clementer exaudivit. Præter Illuſtriſſimas enim filias ex hoc conjugio principali natas, filium quoque generoſiſſimum Illuſtriſſimum Principem ac Dominum, Dn. JOHANNEM GEORGIUM Deus omnipotens tam Domino Avo & Dn. Aviæ Sereniſſimis ut & Dn. Dn. parentibus illuſtriſſimis

Chriſtianorum preces cœlum penetrantes.

Et earundē effectus exoptatiſſimus.

ſimis donavit, & hac ratione ipſorum Excelſitates gaudio inſigni affecit; & ut Deus in promiſſionibus verax, poſthac illis ipſis ulterius & uberius, omnibus proſperitatum generibus benedicat, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ardentibus votis cordialibus precamur.

IV. Illuſtriſſimarum filiarum in exoptatiſſima conjugia collocatio.

Maximam conciliat amicitiam religionis cõformitas.

Quarta delectatio, lætitia & jucunditas, qua Deus in promiſſionibus verax Sereniſſimos Dominos Parentes exhilaravit & conſolatus eſt, *Chriſtiana & divina Illuſtriſſimarum filiarum in laudabilia & exoptatiſſima conjugia eſt collocatio;* qua ipſa Sereniſſimis Dn. Dn. Parentibus nihil optabilius, nihil divinius, præſtantius nihil accidere unquam potuiſſet. Religionis enim conformitas maximam in conjugibus conciliat amicitiam. Dei itaque in æternum benedicti & glorioſi nutu & conceſſione Sereniſſimi & Potentiſſimi Principis ac Domini, Domini JOHANNIS GEORGII, Saxoniæ Electoris Illuſtriſſimam filiam natu maximam, Dominam SOPHIAM ELEONORAM *Illuſtriſſimus Princeps ac Dominus, Dn. GEORGIUS Haſſiæ Landgravius Anno 1627.* 1. die Aprilis in uxorem duxit. Optavimus, ut quæ inter Lutheranos Principales & nobiliſſimæ ſunt familiæ, etiam poſthac propiùs & arctiùs conjungerentur! exoptata per Dei gratiam tenemus. Speravimus, juncturos aliquando dextras Principes illos, quorum in tutela & protectione reſpiraret Eccleſia. Sperata per Dei gratiam videmus. Nam Sereniſſimi Domini Electoris noſtri Illuſtriſſimam filiam alteram, Dominam MARIAM ELISABETHAM, Illuſtriſſimus Princeps ac Dominus, Dominus FRIDERICUS, Holſatiæ & Sleswici Princeps per Dei benignitatem & bonitatem, legitimo matrimonio copulatam Anno 1630. menſe Februario accepit. Quid in rebus Eccleſiaſticis & humanis ad religionem ſtabiliendam contingere potuiſſet exoptatius, quàm ut domus Saxonica & Holſatica coaleſcerent? Quid certius ad animorum conjunctionem, quàm ut duo Chriſtianiſſimi Principes, Elector Saxoniæ & Princeps Holſatiæ, animos & dextras conjungerent. Certiſſimum eſt, hanc præcipuam eſſe neceſſitudinem, familiarumque illuſtriſſimarum decus & laudem, quòd tantarum nuptiarum & ſolemnitatum fœ-

Pſal. 47. v. 10. Dei ſunt ſcuta terræ, qui valde exaltatus eſt.

Ad imitationem.

Pſal. 133. Ecce, quàm bonum & quàm jucundũ habitare Parentes filios & affines illuſtres in unum.

Digitized by Google

dere Domus Electoralis Saxonica, Haſſiaca & Holſatica coaluerint. Deus ex Sion (Pſal.128.v.6.) benedicat his conjugibus Principalibus, ut videant filios filiorum, pacemque ſuper Iſräel.

Admirandum quoddam ἀξιομνημόνευτον.

Quin imò Deus omnipotens iisdem benedixit, quod evidenti quodam τεκμηρίῳ ſol & cœlum ipſum demonſtrauerunt. Quidam enim ſubditorum diligentisſimè & ſcientisſimè obſervarunt; Durantibus his ſecundis nuptiis Anno 1630. 24. die menſis Februarii, ibi ſequenti nocte ingens tempeſtas erat exorta; venti horrendum in modum tumultuabantur, imbresque totam ferè noctem cum impetu decidebant; ecce, exortâ die, cùm ſpectaculorum inſtituendorum & habendorum tempus adeſſet, nubes denſæ receſſerunt, Solque per totum diem ſplendebat.

σύγκρισις de inſtitutis ſpectaculis Augusti Imperatoris.

Auguſtum Imperatorem Romæ aliquando ſpectacula inſtituiſſe, quæ dies aliquot durabant, literarum monumentis conſecratum reperimus. Eo ipſo tempore, cùm aliquando totam noctem plueret, manè verò pluviæ ceſſarent, Phœbusque luceret, ibi Auguſto Cæſari Virgilius gratulabatur hoc diſticho, quod valvis palatii Imperatoris affixit his verbis:

Nocte pluit totâ, redeunt ſpectacula manè,
Diviſum † imperium cum Jove Cæſar habet.

† Ein vornehmer Mann ſagte/ Virgilius hette dem Auguſto gar zu ſehr geheuchelt, Diviſum ſey zu viel.

Tacente Virgilio, Bathyllus intempeſtivè honoratus.

Quo ipſo Virgilius laudem & felicitatem Auguſti Imperatoris prædicabat, ſuppreſſo tamen ſuo ipſius nomine. Auguſtus quæritans, cujus nam hi verſus eſſent, eorum tamen autorem non inveniebat. Bathyllus verò Poëta quidam mediocris, tacentibus aliis, ſibi adſcripſit: quamobrem donatus honoratusque à Cæſare fuit. Quod æquo animo non ferens Virgilius, iisdem valvis affixit hoc principium, quater repetitum: Sic vos, non vobis! Jam verò poſtulabat Auguſtus, ut hi verſus complerentur; quod cùm fruſtra aliqui conati eſſent; ecce! Virgilius præpoſito verſu, ſic ſubjunxit:

Hos ego verſiculos feci, tulit alter honores;
Sic vos non vobis nidificatis aves.

Sic

Sic vos non vobis vellera fertis oves.
Sic vos non vobis mellificatis apes.
Sic vos non vobis fertis aratra boves.

Quod ipſum cùm Romæ publicè fuiſſet cognitum, Bathyllus aliquando fabula ibi fuit, Maro verò exaltatior. Hæc res geſta ut eſt certiſſima; ita eum in finem à nobis adducitur, ut ex Virgiliana gratulatione cognoſcamus, quòd etiam interdum ethnicis hoc contigerit; ut tempeſtates noctu obortæ, die ſpectaculis habendis deſtinata recederent, & Sol recedentibus nubibus, cœlō ſereno ſplendorem inſignem emitteret. Quo nomine Virgilius Auguſti Imperatoris felicitatem eſt admiratus, & eidem gratulatus.

Bathyllus fabula: Maro lu... factum. Hæc vox extat in deſcriptione vitæ Virgilii.

Multò magis Sereniſſimo Domino Electori meritò χαρδιόθεν *gratulamur eo nomine, quòd Deus noſter verus & vivus, multumq; miſericors, nuptiis his illuſtriſſimis* verè benedixerit, eoque ipſo die XXV. menſis Februarii pulsâ tempeſtate Solem ſplendidè lucere fecerit. Quapropter non immeritò exclamamus, & felicitati Domini Electoris noſtri φρενόθεν applaudimus, congratulando, dicentes;

Accommodatio à minori ad majus.

Nos Chriſtiani ethnicos multis paraſangis relinquimus.

Nocte pluit totâ, redeunt ſpectacula manè;
Divinum Imperium à Numine Janus habet.

Rectè dicitur, quòd Magiſtratus ſupremus divinum Imperium à Deo datum & donatum obtineat; ſic enim docet D. Paulus Rom. 13. v. 1. Non eſt poteſtas, niſi à Deo; quæ verò ſunt poteſtates, à Deo ordinatæ & conſtitutæ ſunt. Jehova noſter omnipotens Chriſtianis magiſtratibus omnibus divinum Imperium confert.

Quinta hilaritas & exultatio, qua Deus omnipotens & multùm miſericors, Sereniſſimos Dn. Dn. Parentes exhilaravit, *eſt conjugii liberorum Illuſtriſſimorum fœcundatio.* Pſaltes certè regius benedictionem Divinam eſſe confitetur, quando parentes vident filios filiorum ſuorum; quam etiam Exod. XX. Dominus promittit. Ille ipſe præpotens Deus inſigne illud beneficium in utraque Domo Illuſtriſſima, Haſſiaca & Holſatica, copioſâ benedictione demonſtravit. * Nam perquam Reverendus & Magnificus Dn. D. Jacobus Wellerus, concionator Saxonicus Electoralis primarius

V. Conjugii Illuſtriſſimorum liberorum fœcũdatio. Pſal. 128. v. ult.

in concione nuptiali duorum fratrum Illuſtrisſimorum, Saxoniæ Ducum; ex hac benedictione divina ſingulari *XLVIII. Illuſtriſſimos liberos, nepotes & neptes generoſiſſimas numerat*, ex Electorali conjugio Saxonico oriundas; ex quibus tamen XIV. Deus ex hac vita, quoad animas ad ſe in cœleſtem patriam avocavit & recepit.

* Im ChurSächſiſchen Rautenſtock / in der *Dedication*-Schrifft und Vorrede deſſelben.

* Hac benedictione mirificâ, planè ſingulari & divinâ Serenisſimorum Dn. Dn. Parentum animi voluptate incredibili perfunduntur. Deus, qui liberis Illuſtrisſimis ex alto incepit benedicere, poſthac quoque benedictione ſuâ largiori perficiet, ut hac ratione ipſius nomini ſuperexaltato à ſummis & infimis toto corde offerantur laudum præconia.

VI. Matrimonium Sereniſſimi regis Daniæ & Sereniſſimæ Dominæ Magdalenæ Sibyllæ Duciſſæ Saxoniæ.

Sextò. Multùm miſericors Deus, benedictus & glorioſiſſimus in ſeculorum ſecula, ulterius pergebat Serenisſimo Saxoniæ Electori & ejus Excelſitatis Conjugi Illuſtrisſimæ gaudium ingens renovando oſtendere. Ipſius enim Divinæ Majeſtatis providentiâ factum, ut *Serenisſimus & Potentisſimus Princeps ac Dominus, Dominus CHRISTIANUS V. regnorum Daniæ* & Norvvegiæ hæres & deſignatus ſucceſſor regius, *Serenisſimam filiam Electoris Saxoniæ*, Dn. MAGDALENAM SIBYLLAM *matrimonio regio ſibi ſanctiſſimè jungi peteret.* Quod etiam in actum productum Hafniæ in regno Daniæ Anno M.DC.XXXIV. menſe Octobri; ubi ipſius Serenisſima Excelſitas cum Illuſtrisſima Principiſſa, Saxoniæ Duciſſa, ſanctisſimo matrimonii fœdere, Chriſtiano ritu legitimè copulabatur; præſentibus Serenisſimo & Potentisſimo Patre, Chriſtiano IV. Daniæ & Norvvegiæ rege, nec non Serenisſima Domina Matre, Electoriſſa Saxoniæ, ut & Illuſtrisſimis Principibus ac Dominis, Domino JOHANNE GEORGIO, nec non Domino AUGUSTO, Ducibus Saxoniæ; præſentibus etiam regum Hiſpaniæ, Galliarum, Poloniæ, Sueciæ & aliorum legatis Splendidisſimis. Nuptiæ peractæ ſunt regiâ pompâ, & ſpectaculis omnis generis magnificis & ſumptuoſisſimis. Serenisſimus Dominus SPONSUS ſanè Heros excellen-

Google

cellentisſimus, Sereniſſima Domina Sponſa Virgo & Heroina præcellentisſima; Ambo florentes ætatibus, ambo florentes virtutibus, pietate in Deum & dilectione Dei ardentisſimâ, nec non verâ in Dominum Jeſum fiduciâ firmisſimâ, ut & dilectione & obſervatione concionum verbi divini ferventisſimâ, reverentiâ & obedientiâ erga Sereniſſimos Dominos Parentes Singulari. Ambo etiam florentes precibus & ſuſpiriis à Spiritu Sancto accenſis, & ad Deum omnipotentem directis, ut conjugium ipſorum regium à Deo longævitate, firmâ valetudine, animorum ſuaviſſima conjunctione, omnimodâ ſalute & proſperitate ſit & maneat benedictum.

Verùm gaudium hoc ingens annos ſaltem duravit XIII. Nam ex obitu præmaturo Sereniſſimi Domini CHRISTIANI V. Daniæ & Norvvegiæ Succeſſoris regii, οὗ νῦν ἐν ἁγίοις, Sereniſſima Principiſſa Regia, proh dolor, vidua facta eſt mœſtisſima, Anno M DC.XLVII. menſe Junio. Deus miſericors, Deus totius conſolationis repleat Ipſius Sereniſſimæ Excelſitatis mentem per Spiritum Sanctum conſolationibus efficacisſimis, & largiatur ipſius Excelſitati patientiam Chriſtianam, omnium malorum victricem & remedium per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, Amen.

Septima delectatio & jucunditas, quâ Deus ſummè miſericors Sereniſſimum Dominum Electorem, ut & conjugem ipſius Illuſtrisſimam exornavit, eſt conjugium *Reverendiſſimi & Illuſtriſſimi Principis ac Domini,* Domini Auguſti, Poſtulati Adminiſtratoris Germaniæ Primatus & Magdeburgenſis Archiepiſcopatus, Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ & Montium ducis; *matrimonium principale contrahentis cum Illuſtriſſima* Principiſſa ac Domina, *Domina Anna Maria, Duciſſa Mecklenburgenſi,* Principiſſa Vandaliæ, Comitiſſa Suerinenſi, regionum Roſtochii & Stargardiæ Domina. Nuptiæ principales ſolenni ritu peractæ ſunt in arce ducali Suerinenſi, XXIII. die menſis Novembris Anni 1647. Ex hoc conjugio principali nati ſunt per Dei gratiam liberi generoſiſſimi; nimirum; Illuſtrisſima primogenita Principiſſa ac Domina, Domina

VII. Conjugium benedictum Illuſtriſſimi Principis ac Domini, Domini Auguſti, Poſtulati Adminiſtratoris Primatus Germaniæ, & Magdeburgenſis Archiepiſcopatus.

Magda-

Digitized by Google

Magdalena Sibylla, nata die 2 menſis VIIbr, Anni M.DC XLVIII. Filius primogenitus eſt Illuſtriſſimus Princeps ac Dominus, Dominus Johannes Adolphus, felici ſidere & fauſto omine natus die II. menſis Novembris, Anni 1649. Secundo genitus filius eſt Illuſtriſſimus Princeps ac Dominus, Dominus Auguſtus, Dei munere auguſtiſſimo natus die III. menſis Decembris Anni 1650. Ipſius Celſitudinis nativitas nimium quantum exhilaravit Sereniſſimum Dominum Avum, & Sereniſſimam Dominam Aviam quia ex divina ordinatione incidebat in fauſtiſſima gaudia ſolenniter Dresdæ celebratarum nuptiarum duorum filiorum illuſtriſſimorum Domini Chriſtiani, & Domini Mauritii, Ducum Saxoniæ. Deus ter Optimus Maximus feneſtras cœli aperiat, & benedictionem ſuam divinam copioſè effundat ſuper illuſtriſſimos conjuges, ut in multa millia creſcant, & ſemen ipſorum poſſideat portas inimicorum. Deus benedicat ipſorum Illuſtriſſimis Celſitudinibus, donet ipſis & ipſorum liberis illuſtriſſimis longævitatem & omnem tam animæ quàm corporis felicitatem, ut videant liberos liberorum ſuorum, & ſuper Iſraël pacem Spiritualem, temporalem & æternam.

VIII. Duplex gaudium ortum ex duplici cõjugio Illuſtriſſimorũ Principum.

Octava exultatio, qua Deus in promiſſionibus verax Sereniſſimum Dominum Electorem, ut & ipſius conjugem Sereniſſimam exhilaravit, eſt hæc: *Duplici gaudio & letitiâ auxit Deus exultationem Sereniſſimarum Excelſitatum, dum Deo ipſo favente & annuente, de voluntate* Sereniſſimorum Dn. Dn. Parentum, duo filii generoſiſſimi, Illuſtriſſimi *Principes ac Domini, Dominus CHRISTIANUS, & Dominus MAURITIUS Duces Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ & Montium, &c. arctiſſimum conjugii principalis fœdus contraxerunt cum duabus Sororibus generoſiſſimis,* Illuſtriſſimis Principiſſis; Dominus Christianus quidem, cum Duciſſa Christiana, Dominus Mauritius verò cum Duciſſa Sophia Hedwiga, Illuſtriſſimi Principis ac Domini, Domini Philippi, Norwegiæ Hæredis, Sleswigæ, Holſatiæ, Stormariæ & Ditmarſiæ Ducis, Oldenburgi & Delmenhorſti Comitis, nec non conjugis ipſius generoſiſſimæ, Illuſtriſſimæ Principiſſæ ac Dominæ, Dominæ Sophiæ Hedwi-

æ, Principiſſæ Sleswigæ & Holſatiæ, natæ Duciſſæ Saſſoniæ, Angariæ, Weſtphaliæ, Stormariæ & Ditmarſiæ &c. filiabus Illuſtriſſimis. Nuptiæ principales inſigni pompa nec non ſpectaculis omnis generis magnificis & ſumptuoſiſſimis, in arce Electorali Dresdenſi, aliqvot ſeptimanis, inſigni lætitia, exultatione & gaudiis peractę ſunt XIX. & XX. diebus menſis Novembris, ut & ſeqventibus aliqvot diebus in menſe Decembri, Anno Jubilæo M.DC.L. Ingens hoc eſt beneficium divinum, qvòd Sereniſſimi Domini Parentes liberos Illuſtriſſimos in conjugiis principalibus conſtitutos videant vivere, florere, creſcere, augeri & multiplicari; qvod ſanè perpaucis contingit. Ecce ſic benedicuntur homines, qvi timent Dominum, Pſal. 128.

Sacroſancta Trinitas, Pater, Filius & Spir. S. unus ſolus verus Deus perficiat, ut duplex hoc conjugiū Illuſtriſſimorū Principū & Illuſtriſſimarū Principiſſarū ſit & maneat Paradyſus Dei altiſſimi, & Plantariū divinum omni ex aſſe beatum & benedictum, ut Domus Electoralis Saxonica, nec non Domus Illuſtriſſima Holſatica firmiter in amicitia & neceſſitudine principali coaleſcant, invicem uniantur, creſcant & Illuſtriſſimis plantis augeantur, ut unita illa virtus ipſarum Domuum Illuſtriſſimarum ſemper fiat fortior. Deus πολυέλεος Illuſtriſſimos conjuges diligat, protegat, conſervet, & eorum poſſeſſionibus benedicat, paſcat & extollat eos hîc & in æternum, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, Redemtorem noſtrum unicum, Amen.

Nona delectatio, qva Deus Archigubernator, Sereniſſimum Dominum Electorem, ut & conjugem ſuæ Serenitatis Illuſtriſſimam exhilaravit, *eſt nepotū Illuſtriſſimorum conjugium. In medio enim lætitiarum Dresdenſium, ex nuptiis illis* principalibus exortarum, illuxit aliud gaudium, qvod exultationes nuptiales principales Dresdenſes majorum in modum auxit; & illud eſt conjugium illud principale, in Holſatia celebratum. Sereniſſimi enim Domini Electoris & filia Haſſiaca Principiſſa nepos, Illuſtriſſimus Princeps ac Dominus, Dominus LUDOWICUS, Haſſiæ Landgravius in matrimonium ſibi collocari petiit Illuſtriſſimam Principiſſam ac Domi- ***IX Nepotū Illuſtriſſimorum conjugium.***

S mi-

minam, Dominam MARIAM ELISABETHAM, natam Duciſſam Slefwigæ & Holſatiæ,&c.Sereniſſimi Domini Electoris Saxoniæ ex filia Illuſtriſſima neptem generoſiſſimam. Nuptiæ principales ſolenniter celebratæ ſunt Gottorffii in Holſatia, illis ipſis diebus læticiarum & nuptiarum Dresdenſium, menſe Novembri Anni Jubilæi M.DC.L. præſentibus & cum gaudio exultantibus Dominis Parentibus Illuſtriſſimis.

Deus τρισυπόστατος Illuſtriſſimis conjugibus ex alto benedicat; SS.Trinitas ipſas protegat, Veneranda & Adoranda Unitas Divina illos conſervet anima, corpore & viribus ſalvos & incolumes, florentes & virentes. Omnipotentia, gratia, miſericordia & omniſcientia divina illos ipſos confortet, regat, conſolationibus efficaciſſimis exhilaret; illuminet vultum ſuum ſuper eos, & det eis pacem ſpiritualem, temporalem & æternam per Jeſum Chriſtum redemtorem noſtrum unicum, Amen.

Finis Libri primi.

Elenchus Capitum, qvæ in hoc libro primo continentur.

Caput primum. *De Sereniſſimi Domini Electoris laudatiſſimis Dn. Dn. Parentibus, nativitate & educatione pientiſſima.*

Caput ſecundum. *De Illuſtriſſimi Principis ac Domini, Domini Johannis Georgii itinere in Italiam.*

Caput tertium. *De Ejusdem pietate erga Deum.*

Caput qvartum. *De Sereniſſimi Principis conjugio primo.*

Caput qvintum. *De Ejusdem conjugio ſecundo, per Dei gratiam verè ſecundo.*

Caput ſextum. *De Electorali dignitate, ad cujus apicem Sereniſſimus Princeps, Dominus Johannes Georgius extollitur.*

Caput ſeptimum. *De Sereniſſimi Domini Electoris Conjuge ſecunda, qvòd excellentiſſimis virtutibus ſit prædita.*

Caput octavum. *De educatione Illuſtriſſimorum Principum & generoſiſſimorum liberorum.*

Caput nonum. *De Sereniſſimi Domini Electoris erga Illuſtriſſimam & Beatiſſimam Dominam Matrem Viduam τὴν νῦν ἐν ἁγίοις καὶ εὐλογίαις Pietate qvam in vita & poſt obitum ipſius placidiſſimum luculenter demonſtravit.*

Caput decimum. *De inſigni gaudio & letitia, qvam Sereniſſimus Princeps, Dominus Elector cum conjuge Sereniſſima, ex honoribus & Conjugiis Liberorum & nepotum Illuſtriſſimorum percepit.*

Digitized by Google



30.

ADMIRANDA DIVINA
SAXONICA.

LIBER SECUNDUS.

Qvi agit
De Sereniſſimi & Potentiſſimi Principis
ac Domini, Domini

JOHANNIS GEORGII

SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ ET MONTIUM DUCIS, SACRI ROMANI IMPERII ARCHIMARSCHALLI ET ELECTORIS &c.

Domini noſtri Clementiſſimi

ZELO SANCTO, CUM SCIENTIA, ET RELIGIOSO,

necnon

DE SERENISSIMAE IPSIUS
EXCELSITATIS

FERVORE RELIGIONIS
LUTHERANÆ ARDENTE
ET FERVENTE.

Concinnatus per

M. Matthæum Lungwitium Seniorem, Eccleſiæ Rochlitienſis Archidiaconum.

Digitized by Google

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

ADMIRANDA DIVINA SAXONICA.

LIBER SECUNDUS.

De

Lydio lapide, ad qvem probanda veræ religionis ſinceritas.

IN triſtiſſima iſta, proh dolor, tempora incidimus, de qvibus *Dominus Jeſus Salvator noſter* vaticinatur, his verbis; Videte, ne qvis vos ſeducat. Multi enim venient in nomine meo, dicentes, ego ſum Chriſtus, multosqve ſeducent. *Surgent Pſeudochriſti & Pſeudoprophetæ*, & dabunt ſigna magna & prodigia, ita ut in errorem inducantur, ſi fieri poſſit, etiam electi. *Matth. 24. v. 5. Marc. 13. v. 5. Luc. 24. v. 8.*

Noſtris temporibus, proh dolor, impletum eſt *hoc Domini Jeſu vaticinium*. Venerunt pſeudochriſti & pſeudoprophetæ *in regno Pontificio*, in qvo primatum obtinent Jeſuitæ & Franciſcani, qvi veram Eccleſiam & religionem ſe obtinere jactitant. *Jeſuitæ qvid aliud ſunt qvàm pſeudochriſti*, vel antichriſti, qvi Domini Jeſu meritum, ſalvificam fidem ejusqve verbum & Evangelium ſalvificum oppugnant & evertere conantur. *Calviniani* qvoqve orthodoxiam hactenus temere affectarunt. *Photiniani*, ut blaſphemias ſuas defenderent, aliisqve obtruderent, hactenus fruſtra laborarunt; *Jeſuitæ & Franciſcani ſunt antichriſti.*

Digitized by Google

runt; conatusqve iſtorum impii poſthac qvoqve in vacuas auras evaneſcent.

Lydius lapis neceſſarius.

In tanta igitur confuſione neceſſarium omnino, ut *lydium habeamus lapidem, ad qvem* veræ religionis noſtræ ſinceritas *probanda eſt*. Ille nullus alius eſt, qvàm *verbum Dei ſalvificum*, ſive Prophetica & Apoſtolica Scriptura Veteris ac Novi Teſtamenti, Bibliorum SS. nomen habens; qvæ *SS. Scriptura fundamentum eſt, qvo religio noſtra Lutherana nititur*, i.d. extructi eſtis ſuper fundamentum Prophetarum & Apoſtolorum, in qvo angularis lapis ipſe Dominus Jeſus Chriſtus eſt, Epheſ.2.v.20. Scrutamini Scripturas, qvia vos videmini vobis in ipſis vitam habere, & *illæ ſunt, qvæ teſtificantur de me*, Joh.5.v.39. Habent Moſen & Prophetas, audiant illos Luc.16.v.29. Ad legem & ad teſtimonium, ſi non dixerint juxta verbum hoc, aurora ſive matutina lux ipſis non erit, Eſa.8.v.20, *Si nos aut* angelus è cœlo vobis prædicavit Evangelium, præter id, qvod vobis prædicavimus, anathema ſit, Gal.1.v.8. *Evangelium eſt potentia Dei* ad ſalutem omni credenti, Rom.1.v.16. Vivus eſt ſermo Dei & efficax, & penetrantior qvovis gladio ancipiti ſive utrinqve incidente, ac pertingente usqve ad diviſionem animæ ſimul ac ſpiritus, compagumqve ac medullarum, & eſt diſcretor cogitationum & intentionum cordis, Heb 4.v.12.

Qvicunq; igitur ex præſcripto verbi divini credit & vivit, optimè credit & vivit, ac ſummum bonum, Dei videlicet gratiam in Chriſto promiſſam, nec non æternam beatitudinem gratis propter Chriſti meritum, verà fide apprehenſum conſeqvitur; juxta dicta; Beatus, qvi lege Domini delectatur, & de lege ejus cogitat dies atqve noctes. Hic eſt ſimilis arbori ſatæ ad rivum aqvæ, qvæ ſuum fructum ſuo fert tempore, cujus folia non decidunt, & omne qvod facit, proſperè cedit. *Qvin imò beati, qvi audiunt verbum Dei & cuſtodiunt illud*, Luc.11.v.28. Simile eſt regnum cœlorum homini mercatori, bonas margaritas qværenti. Qvi cùm inveniſſet unam pulcram margaritam, abiens vendidit omnia, qvæ poſſidebat & illam mercatus eſt, Matth.13. verſ. 45. Lex Domini integra recreans animam: *teſtimonium Domini fidum*, ex infante red-

Pſal.1.per totum.

Pſal.19. circa mediam.

reddit ſapientem. Mandata Domini recta, mentem exhilarantia. *Præceptum Domini purum,* illuſtrans oculos. Timor Domini mundus, perpetuo manens. Jura Domini vera ſimul & juſta ſunt, jucundiora ſunt (ibid. v. 13. 14.) *auro & obrizo multo*, & dulciora melle, & favorum nectare. Etiam ſervus tuus inſtruitur, in obeundis eis præmium amplum eſt. Sic Maria ſermonem Chriſti audiens, bonam partem elegit, quæ ab ea non auferetur, Luc. 10.

Ex hactenus dictis contra inferorum portas & contra omnes, qui Eccleſiis, ut & religioni noſtræ Lutheranæ veritatem detrahere cupiunt, ſic argumentamur: *Syllogiſmus didaſcalicus invictus.*

Quicunque deſtituuntur verbi divini teſtimoniis, nec non manifeſtas blasphemias tuentur, illi non habent veram religionem. Atqui *Pontificii, Calviniani, Photiniani & ſimiles hæretici verbi divini teſtimoniis deſtituuntur, & manifeſtas blasphemias tuentur.* Ergo non habent veram religionem, & per conſequens, nec veram Eccleſiam.

Propoſitio ſuâ luce lucet. Noſtri jam inſtituti non eſt, Pontificiorum, Calvinianorum & Photinianorum ἀντιπίπτοντα, quibus noſtram doctrinam oppugnare cupiunt, percenſere aut refellere; *Scripta noſtra Symbolica contra iſtos omnes per Dei gratiam ſtant invicta & imperterrita.* Ut tamen ex abundantia & nos aliquid hoc loco proferamus; propoſitio Syllogiſmi noſtri didaſcalici ſuâ luce lucet, & ex dictis Sacræ Scripturæ præcedentibus ſatis ſuperque eſt confirmata & corroborata. *Aſſumtionis probatio.* Aſſumtionem verò probat Tannerus in ſua relatione de colloquio Ratisbonenſi, pag. 37. *Tanneri confeſſio confirmat aſſumtionem.* Purgatorium, inquit, invocatio ſanctorum, cultus imaginum, transſubſtantiatio in Euchariſtia, communio ſub una ſpecie, peregrinationes ad baſilicas ſanctorum, adoratio corporis Chriſti in Euchariſtia, (ut Pontificii panem conſecratum nominant) ejusque honori dicata ſolennitas, & *ſimilia multa,* (inquit Tannerus, quod probe notetur) *nec in Scriptura continentur, nec ex ea ſola deducuntur.* Huc uſque Tanneri confeſſio.

Victoria Spiritualis Lutheranorum in colloquio Ratisbonenſi. Habemus hoc loco reum probantem & confitentem. Multa quidem per Dei gratiam ex noſtra parte ſunt in colloquio illo ob-

tenta; tamē, ex hypotheſi loquendo, ſi nihil quicquā obtentum ſu-
,, iſſet, pręter hoc ſolum, quod *toties faſſi ſunt Jeſuitæ, religionē Ponti-*
,, *ficiam tam eſſe à Scripturis nudam & inanem, ut præcipua ejus capita,*
,, *nec in S. Scriptura contineantur, nec ex eâ ſolâ deducantur, ſatis profe-*
ctò ad piorum confirmationem *unâ vice obtentum fuiſſet.* Huc

Pighius in lib de cœleſti Hierarchia.

pertinet, quòd Pighius confiteatur, in re dubia aut quacunque excitatâ controverſiâ, ad fidem & certitudinem faciendam, *magis idoneam eſſe & efficaciorem Eccleſiaſticæ traditionis autoritatem, quàm ipſas Scripturas.* Horrenda certè eſt iſta blaſphemia, quam quia effutivit impius Pontificius, *maleſibi conſcius,* religionem quoque Pontificiam à Scripturis eſſe alieniſſimam apertè fatetur.

Blaſphemia Pighy.

Ideoque blaſphemias blaſphemiis cumulat, dicens, communem ſententiam Eccleſiaſticæ traditionis eſſe amuſſim certam & inflexibilem Scripturarum.

In oppugnat. faction. Sam. theſ. 5.

Inſuper eò impietatis prolabuntur, ut Jeſuita, *Immanuel à Vega* hanc blaſphemiam eructare non dubitaverit; Deum is audit, inquit, qui Eccleſiam audit. Deum audit, qui Pontifices. Deum audit, qui infinitis ſtupendisque prodigiis à Deo per catholicos patratis credit. Hæc iſte, qui *mendacium inſigne patravit, ſtatuens,* I. Pontificis παράδοσιν pari pietatis cultu cum dictis SS. Scripturæ eſſe tenendam: II. prodigia iſta, quibus hæreſes ſuas Pontificii ſtabilire ſatagunt, à Deo fieri. Eſt enim turpis principii petitio. Et probè notandum, quod in hoc Vegæ dicto altum de Sacris literis ſilentium.

Ponit pro confeſſo, quod adhuc eſt in quæſtione.

Cardinalis Hoſius (Tom. 1: oper. adverſus Brentii proleg. p. 530.) ipſum evellit cardinem, ut Scripturas ex manibus omnium excutiat: Pio, ait, ſenſu dici poteſt, *Scripturas valere, quantum fabulæ Æſopi,* ſi Eccleſiæ autoritate deſtituantur. Deus increpet te Satanam!

Antitheſis.

Manuale Evangelicum Dn. D. Matthiæ Hoë.

Hinc factum, ut *multi in regno Pontificio*, propter ejusmodi horrendas blaſphemias *papatui abominabili valedixerint*, præſertim cùm mediis in tenebris lux verbi divini perſpicua iis oriretur. Proſtat *manuale Evangelicum* maximè Reverendi & nobiliſſimi Theologi, Dn. D. Matthiæ Hoë ab Hoëneg, p. m. contra Pontificios con-

os conſcriptum, & multoties recuſum, in quo iisdem oſtendit, quàm deploratè alieni ſint à verbo Dei & ſacris literis; aureus ille liber XIV. articulos continet, *contra Papatum ex verbo Dei robo-ratos.*(Ezech.33.v.11.) Et memorabile eſt, Deum ſummè miſericordem, qui non delectatur morte impii, ſed vult, ut impius convertatur, & vivat: *D. Jacobo Reihing, Jeſuitæ ol m celeberrimo, & D. Paulo Helmreich*, Archiepiſcopi Salisburgenſis concionatori aulico, τοῖς νῦν ἐν ἁγίοις, *manuale illud Evangelicum* attentè legentibus oculos aperuiſſe, ut *horrendam abominationem regni Pontificii* agnoſcerent, & *veræ Eccleſiæ Lutheranæ* ſeſe adjungerent. D. Reihingius quoque illum ipſum librum, quem manuali Evangelico Dn. D. Hoë oppoſuerat, poſt illuminationem ſuam ipſemet publicè & ſolidè refutavit. *Concionem ſuam revocatoriam habuit* Anno M.DC.XX. D. Reihingius; duos libros retractationum ſcripſit M. DC XXVI. in quibus Dn. D. Hoë victoriæ palmam infinities fermè tribuit; ſeipſum verè & manuale ſuum catholicum non catholicum eſſe demonſtravit. Placuit ex libro D. Reihingii primo retractationum hoc loco quædam adducere. Im erſten Buch ſchreibet D. Jacob Reihing alſo p. 32 D. Hoe hat auff dieſe Frage geantwortet / p. 5. Die Schrifft hell und klar/und in Glaubens-Sachen verſtändlich gnug/ nicht dunckel/ wie die ungläubigen und neugläubigen Papiſten vorgeben. Ich habe dieſe letzte Wort für eine Schmach gehalten/weil den Papiſten etwas zugemeſſen werde in vorigen Worten/das ſie nicht lehren. Denn daß die Schrifft durch aus und ohne Zuſatz und Unterſcheid dunckel ſey / were nicht wahr; ſondern eine falſche von D. Hoe und den Prædicanten erdichtete Aufflage.

Admirandum divinũ è Saxonici doctoris ſcripto Evangelico natum.

Duobꝰ libris retractationum. D. Reihingius tribuit Dn. D. Hoë palmam victoriæ. Lib. 1. retract. p. 32.

Daß ich aber in dieſer meiner Gegenantwort D. Hoe und andern Evangeliſchen Lehrern p. 55. offentlich unrecht gethan / und den ſtatum quæſtionis, den D. Hoe recht auffgeſetzet/ übel umbgekehret/iſt hell und klar.

Retractatio p. 55.

Pag. 86. gibt der Reihing wiederumb H. D. Hoe das Zeugnis der Warheit und ſpricht alſo:

D. Reihingius tribuit D. D. Hoë teſtimoniũ veritatis lib. 1 retr. p. 56.

II. D. Hoe hat recht geſchrieben / p. 16. Wenn darumb die

Digitized by Google

Schrifft den Leyen ſolle verboten ſeyn'/ ſo müſte man ſie auch den Päbſtiſchen Pfaffen verbieten / weil ſie vielfeltig die H. Schriffe mißbrauchen und verwirren / ihre Irrthümb damit zu beweiſen. Ob ich nun wohl ſolches / pag.135. & 138. für eine lautere unwahrhafftige Calumni gehalten / und dem D. Hoe wiederumb ſolche in Buſen geſchoben ; So wil ich doch gleichfalls hie mich wiederumb auff meine ordentliche Retractation eines Artickels nach dem andern beruffen haben/ daraus der trewhertzige Leſer an vielen Orten vernehmen wird/daß D. Hoe nicht calumniret hat / ſondern daß meine damalige unzeitige retorſion eine Calumnia geweſen. pag. 206. hieraus nicht unkräfftig noch lächerlich / wie ich den D. Hoe p. 242. fälſchlich bezüchtiget / ſondern gründlich und kräfftig zu ſchlieſſen.

Aka retractationes p. 206. & p. 304.

Pag 304. Zuvor hab ich den Beweis/welchen D Hoe aus der Schrifft geführet/daß wir allein durch den *Glauben an Chriſtum* gerecht werden/ wollen umbſtoſſen / von p.362 bis auff 366. Nun wil ich ietzund erſtlich gemeldte Beweis D Hoe wider meine Widerlegung vertheidigen p.492. diſſfalls hab ich D. Hoe unbillich der Unwarheit geſtraffet ! Ex dictis igitur patet, D Reihingium retractationibus ſuis Dn. D. Hoë, p m. veritatis palmam tribuere, & confiteri, quòd noſtræ Eccleſiæ ſalvificam Evangelii doctrinam profiteantur.

Converſio M. Johannis VVilhelm Freymüller.

Maximè verò memorabile eſt , quòd anno ſupra milleſimum ſexcenteſimum quadrageſimo primo, ad Eccleſiam noſtram Lutheranam per Dei gratiam denuo acceſſit Sacerdos Pontificius, videlicet, M. Johannes Wilhelmus Freymüller/ex Comitatu Oetingenſi oriundus, qui in ſcholis Jeſuitarum edoctus, idolomanias regni Pontificii tredecim annos profeſſus, multos ſeduxit. Verùm , *Spiritus S. gratiâ , concionem ſuam revocatoriam celebravit* Lipſiæ anno ſequenti ↄIↄ. Iↄ. c. XLII. ſeptimo die menſis Januarii, in templo D. Nicolai , in præſentia ingentis multitudinis auditorum, in qua *Papatum, regnum iſtud Antichriſtianum cum omnibus idololatris* & ἐθελοθρησκείαις ingenuè damnavit , & confeſſus eſt publicè , ſe Spiritus Sancti gratiâ illuminatum quoque *eſſe ex me-*

Damnatio Papatus, regni iſtius Antichriſtiani.

ditaz-

ditatione aſſiduâ poſtillorum maximè Reverendi & Magnifici viri, Dn.D.Matthiæ Hoë, in quibus conſolationes valdè cardioplicticæ animam ipſius adeo penetrarunt, ut *fundamenta religionis Lutheranæ,* quibus illa nititur, firmiter agnoſceret. Ingenua hæc eſt confeſſio paſtoris Pontificii, ex qua lucet, Spiritum Sanctum loqui & efficacem † eſſe per Verbum Dei lectum & meditatum.

† *Hebr 4.v.12. Vivum eſt Verbum Dei & efficax, & penetrantius quovis gladio ancipiti, & pertingit uſq; ad diviſionem animæ & ſpiritus.*

Aſſumtionem didaſcalici noſtri ſyllogiſmi, in hoc capite prolati adverſus Calvinianos, Formula Chriſtianæ concordiæ, nec non ille ipſe perquam Reverendus & Magnificus vir, Dn. D. Matthias Hoë *libello contra Calvinianos ſcripto,* qui XVII. articulis conſtat, probant. Deo noſtro benedicto & glorioſo ſit laus, honor & gloria.

Altera pars aſſumtionis in ſyllogiſmo didaſcalico probatur.

Et quamvis Deus Opt. Max. in cujus manibus ſortes noſtræ, Pſal. 31. ſua liberrima voluntate & beneplacito ex hac miſeriarum valle ad triumphantem Eccleſiam perquam Reverendum & Nobiliſſimum Theologum, Dn. D. Matthiam Hoë morte placidiſſima tranſtulerit, in ipſius locum tamen *alius fideliſſimus & præcellentiſſimus Theologus à Deo miſſus eſt*, nimirum maximè Reverendus, Magnificus & celeberrimus vir, Dn. D. Jacobus Wellerus, † olim Superintendens Brunſuicenſis, nunc verò *concionator Electoralis Saxonicus aulicus primarius,* nec non Sereniſſimo Saxoniæ Electori à conſiliis Eccleſiaſticis & confeſſionibus ſacris, qui *in vinea Domini gnaviter laborat*, & in tanta negotiorum multitudine, *in illa totius orbis terrarum arce & theatro Dreſda* locatus, ita piè, fortiter & prudenter ſe gerit, ut ejus *Reverendam Magnificentiam ament & vereantur & admirentur ſummi, medii, infimi,* & in illo peregrini linguas & oculos defigant. Tantum virum huic Electoratui Saxonico donavit Deus τρισμέγιστος cui ſit laus, honor & gloria. Nam quemadmodum iræ divinæ ſignum eſt, ſi Dominator, Dominus exercituum à civitate aufert fortem, virum bellicoſum & judicem, & Prophetam, & divinum, & ſenem, & conſiliarium & ſapientem artificem; *ita viciſſim gratiæ & bonitatis*

Poſt obitū Dn. D. Hoë vocatus eſt concionator Electoralis aulicus primarius, admodum Reverendus & Magnificus vir, Dn. D. Jacobus VVellerus.

Eſa. 3 v. 3.

ſua ſignum eſt, * quando Deus noſter, multùm miſericors ejusmodi præcellentes viros in Eccleſiaſtico & Politico ordine largiatur, quorum conſiliis & meritis fidelisſimis omnia rectè & dextrè geruntur. Et quia *Electoratus Saxonicus per Dei gratiam* ejusmodi viris excellentisſimis in Academiis & urbibus *abundat*, ideóque hoc ipſum non immeritò ingens & *inſigne beneficium*, *gratiæ & favoris divini erga Sereniſſimum Dn. Electorem* & totam Miſniam *argumentum evidens* eſt & certiſſimum.

† *Vide Dn. D. VVelleri 1. Kodeſch Jehova de ſanctitate Dei contra Maſſonianos. 2. ſpicilegium quæſt. Cald. Hebr. & Sir. 3. ſcripta de conſcientia.* 4. Wegweiſer der Gottheit Chriſti *contra D. Calixtum.*

* *Divinum gratiæ ſignum erga Electorem Saxoniæ; imò erga univerſum Electoratum Saxonicum.*

Converſio XXXIII. paſtorum, qui Papatũ & Calviniſmum ejurarunt & abjecerunt.

Nec & illud beneficium divinum ſilentio involvendum, ſed publicè potius prædicandum, quòd præteritis quatuor annis ex Pontificiis & Calvinianis, *triginta tres doctores, clerici & paſtores, ex aſſidua verbi divini meditatione*, per Spiritum Sanctum fuerint illuminati, qui abjectis iſtis hæreſibus, verbum Dei in Scriptis Prophetarum, Evangeliſtarum & Apoſtolorum revelatum, ut & Auguſtanam confeſſionem invariatam nec non Chriſtianæ Concordiæ formulam ὁλοκαρδίως ſunt amplexi; qua de re audiamus maximè Reverendum & præcellentisſimum Dn. D. Johannem Hülſemannum ſic verba facientem: Ab hæreſi Pontificia & Calviniana ad Catholicam Auguſtanæ Confeſſionis fidem, intra triennium proximum converſos, *Siſtimus Triginta Tres*, & in iis Clericos tùm religioſos, tum Curatos Parochos, publicosque adverſæ partis Doctores XIV, proximo triennio non ſolùm *ad doctrinam Evangelicam* Lipſienſium ſtudio & operâ converſos, quorum publicæ Exomologeſes & ſermones palinodiei extant, ſed potiſſimùm quoque Lipſienſium ſumtibus & beneficentiâ ſuſtentatos &c. pro quo beneficio ingenti ſit Deo noſtro benedicto & glorioſo laus, honor, virtus, poteſtas & gloria ſeculis nunquam finiendis.

In dialyſi apologetica problematis Calixtiani pag. 81.

CA-

CAPUT SECUNDUM,

De
Divino Spiritus Sancti Zelo, quem cum ſcientia & fervore Chriſtiano per omnem vitam Sereniſſimus Elector oſtendit.

OMnis res, quę habet vel commendationem ab arte, vel dignitatem à natura, creſcit, magisque ſplendet, loci majeſtate. Videtur *Sol pulcrior*, quòd in cœlo: *gemma precioſior*, quòd in auro; *oculus nitidior*, quòd in capite: *Sic etiam religio præſtantior*, quòd in loco ſereniſſimo, in ſummo Principe; *Zelus auguſtior*, quòd in excellentiſſimo loco, in Electore nimirum noſtro auguſtiſſimo reſideat. Religio vera, & ejus comes Chriſtianus, *Zelus fervidus*, in aliis ſi nitent, ſuâ vi fulgent: at in celeberrimo Electore noſtro *à perſonæ* auguſtæ Sereniſſima *excelſitate* ſplendorem accipiunt, & à loco altitudinem; & viciſſim, perſonam Electoralem ſplendidè radiare & coruſcare faciunt.

αὔξησις per σύγκρισιν triplicem.

Sereniſſimus igitur ac Potentiſſimus Princeps ac Dominus, Dn JOHANNES GEORGIUS, Saxoniæ Elector &c. Dominus noſter clementiſſimus, ſummâ & egregiâ laude ſe hac in parte dignum oſtendit. Nam quemadmodum *omnia Sereniſſimæ ipſius Excelſitatis facta*, eximiis ornanda præconiis: *ſic quoq; Zelus ipſius divinus*, fervorque religionis veræ calidus, ſummis eſt decorandus laudibus. Nam non tantùm verâ in Chriſtum fide mentem ſuam à rerum externarum cogitatione abducit, *& in Chriſtum deducit*, *Sacræq; Scripturæ & concionum ex ea habitarum contemplationi vacat*, quô fit, ut omnia ipſius Serenitati bene & proſperè eveniant, *ut in rerum obſcuritate ſplendorem, in quæſtionum difficultate acumen*, in diſponendis rebus ordinem oſtendat: ſed etiam in ipſius Sereniſſima Excelſitate *Zelus Dei* in maturanda verâ pœnitentiâ ſplendidè nitet; *Zelus Spiritus* in precum publicarum & cultus divini adornatione clarè ſplendet; *Zelus cum ſcientia conjunctus* in inſtituendis duobus Jubileis, quos per Dei gratiam, annis 1617

Transfertur theſis ad hypotheſin.

Proprietates veri Chriſtianiſmi.

Zeli veri appellationes, ab ipſis eſſentia deſumtæ: Eſt enim Zelus. I. Dei. II. Spiritus. III. cum [illegible]

& 1630

& 1630. celebravimus, perſpicuè viguit; *Zelus tempeſtivus* contra
V. Chriſtianus. hæreſes lucidè viret; *Zelus Chriſtianus* pro lege & grege & pro domo Dei ad ſummam gloriam floreſcit, & admodum dilucidè floret.
VI. Sacroſanctus. *Zelo itaq; ſacroſancto divinitùs accenſus Dominus Elector, lumen* exiſtit in Eccleſia ſplendidum, luculenter lucens, & *Sol in mundo* ſplendidisſimus, apertè radians. Inde apparet religionis & juſtitiæ *cultor*, regionis devaſtatæ & ſcelerum hoſtilium *ultor*, religionis abrogatæ, ut & veteris diſciplinæ *reſtitutor*. O Zelum divinum! *ô rem* omni prædicatione majorem! *ô rem* omni cogitatione hu-
ἄρνησις. manâ ſubliniorem! ad quam enunciandam *opus non eſt* Oratoris alicujus voce, contentione & opere, ſed *Cherubinorum & Sera-*
θέσις. *phinorum linguis* flammâ & ardore. *Divinus* enim eſt fervor; *à Spiritu Sancto excitatus*, & propterea *eloquio angelico dignus!*
Communicatio. Quis verò unquam tantâ ingenii ubertate, tantaque dicendi copiâ præditus reperietur, qui Zelum illum ſacroſanctum ita exornare valeat, ut non ſemper, *plurima cùm dixerit, plura tamen* omiſiſſe videatur.

Admirandum Divinum Saxonicum. Zelus igitur in Sereniſſimo Domino Electore noſtro ſummum eſt *admirandum Divinum Saxonicum! Deus eſt*, qui precioſiſſimum hunc theſaurum, *verbum ſuum ſalvificum* donavit! *Deus*
Cauſa Zeli efficiens principalis. *eſt*, qui per Spiritum Sanctum Dominum Electorem ex illo illuminavit, & in vera fide *ſanctificavit, conſervavit, & inflammavit.*
Cauſa inſtrumentalis. Organum verò electum eſt Sereniſſimus Saxoniæ Elector, Dn. JOHANNES GEORGIUS, Dominus noſter clementisſimus, *cujus miniſterio Deus bonitate optimus, potentiâ verò maximus*, in conſervanda religione puriore hoc tempore utitur.

Non minor eſt virtus, quàm quærere, parta tueri. *Admirandum* hoc eſt, quòd ſicut in Saxonia, ultimis hiſce mundi ſeneſcentis temporibus *lux verbi divini* præclariſſima, *per Divum Lutherum* eſt orta; ita etiam hoc tempore Deus miſericors in Saxoniæ Electoratu *donis ſuis mirandis* Sereniſſimum Dominum Electorem noſtrum inſtruxit & exornavit, ut intêr omnes *primus* * eſſet, qui *edicto Cæſareo*, (de abrogando verbo divino, & in ejus locum collocandis abominationbus Antichriſtianis: *ignoſcite, volebam dicere*) *de reſtituendis bonis Eccleſiaſticis* ſeſe oppo-
neret,

neret, *Eccleſiamq; Lutheranam* in his regionibus bello neceſſario defenſivo, non ſine propriæ perſonæ, incolumitatis, corporis & vitæ periculo defenderet.

* *Poſt Deum Opt Max. Sereniſſimus Elector hiſce temporibus, primus fuit verbi divini & Eccleſiæ Lutheranæ defenſor.*

Agnoſcat *Eccleſia Lutherana*, agnoſcat *Germania*, agnoſcat *Miſnia*, agnoſcant omnes Eccleſiarum miniſtri & ſubditi animo ſubmiſſo & pergrato, *Deum omnipotentem* hunc Electorem excitaſſe, & *precioſiſſimum hunc theſaurum* nobis donaſſe. Donum hoc ſit nobis *percharum*, ex chariſſima manu divina provenien s. Hoc amemus & magnifaciamus, & *pro ipſius Sereniſſimæ Excelſitatis incolumitate* preces ad Deum aſſiduas fundamus. Sic exhortatur D. Paulus, ut ante omnia fiant deprecationes, obſecrationes, interpellationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, *pro regibus & omnibus in eminentia conſtitutis*, ut placidam & quietam vitam agamus cum omni pietate & honeſtate. Nam *hoc bonum & acceptum coram Deo Servatore noſtro.*

De gratitudine noſtra.

1. Tim. 2, 2.

Quocirca ſi quisquam veneratione, honore & amore dignus, certè Dominus *Elector noſter digniſſimas*, utpote qui *officio ſuo Electorali probè functus eſt*, & adhuc, *faxit Deus quàm diutisſimè, fungitur.* Curam enim geſſit pro Eccleſia Lutherana indefeſſam, multumque laboravit *pro Dei domo, pro cultu divino, pro religione ſartâ tectâ conſervandâ:* veramque religionem Lutheranam inter ſubditos ad poſteros adhuc ſtudet propagare. In hunc finem idoneos *Eccleſiæ doctores præfecit, Academias auxit, Scholas Electorales* conſervavit, ex quibus tanquam ex equo Trojano viri in Eccleſia utiles prodirent. Docentes in Eccleſia & ſcholis ut honeſtè ſuſtentarentur, mandavit, liberalitate & beneficentiâ ſuâ illos exhilaravit, *Conſiſtoria autoritate exaltavit*, Eccleſiarum viſitationes inſtituit, *Synodos convocavit*, quibus adminiculis diligens & neceſſaria Eccleſiarum & ſcholarum inſpectio conſervari poteſt. Cultus divini exercitia publica inſtauravit, *hæreſibus reſtitit*, omnia hoc fine, ut Eccleſiam in tranquillum ſtatum collocaret, quò in ſanctitate & juſtitia ſubditi Deo timore filiali ſerviant.

Te Magnũ Enſiferum, ſeptemq; virum, poſitã extra Laudum omnes fines Subditus hic gaudens excipit omnis ovans.

Scholæ ſunt equo Trojano ſimiles.

Cauſæ impulſivæ; quarum.

1 Mandati divini autoritas.

Hæc boni principis officia Dominus Elector divino auxilio præſtitit, & adhuc, faxit Deus quàm diutisſimè, præſtat propter ſequentes rationes; quarum I. *eſt Dei mandatum*, qui vult, ut magiſtratus faciat & cuſtodiat omnem legem; (Joſ.1.v.7.) & librum legis ſibi familiarem reddat; ut diſcat timere Deum, & cuſtodire verba & ceremonias, quæ in lege (Deut.17.v.18.) præcepta ſunt; vult etiam reges terræ erudire, ut Filium (Pſal.2.v.10.) oſculentur: vult elevari portas (Pſal.24.v.7.) terræ, ut rex gloriæ introeat.

2. muneris ſublimitas.

II. *Eſt muneris ἀκμὴ & ſublimitas.* Magiſtratus enim Politicus eſt cuſtos (Eſa. 44.v.28. Jer.49.v.19.) utriusque tabulæ, & paſtor populi, qui ſubditis non tantùm de victu corporis & tranquillitate politica, ſed etiam paſcuis animarum ſalutaribus proſpicere debet.

3. Exemplorũ ſuavitas

III. *Piorum regum & principum exempli ſuavitas*; inter illos primarium locum obtinet Joſua, (Joſ.24.v.14.) qui devictis hoſtibus, terraque Chanaan jam diviſâ, populum ſuum, tanquam novos terræ incolas, ad ſerium veræ religionis ſtudium hortatus eſt. *David etiam cultum divinum* magno ſtudio promovit; arcam fœderis in (2.Sam.6.v.12. 1.Paral.13.v.12.) civitatem ſuam reduxit; vaſa aurea & argentea, hoſtibus erepta, Domino (2.Sam.8.v.11.) ſanctificavit; Levitas & Cantores inſtituit, & in certas (1.Paral.16.v.14. 23.) vices diſtribuit. Similia exempla *habentur in Salomone*, in Aſa rege Juda, 1.Reg.15.v.12. & 2.Paral.14. v.34 2.Paral.15.v.8. & ſeqq. nec non in *Joſaphato*, 2.Paral.17.v.6. cap.19.v.4. *In Joſua*, 2.Reg.23. 2.Paral.34.

Nunc Electori benedicite, dicite vota Enſiferoq; Duci! Dominus Elector officii ſui ſublimioris rationes perſolvit ſeqq. modis.

Quocirca ut horum exemplorum imitatio conſpiceretur, Sereniſſimus & Potentiſſimus Princeps ac Dominus, *Dominus JOHANNES GEORGIUS*, Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ & Montium Dux, Sacri Romani Imperii Archimarſchallus & Elector, hujus nominis PRIMUS, &c. Dominus noſter clementisſimus; *cujus Sereniſſimam Excelſitatem nunquam ſine inſigni aliqua honoris præfatione nominarem*, niſi me verba ferè deficerent, officii ſui ſublimioris rationes inſigniter & ſingulariter perſolvit ſequentibus modis; & quidem;

I. *In-*

I. In cultu divini interni promotione.

I. *In cultus divini interni promotione.* Huc pertinent ipſius Serenitatis Electoralis mandata Eccleſiaſtica, ut miniſtri Eccleſiæ ferventiori Zelo conciones pœnitentiales inſtituant, & ut ſubditi ſummâ devotione veram pœnitentiam maturent, preceſque publicas majori frequentiâ & attentione celebrent.

II. In cultu divini externi inſtitutione.

II. *In cultus divini externi inſtitutione.* Huc pertinent mandata Electoralia; 1. *de Jubilæorum duorum celebratione*, quorum *alter quidem* in memoriam abrogati Papatus, cujus ξὺν ϑεῷ initium factum eſt à Divo Luthero, anno. cIↃ IↃ xvII. die XXXI. menſis Octobris, ipſo die omnium Sanctorum profeſto; *alter verò in memoriam* confeſſæ Evangelicæ veritatis *in oblata Auguſtana Confeſſione* coram toto Imperio, anno cIↃ IↃ XXX. die 25. menſis Junii per Dei protectionem eſt peractus. II. *de intermiſſione laborum Supervacaneorum* & non neceſſariorum diebus feſtis ſolemnioribus, ut & diebus Solis.

III. In ſchiſmatū deciſione.

III. *In Schiſmatum deciſione*, quale fuit diſſidium inter Theologos Haſſiacos & Wirtembergicos; nec non ſchiſma Rathmanni Dantiſcani de efficacia verbi divini.

IV. In fraudum Jeſuiticarm averſione.

IV. *In fraudum Jeſuiticarum averſione*, quas detexit & confutavit *Pupilla Evangelica Electoralis* Saxonica oculatisſima, & ejusdem *Apologia illuſtris, nervoſiſſima & principalis*, de quibus jam ordine ξὺν ϑεῷ dicendum. *Deus Archiguberna perducat* nos in omnem veritatem, per & propter *Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum*, Amen.

CAPUT TERTIUM.

De

Senatus Eccleſiaſtici Dreſdenſis, nec non Theologicarum Facultatum in Academiis Saxonicis, Lipſienſi, Witebergenſi & Jenenſi conſiliis ſaluberrimis, quibus Sereniſſimus Saxoniæ Elector in conſervanda religione Lutherana uſus eſt.

SApientiores Philoſophi Rempublicam nec ſine numine gubernari, nec ſine religione numinis feli-

Digitized by Google

Nunc donet ſegetem Numen cœleſte ſeneſtam.

O beatum, vereq; ex aſſe beatum Dominum Electorem, cujus Sereniſſimæ Excelſitati Deus πολυέλεος tantos viros tribuit! *O beatum Dn. Electorem*, in quo tot virtutum ſigna, tot Chriſtianæ prudentiæ tabulæ ad admirationem affixæ, *tot laudum vexilla ad ſempiternam gloriam pendentia* conſpiciuntur.

Et quia deliberandum eſt diu, quod ſtatuendum eſt ſemel; * ſummis certè laudum præconiis ad cœlum uſque *extollenda Sereniſſimi Domini Electoris pietas & prudentia illa Chriſtiana*, antequam in rebus Eccleſiaſticis aliquid exorſus eſt vel perfecit, ſemper rerum gerendarum primordia *à Deo & piis precibus cepit*, nec non Theologos Senatus Eccleſiaſtici & Academiarum prædictarum convocavit, ut, quid agendum, quid omittendum, & quibus res perficienda fundamentis niteretur, in medium conſulerent. Hac ratione, *Deo dante, omnia evenerunt proſpera.*

* *Baſilius.* στεναγμοῖς καὶ φιλοπόνῳ προσευχῇ τὰς δεήσεις ποιεῖσθαι. *Gemitibus & aſſiduis votis preces ad Deum adhibeamus.*

Noſtro tempore celebrabatur triga Johannea in Jenenſi Academia.

Vulgò dicitur, virtus unita fortior; omneque trinum perfectum; hoc fine *jucunda ſanè amicitia & ſuaviſſima animorum conjunctio* hactenus exculta, & etiamnum excolitur à Theologis in tribus ſupra nominatis Academiis, quos *Spiritus Sanctus* pacis vinculo poſt hac quoque firmiſſimè conjungat, ut conjunctis viribus *Domini prælium* prælientur, & *Domino JESU* plures animas lucrentur.

Præſtantiſſimorum illorum Theologorum † ſcripta & diſputationes oſtendunt, quòd *nullum ſit ſapientiæ genus*, quod ingenii magnitudine non ſuperaverint; *nulla ſacroſancta verbi divini doctrina*, quam admirabili judicio non penetraverint; ſubtiliſſimi *in rebus arduis*, prudentiſſimi *in periculoſis*, oculatiſſimi *in dubiis. Proh Deum immortalem!* qualia nervoſa ſcripta, didactica & polemica divulgaverũt, quibus *orbem Chriſtianum orthodoxum viritim* confirmaverunt, nec non Pontificios & Calvinianos *membratim* confutaverunt. Dei

† *Videantur Tomi locorum communium Theologicorum D. D. Gerhardi; ut & Confeſſio ipſius Catholica.*

Videatur Dn. D. Hülſemanni Breviarium in gratiam ſtudioſorum extenſum, nec non dialyſis ipſius apologetica contra Calixtum.

Dei igitur & Spiritus Sancti impulſu & directione, Dn. D. Matthiæ Hoë inventione & elocutione, cæterorumque Theologorum præcellentisſimorum conſiliis feliciter peracta ſunt, quæcunque in rebus ad doctrinam & cultum divinum pertinentibus, fuerunt hactenus rectisſimè & diligentisſimè confecta *præcipuè* verò, in *deciſione Saxonica*, ejusdemque *Apologia*, nec non in *Pupilla Saxonicâ oculatisſimâ*, ejusdemque *principali Apologia*, ut & in ſcripto, Rathmanni ſchiſmati oppoſito.

Tibi Deo noſtro benedicto & glorioſo ſit laus, honor & gloria, quòd tam inſignes viros, quibus verbi tui propagatio, & Eccleſiæ tuæ Lutheranæ ædificatio curæ & cordi eſt, *excitaſti*; donis præcellentisſimis *exornaſti*, eosdemque in agnita verbi tui ſalvifici veritate *conſolidaſti*; largire quæſumus, tuam gratiam & benedictionem, ut labores ipſorum ſacroſancti in tuo nomine ſuſcepti, non ſint inanes, ſed *fructum afferant centuplum ad nominis tui SS gloriam*, & Eccleſiæ Lutheranæ incrementum.

Votum devotum.

CAPUT QUARTUM.

De Precibus publicis, debitâ frequentiâ & attentione celebrandis.

De horis precationũ publicarũ ordinariis.

Piarum precum efficaciam B. Auguſtinus exprimit, dicens; oratio juſti eſt clavis cœli: *aſcendit precatio, & deſcendit Dei miſeratio*. Et ut Gregorius Nyſſenus de ſuo nobis aliquid largiatur; oratio corporum robur eſt, domus abundantia, juris & legum in civitate conſtitutio recta: regni vires, belli trophæum, pacis ſecuritas, diſſidentium conciliatio, conjunctorum conſervatio. Oratio virginitatis ſigillum eſt, *matrimonii fides*, viatoribus ſcutum dormientium cuſtos, *vigilantium fiducia*, agricolarum fertilitas, navigantium ſalus: fatigatorum requies, *mœrentium conſolatio*, gaudentium animi delectatio; *lugentium ſolatium*, mœrentium funus; bonorum progreſſus & incrementum, malorum ſubverſio, peccatorum emendatio, *futurorum repræſentatio*.

Aug. ſerm. 226. de tẽp. Tom. 10.

G. N. lib. de orat. p. 8. & p. 9.

Numerabis 24. utilitates devotæ precationis.

Quid ?

tenta; tamẽ, ex hypotheſi loquendo, ſi nihil quicquã obtentum ſu-
„ iſſet, prҿter hoc ſolum, quod *toties falſi ſunt Jeſuitæ, religionẽ Ponti-*
„ *ficiam tam eſſe à Scripturis nudam & inanem, ut præcipua ejus capita,*
„ *nec in S. Scriptura contineantur, nec ex eâ ſolâ deducantur, ſatis profe-*
ctò ad piorum confirmationem *unâ vice obtentum fuiſſet.* Huc

Pighius in lib. de cœleſti Hierarchia.

pertinet, quòd Pighius confiteatur, in re dubia aut quacunque excitatâ controverſiâ, ad fidem & certitudinem faciendam, *magis idoneam eſſe & efficaciorem Eccleſiaſticæ traditionis autoritatem, quàm ipſas Scripturas.* Horrenda certè eſt iſta blaſphemia, quam quia effutivit impius Pontificius, *malè ſibi conſcius,* religionem quoque Pontificiam à Scripturis eſſe alieniſſimam apertè fatetur.

Blaſphemia Pighy.

Ideoque blaſphemias blaſphemiis cumulat, dicens, communem ſententiam Eccleſiaſticæ traditionis eſſe amuſſim çertam & inflexibilem Scripturarum.

In oppugnat. faction. Sam. theſ. 5.

Inſuper eò impietatis prolabuntur, ut Jeſuita, Immanuel à Vega hanc blaſphemiam eructare non dubitaverit; Deum is audit; inquit, qui Eccleſiam audit. Deum audit, qui Pontifices. Deum audit, qui infinitis ſtupendisque prodigiis à Deo per catholicos patratis credit. Hæc iſte, qui *mendacium inſigne patravit, ſtatuens,* I. Pontificis παράδοσιν pari pietatis cultu cum dictis SS. Scripturæ eſſe tenendam: II. prodigia iſta, quibus hæreſes ſuas Pontificii ſtabilire ſatagunt, à Deo fieri. Eſt enim turpis principii petitio. Et probè notandum, quod in hoc Vegæ dicto altum de Sacris literis ſilentium.

Ponit pro conſeſſo, quod adhuc eſt in quæſtione.

Cardinalis Hoſius (Tom. 1. oper. adverſus Brentii proleg. p. 530.) ipſum evellit cardinem, ut Scripturas ex manibus omnium excutiat: Pio, ait, ſenſu dici poteſt, *Scripturas valere, quantum fabulæ Æſopi,* ſi Eccleſiæ autoritate deſtituantur. Deus increpet te Satanam!

Antitheſis.

Manuale Evangelicum Dn. D. Matthiæ Hoë.

Hinc factum, ut *multi in regno Pontificio*, propter ejusmodi horrendas blaſphemias *papatui abominabili valedixerint*, præſertim cùm mediis in tenebris lux verbi divini perſpicuâ iis oriretur. Proſtat *manuale Evangelicum* maximè Reverendi & nobiliſſimi Theologi, Dn. D. Matthiæ Hoë ab Hoëneg, p. m. contra Pontificios con-

os conſcriptum, & multoties recuſum, in quo iisdem oſtendit, quàm deploratè alieni ſint à verbo Dei & ſacris literis; aureus ille liber XIV. articulos continet, *contra Papatum ex verbo Dei robo-ratos.*(Ezech.33.v.11.) Et memorabile eſt, Deum ſummè miſericordem, qui non delectatur morte impii, ſed vult, ut impius convertatur, & vivat: *D. Jacobo Reibing, Jeſuitæ olim celeberrimo, & D. Paulo Helmreich*, Archiepiſcopi Salisburgenſis concionatori aulico, τοῖς νῦν ἐν ἁγίοις, *manuale illud Evangelicum* attentè legentibus oculos aperuiſſe, ut *horrendam abominationem regni Pontificii* agnoſcerent, & *veræ Eccleſiæ Lutheranæ* ſeſe adjungerent. D. Reihingius quoque illum ipſum librum, quem manuali Evangelico Dn. D. Hoë oppoſuerat, poſt illuminationem ſuam ipſemet publicè & ſolidè refutavit. *Concionem ſuam revocatoriam habuit* Anno M.DC.XX. D. Reihingius; duos libros retractationum ſcripſit M. DC XXVI. in quibus Dn. D. Hoë victoriæ palmam infinities fermè tribuit; ſeipſum verò & manuale ſuum catholicum non catholicum eſſe demonſtravit. Placuit ex libro D. Reihingii primo retractationum hoc loco quædam adducere. Im erſten Buch ſchreibet D. Jacob Reihing alſo p. 32 D. Hoe hat auff dieſe Frage geantwortet / p. 5. Die Schrifft hell und klar/und in Glaubens-Sachen verſtändlich gnug/ nicht dunckel/ wie die unglaubigen und neugläubigen Papiſten vorgeben. Ich habe dieſe letzte Wort für eine Schmach gehalten/weil den Papiſten etwas zugemeſſen werde in vorigen Worten/das ſie nicht lehren. Denn daß die Schrifft durch aus und ohne Zuſatz und Vnterſcheid dunckel ſey / were nicht wahr; ſondern eine falſche von D. Hoe und den Prædicanten erdichtete Aufflage.

Admirandum diſtinū è Saxonici doctoris ſcripto Evangelico natum.

Duobꝯ libris retractationum. D. Reihingius tribuit Dn. D. Hoë palmam victoriæ. Lib. 1. retract. p. 32.

Daß ich aber in dieſer meiner Gegenantwort D. Hoe und andern Evangeliſchen Lehrern p. 55. offentlich unrecht gethan / und den ſtatum quæſtionis, den D. Hoe recht auffgeſetzet/ übel umbgekehret/iſt hell und klar.

Retractatio p. 55.

Pag 86. gibt der Reihing wiederumb H. D. Hoe das Zeugnis der Warheit und ſpricht alſo:

D. Reibingius tribuit D. D. Hoë teſtimoniū veritatis lib. 1 retr. p. 56.

II. D. Hoe hat recht geſchrieben / p. 16. Wenn darumb die

Digitized by Google

Schrifft den Leyen ſolle verboten ſeyn'/ ſo müſte man ſie auch den Päbſtiſchen Pfaffen verbieten / weil ſie vielfeltig die H. Schriffe mißbrauchen und verwirren / ihre Irrthümb damit zu beweiſen. Ob ich nun wohl ſolches / pag.135. & 138. für eine lautere unwahrhafftige Calumni gehalten / und dem D. Hoe wiederumb ſolche in Buſen geſchoben ; So wil ich doch gleichfalls hie mich wiederumb auff meine ordentliche Retractation eines Artickels nach dem andern beruffen haben/ daraus der trewhertzige Leſer an vielen Orten vernehmen wird/daß D. Hoe nicht calumniret hat / ſondern daß meine damalige unzeitige retorſion eine Calumnia geweſen. pag. 206. hieraus nicht unkräfftig noch lächerlich / wie ich den D.Hoe p.242. fälſchlich bezüchtiget / ſondern gründlich und kräfftig zu ſchlieſſen.

Acta retractationes p. 206. & p. 304.

Pag 304. Zuvor hab ich den Beweis/welchen D Hoe aus der Schrifft geführet/daß wir allein durch den Glauben an Chriſtum gerecht werden/ wollen umbſtoſſen / von p.362 bis auff 366. Nun wil ich ietzund erſtlich gemeldte Beweis D Hoe wider meine Widerlegung vertheidigen p.492. dißfalls hab ich D. Hoe unbillich der Unwarheit geſtraffet ! Ex dictis igitur patet, D Reihingium retractationibus ſuis Dn.D. Hoë, p m. veritatis palmam tribuere, & confiteri. quòd noſtræ Eccleſiæ ſalvificam Evangelii doctrinam profiteantur.

Converſio M. Johannis VVibel Freymüller.

Maximè verò memorabile eſt, quòd anno ſupra milleſimum ſexcenteſimum quadrageſimo primo,ad Eccleſiam noſtram Lutheranam per Dei gratiam denuo acceſſit Sacerdos Pontificius, videlicet,M.Johannes Wilhelmus Freymüller/ex Comitatu Oettingenſi oriundus, qui in ſcholis Jeſuitarum edoctus,idolomanias regni Pontificii tredecim annos profeſſus,multos ſeduxit. Verùm, *Spiritus S. gratiâ, concionem ſuam revocatoriam celebravit* Lipſiæ anno ſequenti ɔIc, Iɔ.c. XLII, ſeptimo die menſis Januarii, in templo D. Nicolai, in præſentia ingentis multitudinis auditorum, in qua *Papatum, regnum iſtud Antichriſtianum cum omnibus idololatris* & ἐθελοθρησκείαις ingenuè damnavit, & confeſſus eſt publicè, ſe Spiritus Sancti gratiâ illuminatum quoque *eſſe ex medi-*

Damnatio Papatus, regni iſtius Antichriſtiani.

ditatione aſſiduâ poſtillorum maximè Reverendi & Magnifici viri, Dn.D.Matthiæ Hoë, in quibus conſolationes valdè cardioplicticæ animam ipſius adeo penetrarunt, ut *fundamenta religionis Lutheranæ,* quibus illa nititur, firmiter agnoſceret. Ingenua hæc eſt confeſſio paſtoris Pontificii, ex qua lucet, Spiritum Sanctum loqui & efficacem † eſſe per Verbum Dei lectum & meditatum.

† *Hebr 4.v.12. Vivum eſt Verbum Dei & efficax, & penetrantius quovis gladio ancipiti.& pertingit uſq; ad diviſionem animæ & ſpiritus.*

Aſſumtionem didaſcalici noſtri ſyllogiſmi, in hoc capite, prolati adverſus Calvinianos, Formula Chriſtianæ concordiæ, nec non ille ipſe perquam Reverendus & Magnificus vir, Dn. D. Matthias Hoë *libello contra Calvinianos ſcripto,* qui XVII.articulis conſtat, probant. Deo noſtro benedicto & glorioſo ſit laus, honor & gloria.

Altera pars aſſumtionis in ſyllogiſmo didaſcalico probatur.

Et quamvis Deus Opt. Max. in cujus manibus ſortes noſtræ, Pſal. 31. ſua liberrima voluntate & beneplacito ex hac miſeriarum valle ad triumphantem Eccleſiam perquam Reverendum & Nobiliſſimum Theologum, Dn. D. Matthiam Hoë morte placidiſſima tranſtulerit, in ipſius locum tamen *alius fideliſſimus & præcellentiſſimus Theologus à Deo miſſus eſt,* nimirum maximè Reverendus, Magnificus & celeberrimus vir, Dn. D. Jacobus Wellerus, † olim Superintendens Brunſuicenſis, nunc verò *concionator Electoralis Saxonicus aulicus primarius,* nec non Sereniſſimo Saxoniæ Electori à conſiliis Eccleſiaſticis & confeſſionibus ſacris, qui *in vinea Domini gnaviter laborat,* & in tanta negotiorum multitudine, *in illa totius orbis terrarum arce & theatro Dreſda* locatus, ita piè, fortiter & prudenter ſe gerit, ut ejus *Reverendam Magnificentiam ament & vereantur & admirentur ſummi, medii, infimi,* & in illo peregrini linguas & oculos defigant. Tantum virum huic Electoratui Saxonico donavit Deus τριςευπόθητον cui ſit laus, honor & gloria. Nam quemadmodum iræ divinæ ſignum eſt, ſi Dominator, Dominus exercituum à civitate aufert fortem, virum bellicoſum & judicem, & Prophetam, & divinum, & ſenem, & conſiliarium & ſapientem artificem: *ita viciſſim gratiæ & bonitatis*

Poſt obitū Dn. D. Hoë vocatus eſt concionator Electoralis aulicꝰ primarius, admodum Reverendus & Magnificus vir, Dn. D. Jacobꝰ VVelerus.

Eſa.3 v.3.

ſua ſignum eſt, * quando Deus noſter, multùm miſericors ejusmodi præcellentes viros in Eccleſiaſtico & Politico ordine largiatur, quorum conſiliis & meritis fideliſſimis omnia rectè & dextrè geruntur. Et quia *Electoratus Saxonicus per Dei gratiam* ejusmodi viris excellentisſimis in Academiis & urbibus *abundat*, ideóque hoc ipſum non immeritò ingens & *inſigne beneficium*, *gratia & favoris divini erga Sereniſſimum Dn. Electorem* & totam Miſniam *argumentum evidens* eſt & certiſſimum.

† *Vide Dn. D. VVelleri 1. Kodeſch Jehova de ſanctitate Dei contra Maſſonianos. 2. ſpicilegium quaſt. Cald. Hebr. & Sir. 3. ſcripta de conſcientia. 4.* Wegweiſer der Gottheit Chriſti *contra D. Calixtum.*

* *Divinum gratia ſignum erga Electorem Saxonia; imò erga univerſum Electoratum Saxonicum.*

Converſio XXXIII. paſtorum, qui Papatū & Calviniſmum ejurarunt & abjecerunt.

Nec & illud beneficium divinum ſilentio involvendum, ſed publicè potius prædicandum, quòd præteritis quatuor annis ex Pontificiis & Calvinianis, *triginta tres doctores, clerici & paſtores, ex aſſidua verbi divini meditatione*, per Spiritum Sanctum fuerint illuminati, qui abjectis iſtis hæreſibus, verbum Dei in Scriptis Prophetarum, Evangeliſtarum & Apoſtolorum revelatum, ut & Auguſtanam confeſſionem invariatam nec non Chriſtianæ Concordiæ formulam ὁλοκαρδίως ſunt amplexi; qua de re audiamus maximè Reverendum & præcellentisſimum Dn. D. Johannem Hülſemannum ſic verba facientem: Ab hæreſi Pontificia & Calviniana ad Catholicam Auguſtanæ Confeſſionis fidem, intra triennium proximum converſos, *Siſtimus Triginta Tres*, & in iis Clericos tùm religioſos, tum Curatos Parochos, publicosque adverſæ partis Doctores XIV, proximo triennio non ſolùm *ad doctrinam Evangelicam* Lipſienſium ſtudio & operâ converſos, quorum publicæ Exomologeſes & ſermones palinodiei extant, ſed potiſſimùm quoque Lipſienſium ſumtibus & beneficentiâ ſuſtentatos &c. pro quo beneficio ingenti ſit Deo noſtro benedicto & glorioſo laus, honor, virtus, poteſtas & gloria ſeculis nunquam finiendis.

In dialyſi apologetica problematis Calixtiani pag. 81.

CA-

CAPUT SECUNDUM.

De

Divino Spiritus Sancti Zelo, quem cum ſcientia & fervore Chriſtiano per omnem vitam Sereniſſimus Elector oſtendit.

OMnis res, quę habet vel commendationem ab arte, vel dignitatem à natura, creſcit, magisque ſplendet, loci majeſtate. Videtur *Sol pulcrior*, quòd in cœlo: *gemma precioſior*, quòd in auro; *oculus nitidior*, quòd in capite: *Sic etiam religio præſtantior*, quòd in loco ſereniſſimo, in ſummo Principe; *Zelus auguſtior*, quòd in excellentiſſimo loco, in Electore nimirum noſtro auguſtiſſimo reſideat. Religio vera, & ejus comes Chriſtianus, *Zelus fervidus*, in aliis ſi nitent, ſuâ vi fulgent: at in celeberrimo Electore noſtro *à perſona* auguſtæ Sereniſſima *excelſitate* ſplendorem accipiunt; & à loco altitudinem; & viciſſim, perſonam Electoralem ſplendidè radiare & coruſcare faciunt.

αὔξησις per σύγκρισιν triplicem.

Sereniſſimus igitur ac Potentiſſimus Princeps ac Dominus, Dn JOHANNES GEORGIUS, Saxoniæ Elector &c. Dominus noſter clementiſſimus, ſummâ & egregiâ laude ſe hac in parte dignum oſtendit. Nam quemadmodum *omnia Sereniſſimæ ipſius Excelſitatis facta*, eximiis ornanda præconiis: *ſic quoq́ Zelus ipſius divinus*, fervorque religionis veræ calidus, ſummis eſt decorandus laudibus. Nam non tantùm verâ in Chriſtum fide mentem ſuam à rerum externarum cogitatione abducit, *& in Chriſtum deducit, Sacræq́ Scripturæ & concionum ex ea habitarum contemplationi vacat*, quô fit, ut omnia ipſius Serenitati bene & proſpere eveniant, *ut in rerum obſcuritate ſplendorem, in quæſtionum difficultate acumen*, in diſponendis rebus ordinem oſtendat: ſed etiam in ipſius Sereniſſima Excelſitate *Zelus Dei* in maturanda verâ pœnitentiâ ſplendidè nitet; *Zelus Spiritus* in precum publicarum & cultus divini adornatione clarè ſplendet; *Zelus cum ſcientia conjunctus* in inſtituendis duobus Jubileis, quos per Dei gratiam, annis 1617 & 1631

Transfertur theſis ad hypotheſin.

Proprietates veri Chriſtianiſmi:

Zeli veri appellationes, ab ipſius eſſentia deſumtæ: Eſt enim Zelus. I. Dei. II. Spiritus. III. [illegible]

&c 1630. celebravimus, perſpicuè viguit; *Zelus tempeſtivus* contra hæreſes lucidè viret; *Zelus Chriſtianus* pro lege & grege & pro domo Dei ad ſummam gloriam floreſcit, & admodum dilucidè floret. *Zelo itaq; ſacroſancto divinitùs accenſus Dominus Elector, lumen* exiſtit in Eccleſia ſplendidum, luculenter lucens, & *Sol in mundo* ſplendidisſimus, apertè radians. Inde apparet religionis & juſtitiæ *cultor*, regionis devaſtatæ & ſcelerum hoſtilium *ultor*, religionis abrogatæ, ut & veteris diſciplinæ *reſtitutor*. O Zelum divinum! *ô rem* omni prædicatione majorem! *ô rem* omni cogitatione humanâ ſublimiorem! ad quam enunciandam *opus non eſt* Oratoris alicujus voce, contentione & opere, ſed *Cherubinorum & Seraphinorum linguis* flammâ & ardore. *Divinus* enim eſt fervor; *à Spiritu Sancto excitatus*, & propterea *eloquio angelico dignus!* Quis verò unquam tantâ ingenii ubertate, tantaque dicendi copiâ præditus reperietur, qui Zelum illum ſacroſanctum ita exornare valeat, ut non ſemper, *plurima cùm dixerit, plura tamen* omiſiſſe videatur.

V. Chriſtianus. *VI. Sacroſanctus.* *ἄῤῥητος.* *θεῖος.* *Communicatio.*

Zelus igitur in Sereniſſimo Domino Electore noſtro ſummum eſt *admirandum Divinum Saxonicum! Deus eſt*, qui precioſiſſimum hunc theſaurum, *verbum ſuum ſalvificum* donavit! *Deus eſt*, qui per Spiritum Sanctum Dominum Electorem ex illo illuminavit, & in vera fide *ſanctificavit, conſervavit, & inflammavit*. Organum verò electum eſt Sereniſſimus Saxoniæ Elector, Dn. JOHANNES GEORGIUS, Dominus noſter clementiſſimus, *cujus miniſterio Deus bonitate optimus, potentiâ verò maximus*, in conſervanda religione puriore hoc tempore utitur.

Admirandum Divinum Saxonicum. *Cauſa Zeli efficiens principalis.* *Cauſa inſtrumentalis.*

Admirandum hoc eſt, quòd ſicut in Saxonia, ultimis hiſce mundi ſeneſcentis temporibus *lux verbi divini* præclariſſima, *per Divum Lutherum* eſt orta; ita etiam hoc tempore Deus miſericors in Saxoniæ Electoratu *donis ſuis mirandis* Sereniſſimum Dominum Electorem noſtrum inſtruxit & exornavit, ut intèr omnes *primus* * eſſet, qui *edicto Cæſareo*, (de abrogando verbo divino, & in ejus locum collocandis abominationbus Antichriſtianis; *ignoſcite, volebam dicere*) *de reſtituendis bonis Eccleſiaſticis* ſeſe opponeret,

Non minor eſt virtus, quàm quærere, parta tueri.

:neret, *Eccleſiamq; Lutheranam* in his regionibus bello neceſſario defenſivo, non ſine propriæ perſonæ, incolumitatis, corporis & vitæ periculo defenderet.

* *Poſt Deum Opt Max. Sereniſſimus Elector hiſce temporibus, primus fuit verbi divini & Eccleſiæ Lutheranæ defenſor.*

De gratitudine noſtra.

Agnoſcat *Eccleſia Lutherana*, agnoſcat *Germania*, agnoſcat *Miſnia*, agnoſcant omnes Eccleſiarum miniſtri & ſubditi animo ſubmiſſo & pergrato, *Deum omnipotentem* hunc Electorem excitaſſe, & *precioſiſſimum hunc theſaurum* nobis donaſſe. Donum hoc ſit nobis *percharum*, ex charisſima manu divina proveniens. Hoc amemus & magnifaciamus, & *pro ipſius Sereniſſimæ Excelſitatis incolumitate* preces ad Deum aſſiduas fundamus. Sic exhortatur D. Paulus, ut ante omnia fiant deprecationes, obſecrationes, interpellationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, *pro regibus & omnibus in eminentia conſtitutis*, ut placidam & quietam vitam agamus cum omni pietate & honeſtate. Nam *hoc bonum & acceptum coram Deo Servatore noſtro.* (*1. Tim. 2, 2.*)

Te Magnũ Enſiferum, ſeptemq; virum, poſitũ extra Laudum omnes fines Subditq hic gaudens excipit omnis ovans.

Quocirca ſi quisquam veneratione, honore & amore dignus, certè Dominus *Elector noſter digniſſimus*, utpote qui *officio ſuo Electorali probè functus eſt*, & adhuc, *faxit Deus quàm diutisſimè, fungitur*. Curam enim geſſit pro Eccleſia Lutherana indefeſſam, multumque laboravit *pro Dei domo, pro cultu divino, pro religione ſartâ tectâ conſervandâ:* veramque religionem Lutheranam inter ſubditos ad poſteros adhuc ſtudet propagare. In hunc finem *idoneos Eccleſiæ doctores præfecit*, *Academias auxit*, *Scholas Electorales* conſervavit, ex quibus tanquam ex equo Trojano viri in Eccleſia utiles prodirent. Docentes in Eccleſia & ſcholis ut honeſtè ſuſtentarentur, mandavit, liberalitate & beneficentiâ ſuâ illos exhilaravit, *Conſiſtoria autoritate exaltavit*, Eccleſiarum viſitationes inſtituit, *Synodos convocavit*, quibus adminiculis diligens & neceſſaria Eccleſiarum & ſcholarum inſpectio conſervari poteſt. Cultus divini exercitia publica inſtauravit, *hæreſibus reſtitit*, omnia hoc fine, ut Eccleſiam in tranquillum ſtatum collocaret, quò in ſanctitate & juſtitia ſubditi Deo timore filiali ſerviant.

Scholæ ſunt equo Trojano ſimiles.

Cauſæ impulſivæ; quarum.

Digitized by Google

1 Mandati divini autoritas.

Hæc boni principis officia Dominus Elector divino auxilio præſtitit, & adhuc, faxit Deus quàm diutisſimè, præſtat propter ſequentes rationes; quarum I. *eſt Dei mandatum*, qui vult, ut magiſtratus faciat & cuſtodiat omnem legem; (Joſ. 1. v. 7.) & librum legis ſibi familiarem reddat; ut diſcat timere Deum, & cuſtodire verba & ceremonias, quæ in lege (Deut. 17. v. 18.) præcepta ſunt; vult etiam reges terræ erudire, ut Filium (Pſal. 2. v. 10.) oſculentur: vult elevari portas (Pſal. 24. v. 7.) terræ, ut rex gloriæ introeat.

2. muneris ſublimitas.

II. *Eſt muneris ἀκμὴ & ſublimitas.* Magiſtratus enim Politicus eſt cuſtos (Eſa. 44. v. 28. Jer. 49. v. 19.) utriusque tabulæ, & paſtor populi, qui ſubditis non tantùm de victu corporis & tranquillitate politica, ſed etiam paſcuis animarum ſalutaribus proſpicere debet.

3. Exemplorũ ſuavitas

III. *Piorum regum & principum exempli ſuavitas*; inter illos primarium locum obtinet Joſua, (Joſ. 24. v. 14.) qui devictis hoſtibus, terraque Chanaan jam diviſâ, populum ſuum, tanquam novos terræ incolas, ad ſerium veræ religionis ſtudium hortatus eſt. *David etiam cultum divinum* magno ſtudio promovit; arcam fœderis in (2. Sam. 6. v. 12. 1. Paral. 13. v. 12.) civitatem ſuam reduxit; vaſa aurea & argentea, hoſtibus erepta, Domino (2. Sam. 8. v. 11.) ſanctificavit; Levitas & Cantores inſtituit, & in certas (1. Paral. 16. v. 14. 23.) vices diſtribuit. Similia exempla *habentur in Salomone*, in Aſa rege Juda, 1. Reg. 15. v. 12. & 2. Paral. 14. v. 34 2. Paral. 15. v. 8. & ſeqq. nec non in *Joſaphato*, 2. Paral. 17. v. 6. cap. 19. v. 4. *In Joſua*, 2. Reg. 23. 2. Paral. 34.

Nunc Electori benedicite, dicite vota Enſiferoq; Duci! Dominq Elector officii ſui ſublimioris rationes perſolvit ſeqq. modis.

Quocirca ut horum exemplorum imitatio conſpiceretur, Sereniſſimus & Potentiſſimus Princeps ac Dominus, *Dominus JOHANNES GEORGIUS*, Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ & Montium Dux, Sacri Romani Imperii Archimarſchallus & Elector, hujus nominis PRIMUS, &c. Dominus noſter clementiſſimus, *cujus Sereniſſimam Excelſitatem nunquam ſine inſigni aliqua honoris præfatione nominarem*; niſi me verba ferè deficerent, officii ſui ſublimioris rationes inſigniter & ſingulariter perſolvit ſequentibus modis; & quidem;

I. In-

I. *In cultus divini interni promotione.* Huc pertinent ipſius Serenitatis Electoralis mandata Eccleſiaſtica, ut miniſtri Eccleſiæ ferventiori Zelo conciones pœnitentiales inſtituant, & ut ſubditi ſummâ devotione veram pœnitentiam maturent, precesque publicas majori frequentiâ & attentione celebrent. *I. In cultus divini interni promotione.*

II. *In cultus divini externi inſtitutione.* Huc pertinent mandata Electoralia; 1. *de Jubilæorum duorum celebratione*, quorum *alter quidem* in memoriam abrogati Papatus, cujus ξὺν Θεῷ initium factum eſt à Divo Luthero, anno. cIↃ IↃ xvII. die XXXI. menſis Octobris, ipſo die omnium Sanctorum profeſto; *alter verò in memoriam* confeſſæ Evangelicæ veritatis *in oblata Auguſtana Confeſſione* coram toto Imperio, anno cIↃ IↃ XXX. die 25. menſis Junii per Dei protectionem eſt peractus. II. *de intermiſſione laborum Supervacaneorum* & non neceſſariorum diebus feſtis ſolemnioribus, ut & diebus Solis. *II. In cultu divini externi inſtitutione.*

III. *In Schiſmatum deciſione*, quale fuit diſſidium inter Theologos Haſſiacos & Wirtembergicos; nec non ſchiſma Rathmanni Dantiſcani de efficacia verbi divini. *III. In ſchiſmatum deciſione.*

IV. *In fraudum Jeſuiticarum averſione*, quas detexit & confutavit *Pupilla Evangelica Electoralis* Saxonica oculatisſima, & ejusdem *Apologia illuſtris, nervoſiſſima & principalis*, de quibus jam ordine ξὺν Θεῷ dicendum. *Deus Archiguberna perducat* nos in omnem veritatem, per & propter *Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum*, Amen. *IV. In fraudum Jeſuiticarum averſione.*

CAPUT TERTIUM.

De

Senatus Eccleſiaſtici Dreſdenſis, nec non Theologicarum Facultatum in Academiis Saxonicis, Lipſienſi, Witebergenſi & Jenenſi conſiliis ſaluberrimis, quibus Sereniſſimus Saxoniæ Elector in conſervanda religione Lutherana uſus eſt.

SApientiores Philoſophi Rempublicam *nec ſine numine* gubernari, nec *ſine religione numinis* feli-

cem eſſe poſſe judicarunt. Idcirco (Lib.7.Pol. c.8) Ariſtoteles inter ea, ſine quibus civitas eſſe nequit, primo loco *curam de rebus divinis* ponit; nec non religionis (Lib.6 Polit.c 8.) gratiâ, in republica, *templa à magiſtratibus ædificanda* eſſe docet, omnemque cultum divinum piè conſervandum. Plato etiam præcipuam (lib.2. de Republ.) curam in republica *de religione* ſuſcipiendam monet.

Neceſſitas præſentia Theologorum orthodoxorum. Eorundem officium.

Ad nos Chriſtianos quod attinet, *Theologi orthodoxi ut adſint, neceſſe eſt*, qui curam peculiarem de religione conſervanda gerant. Quorum eſt, *verbum Dei purè docere*, Sacramenta legitimè adminiſtrare, *gregi attendere, ne lupi in ovile Domini irruant*; mores auditorum caſtigare & informare, ne Dei nomen inter hoſtes blasphemetur; *triſtes conſolari*, & omnia ſalutis obſtacula impedire; quæ omnia D. Paulus in epiſtolis ad Timotheum & Titum, ut & Act 20. præſcripſis. Auditores quoque fidei ſuæ commiſſos, *ad pœnitentiam ſeriò* exhortentur, nec non pro iiſdem indeſinenter orent. Hac ratione ex parte miniſtrorum verbi, doctrinæ Eccleſiaſticæ & religionis puritas per Dei gratiam poteſt conſervari.

Doctrina Eccleſiaſticæ puritas quomodo cõſervetur.

Ejusmodi *fideles Eccleſiæ doctores mittit Dominus & Servator noſter unicus, JESUS CHRISTUS*, qui aſcendit, idem dedit alios (Epheſ.4.v.11.) quidem Apoſtolos, alios verò Evangeliſtas, alios verò paſtores & doctores, ad inſtaurationem ſanctorum in opus adminiſtrationis, in *ædificationem corporis Chriſti*. Cùm diſtribuit (Pſal 68.v.15.) omnipotens reges in Eccleſia, *alba facta eſt, ſicut nix*. Currus Dei viginti (ibid.v.18.) millia, millia angelorum, *Dominus inter eos*, ſicut in Sinai in ſanctitate, *Dominus dedit ſermonem*, eorum, qui nunciabant, exercitus magnus eſt.

Gradus doctorum in Eccleſia diſtincti.

Ex his locis patet, *velle Deum*, ut ſint gradus officiorum in Eccleſia diſtincti, alii quidem *reges & ſuperiores*, Doctorum & Paſtorum munere fungentes; *alii verò exercitus Evangelizantium verbum Dei*: quorum illi, (1.Tim.5.v.17.) qui bene præſunt, *duplici honore digni ſunt*; qui fundamenta religionis ponunt, ſuperſtitiones evellunt, lupos ovium (Matth 7.v.15. Act.20.v.29.) pellibus incluſos ab ovili arceant; qui dæmonum furorem (Eph 6.v.16.) verâ fide, malitiam verbo, impetum precibus elidunt; *qui pugnanti-*

um

tim contra veram religionem animos & rationes conficiunt & confutant! quis poteſt, niſi Theologi, Spiritus Sancti numine & flumine, veraque verbi divini cognitione, animi (Luc. 21. v. 15.) magnitudine & ſapientiâ inſtructi.

Ejusmodi Theologos præſtantisſimos vidit *per Dei gratiam* noſtra ætas, qui *in aula Electorali Dreſdenſi* Senatum Eccleſiaſticum, & in Academiis Saxonicis Theologicas facultates repræſentant. *Theologos dico*, doctrinæ famâ celeberrimos, virtutum excellentiâ præſtantisſimos, vitæque innocentiâ ſanctisſimos. *Theologos dico*, qui admirandum ingeniorum acuminis, modeſtiæ, humilitatis, temperantiæ, candoris, omniumque virtutum lumen terras in omnes effuderunt: *Theologos dico*, qui in gravisſimis controverſiis expeditas deciſiones proferentes, nuncium mundo & hæreſibus mittentes, verboque Dei firmiter aſſentientes, *Eccleſiam, hoc eſt, veræ pœnitentiæ, ſinceræ in Deum fiduciæ, patientiæ, ſpei, novæq; obedientiæ arenam* † ingreſſi, eandem conſtanter ædificant. O quanta & quàm præclara ſunt hæc veræ ſanctitatis monumenta! quàm firma & quàm excellenter ab ipſis jacta quondam immortalitatis & gloriæ fundamenta! Quorum conſilio hactenus *per Dei clementiam feliciter uſus eſt Saxoniæ Elector Sereniſſimus*, non tantùm in cultus interni & externi reſtauratione & exornatione, ſed etiam in controverſiarum gravisſimarum dijudicatione.

χαπεγιω- γὴ ad noſtra tipora.

† *Eccleſia eſt vera pœnitentiæ, veræ fidei, novæ obedientiæ & omnium virtutum arena.*

Peculiaris hæc eſt laus, celebritas & dignitas Sereniſſimi & Chriſtianiſſimi Principis ac Domini, Domini *JOHANNIS GEORGII*, Saxoniæ Electoris, Domini noſtri clementisſimi. Nam in exortarum controverſiarum deciſione, noſtro tempore, *opus non erat Theologos alios ex longè diſſitis locis* evocare; *Dei munere & conceſſione Senatus Eccleſiaſticus* in aula Electorali Dreſdenſi, *Theologicæq; facultates* in utraque Academia, Lipſienſi & Witebergenſi, quibus *& Jenenſem addimus*, abundè ejusmodi Theologos præcellentisſimos præbuerunt, qui hæreſibus maſculè ſeſe opponerent, ortaq; diſſidia nervosè dirimerent.

Vive ô! Vive diu, Dux illuſtriſſime vive!

Macte Pater Patriæ tali virtute!

Nunc donet ſegetem Numen cæleſte ſenectam.

O beatum, vereq; ex aſſe beatum Dominum Electorem, cujus Sereniſſimæ Excelſitati Deus πολυέλεος tantos viros tribuit! *O beatum Dn. Electorem*, in quo tot virtutum ſigna, tot Chriſtianæ prudentiæ tabulæ ad admirationem affixæ, *tot laudum vexilla ad ſempiternam gloriam pendentia* conſpiciuntur.

Et quia deliberandum eſt diu, quod ſtatuendum eſt ſemel; * ſummis certè laudum præconiis ad cœlum uſque *extollenda Sereniſſimi Domini Electoris pietas & prudentia illa Chriſtiana*, antequam in rebus Eccleſiaſticis aliquid exorſus eſt vel perfecit, ſemper rerum gerendarum primordia *à Deo & piis precibus cepit*, nec non Theologos Senatus Eccleſiaſtici & Academiarum prædictarum convocavit, ut, quid agendum, quid omittendum, & quibus res perficienda fundamentis niteretur, in medium conſulerent. Hac ratione, *Deo dante, omnia evenerunt proſpera.*

* *Baſilius.* στεναγμοῖς καὶ φιλοπόνῳ προσευχῇ τὰς δεήσεις ποιεῖσθαι. *Gemitibus & aſſiduis votis preces ad Deum adhibeamus.*

Noſtro tempore celebrabatur triga Johannæa in Jenenſi Academia.

Vulgò dicitur, virtus unita fortior; omneque trinum perfectum; hoc fine *jucunda ſanè amicitia & ſuaviſſima animorum conjunctio* hactenus exculta, & etiamnum excolitur à Theologis in tribus ſupra nominatis Academiis; quos *Spiritus Sanctus* pacis vinculo poſt hac quoque firmiſſimè conjungat, ut conjunctis viribus *Domini prælium* prælientur, & *Domino JESU* plures animas lucrentur.

Præſtantiſſimorum illorum Theologorum † ſcripta & diſputationes oſtendunt, quòd *nullum ſit ſapientiæ genus*, quod ingenii magnitudine non ſuperaverint; *nulla ſacroſancta verbi divini doctrina*, quam admirabili judicio non penetraverint; ſubtiliſſimi *in rebus arduis*, prudentiſſimi *in periculoſis*, oculatiſſimi *in dubiis*. *Proh Deum immortalem!* qualia nervoſa ſcripta, didactica & polemica divulgaverũt, quibus *orbem Chriſtianum orthodoxum viritim* confirmaverunt, nec non Pontificios & Calvinianos *membratim* confutaverunt. Dei

† *Videantur Tomi locorum communium Theologicorum D. D. Gerhardi; ut & Confeſſio ipſius Catholica.*

Videatur Dn. D. Hülſemanni Breviarium in gratiam ſtudioſorum extenſum, nec non dialyſis ipſius apologetica contra Calixtum.

Dei igitur & Spiritus Sancti impulſu & directione, Dn. D. Matthiæ Hoë inventione & elocutione, cæterorumque Theologorum præcellentisſimorum conſiliis feliciter peracta ſunt, quæcunque in rebus ad doctrinam & cultum divinum pertinentibus, fuerunt hactenus rectisſimè & diligentisſimè confecta. *præcipuè* verò, in *deciſione Saxonica*, ejusdemque *Apologia*, nec non in *Pupilla Saxonicâ oculatisſimâ*, ejusdemque *principali Apologia*, ut & in ſcripto, Rathmanni ſchiſmati oppoſito.

Tibi Deo noſtro benedicto & glorioſo ſit laus, honor & gloria, quòd tam inſignes viros, quibus verbi tui propagatio, & Eccleſiæ tuæ Lutheranæ ædificatio curæ & cordi eſt, *excitaſti;* donis præcellentisſimis *exornaſti*, eosdemque in agnita verbi tui ſalvifici veritate *conſolidaſti;* largire quæſumus, tuam gratiam & benedictionem, ut labores ipſorum ſacroſancti in tuo nomine ſuſcepti, non ſint inanes, ſed *fructum afferant centuplum ad nominis tui SS gloriam*, & Eccleſiæ Lutheranæ incrementum.

Votum devotum.

CAPUT QUARTUM.

De

Precibus publicis, debitâ frequentiâ & attentione celebrandis.

De horis precationũ publicarũ ordinariis.

Piarum precum efficaciam B. Auguſtinus exprimit, dicens; oratio juſti eſt clavis cœli: *aſcendit precatio, & deſcendit Dei miſeratio.* Et ut Gregorius Nyſſenus de ſuo nobis aliquid largiatur; oratio corporum robur eſt, domus abundantia, juris & legum in civitate conſtitutio recta: regni vires, belli trophæum, pacis ſecuritas, diſſidentium conciliatio conjunctorum conſervatio. Oratio virginitatis ſigillum eſt, *matrimonii fides*, viatoribus ſcutum dormientium cuſtos. *vigilantium fiducia*, agricolarum fertilitas, navigantium ſalus: fatigatorum requies, *mœrentium conſolatio*, gaudentium animi delectatio; *lugentium ſolatium*, mœrentium funus; bonorum progreſſus & incrementum, malorum ſubverſio, peccatorum emendatio, *futurorum repræſentatio.*

Aug. ſerm. 216. de tẽp. Tom. 10.
G.N. lib. de orat. p.8. & p.9.

Numerabis 24. utilitates devotæ precationis.

Quod

Chryſ. hom. 5. de inc. Dei nat. Tō. 2. p. 402

Quod ipſum exemplum compreſſis declaravit Chryſoſtomus his verbis: *Vis orationis* vim ignis extinxit, *impetum leonum cohibuit*, bella compoſuit, prælia removit, tempeſtates ſuſtulit, dæmonia expulit, *cœli fores aperuit*, vincula mortis diſrupit, languores ejecit, offenſas repreſſit, *urbes terræ motu nutantes firmavit*, plagas cœlitùs irruentes, hominum inſidias, mala denique omnia delevit.

Pluviarum raritatem finiit, & earum charitatem conciliavit oratio anno 1616.

In cognoſcendis hiſce precationis devotæ effectibus *inter omnes excellit Sereniſſimus Dominus Elector*; ideoque majorem earum rationem habuit illo præſertim tempore, quo ceſſantibus pluviis, anno ſupra milleſimum ſexcenteſimum decimo ſexto, *ingens ſolis ardor & continuus aëris fervor*, gramina in hortis & pratis depaſcebat. *Deus enim cœlos claudebat*, (Deuter. 11. v. 17.) ut non eſſet pluvia, & terra proventum ſuum non ederet; cœlum factum tanquam ferrum, (Levit. 26. v. 16.) & terra noſtra reddita ſicut æs. *Deus enim advocabat ſiccitatem* ſuper hanc terram, & montes & (Hagg. 1. v. 11.) frumentum, & ſuper id, quod prolatura eſſet terra, etiam ſuper homines & jumentum; denique ſuper omnem laborem manuum: imbrem quoque (& pluvias) Deus à nobis (Amos 5. v. 7.) cohibuit. *Quia verò Deus quoque multùm miſericors mandavit*, ut in ejusmodi neceſſitate Seniores & omnes terræ habitatores (Joël. 1. v. 14.) ad ipſum clamarent; ideoque *Sereniſſimus Dominus Elector publicas preces* cum inſigni devotione celebrari juſſit: quæ *effectu ſuo quoque ſalutari* non caruerunt. Nam circa diem Jacobi, quæ erat 25. dies menſis Julii, ut & 14. 28. 29. 30. 31. Auguſti, die quoque Egidii, nec non per totam ſeptimanam, quæ feſtum Michaelis Archangeli ſolemne præcedebat, pluviæ frugiferæ ſunt ſecutæ, quibus terra noſtra jucundè refecta fuit & recreata. Pro qua exauditione precum noſtrarum *Deo Opt. Max. ſit laus, honor & gloria*.

Precum exauditio.

Oſſitii deflagratio 4. Julii 1616.

Quia verò, eodem anno *Oſſitium*, *nobilis illa Miſniæ civitas*, quarto die Julii, per incuriam civis cujusdam accenſa, *in tenues favillas redigebatur tota*; nec non in civitate Geithenſi, ipſo die ſexto Julii mox ſequente, domus quinquaginta & una, ſimili incen-

cendio peribant; ut & 17. Decembris die in oppido Lüzenſi *ad Epiſcopatum Martiburgenſem* pertinente, triginta novem domus cum viginti quinque horreis conflagrarunt; dominicâ etiam quartâ Adventus Dominici, quæ in XXII. Decembris diem incidebat, veſperi hora VI. *terræ motus* eodem anno audiebatur; & quia malorum nondum finis; dum anno ſubſequente cIↃ IↃcXVII. *ingens annonæ caritas incidebat*, adeo, ut menſura modii Rochlitienſis ſeptem florenis emeretur; homines quoque in Luſatiæ confinibus, *graminibus & arborum foliis* veſci cogerentur; proinde *Sereniſſimus Dominus Elector* nihil prius, nihil antiquius duxit, quàm ut *publicas preces per totum Electoratum* inſtitueret, quò Deus multùm miſericors in media ira miſericordiæ ſuæ memor, famem, incendia & alias pœnas averteret.

Incendium in civitate 1. Geithenſi & 2. Lützenſi. *Terræ motus præcedebat bellum Germanicum.* *Anno 1617. Ingens annona caritas.*

Duas igitur horas publicarum precum ipſius Electoralis Serenitas ſingulis ſeptimanis celebrari juſſit, anno 1617. quarum initium Rochlitii, ipſo feſto SS. Trinitatis, XV. Junii factum eſt. *Die Solis quidem & die Mercurii*, horâ XII. meridiana, tres campanarum pulſus faciendi, ut auditores convocentur *ad preces publicas ſummâ attentione* celebrandas. Congregatis auditoribus litania canebatur; & die Solis aures & corda ipſorum *feriebantur prælectione clarâ & perſpicuâ* capitis XXVI. ex Levitico, uſque ad verſum 45. die Mercurii verò capitis XVIII. Jeremiæ Prophetæ, uſque ad v. 17. *meditatione accuratâ*. Adjungebatur etiam peculiaris precationum formula, & cantionibus ſacris nec non benedictione divinâ actus finiebatur.

De horis precationum publicarum. Betſtunden angefangen. *1617. 15. Junii.*

Quia verò *propinquus eſt Jehovah omnibus invocantibus ipſum*, omnibus invocantibus ipſum fide; voluntatem timentium ſe efficit, vociferationem (Pſal. 145. v. 18.) eorum audiens, iisdem ſalutem confert; *ideoque preces illas publicas Deus πολύελε@* exaudivit, & annonæ caritatem clementer avertit. Nam poſt meſſem eadem menſura, cujus jam facta eſt mentio, duobus florenis, ejusdemque pars quarta dimidio floreno emta eſt. Nihilominus tamen publicæ preces continuabantur; *Magnæ enim divitiæ Spiri-*

Annona caritas poſt meſſem ceſſavit. *Locus communis de ſumma piarum precũ utilitate.*

tnales precum piarum aſſiduitate colliguntur, quarum copia mirabiles & ſalutares tempore conclamato *producit effectus.*

Motus bellici in Bohemia Anno 1618.

Quibus in Electoratu Saxonico preces ardentes ſunt oppoſita..

Ejusmodi tempus exulceratum *orbis Chriſtianus* expertus eſt ſequenti anno ſupra milleſimum ſexcenteſimum decimo octavo, quo factio quædam equitum & nobilium in Bohemia, Pragæ in arce regia, *Imperatoris Romani & Regis Bohemiæ locum tenentes* è feneſtris præcipitabant, militum conquiſitionem faciebant, & regnum Bohemiæ præſidiario milite ſub ſpecie defenſionis occupabant. Quia verò *ſeditio iſta in modum flammæ ardentis* ſeſe longè latéque diffundebat, certè Sereniſſimus Dominus Elector, *cui conſilia iſta ſeditioſa minimè placebant*, ad preces ardentes, ut hactenus factum, iterum omnes cordis cogitationes applicuit.

CoMetaVerVs IraDIVInæ propheta!

Cometa quoque virgam flammeam procerum & horribilem in has regiones projiciens, viſus eſt eodem anno, menſe Decembri, *ingentium malorum propheta*, non ſine multorum millium lacrymis & jactura. Creſcentibus igitur periculis bellicis in vicina Bohemia *crevit & auctus eſt* Sereniſſimi Domini Electoris *Zelus in ardentiori & ferventiori devotiſſimæ orationis ſtudio*. Quapropter

Tertia precum hora prioribus addita 1619

anno ſequenti cIↄ Iↄc XIX. *tertiam precum horam* prioribus quoque addidit *Sereniſſimus Dominus Elector*, ſexto ſeptimanæ cujuslibet die, qui à libertate, *qua Chriſtus nos liberavit*, nomen habet, celebrandam; cujus initium pari modo factum eſt ſtatim poſt SS. Trinitatis feſtum ſolemniter celebratum. Hoc enim voluit *mandatum* à Sereniſſimo Domino Electore *renovatum*, ut tribus illis diebus, Solis, Mercurii & Veneris *tres campanarum ſonitus cum tribus interjectis pulſibus* fierent. Convocatus verò hac ratione populus caneret unum ex ſequentibus ſacris cantionibus, ut ſunt; 1. Litania. 2. *Niſi Deus nos protegat*, furentibus tyrannis. 3. *Clemens mihi Jehova ſis*, pro maximis clementiis. 4. Ex inferis acclamo te, *audi Deus vocantem*, &c. Poſt cantionem prælegebatur populo iterum die Solis XXVI. caput Levitici, uſque ad verſum XLV. Die Mercurii pſalmus ſeptuageſimus quartus. Tertio verò ſupradicto die *IX. caput Jeremiæ, cum peculiari oratione devota*, in qua partes & exercitia veræ pœnitentiæ continebantur, ut Deus pecca-

Summa & argumenti mandati Sereniſſimi;

Quod continebat

I. Cantiones ſacras.
II. Textus biblicos.
III. Peculiarem orationem devotam.

peccata clementer remitteret, pœnaſque præſentes & æternas propitius averteret, prælegebatur. *Finitis precibus* adjiciebatur una cantilenarum ſacrarum ſequentium. 1. *Serva Deus verbum tuum.* 2. *Arx firma noſtra Deus* eſt & armatura fortis. 3. Niſi fuiſſet nunc Deus, ſic Iſraël recantet. 4. *Nobis benignus ſit Deus*, & dona præſtet æqua. Tandem publicus actus poſt lectionem precum, ut vocant, collectarum pro conſervatione & propagatione verbi divini & pacis publicæ, & pro averſione pœnarum, &c. publicâ benedictione finiebatur.

IV. Concluſionem per cantionem ſacram.

V. Ardorem precum collectarum.

Hæc verò non ita accipienda, quaſi reliquis diebus preces domeſticæ intermittendæ: minimè gentium. *Illæ enim preces publicæ*, ſingulari mandato Electorali clementisſimo inſtitutæ, *privatarum domeſticarum precum debebant eſſe inflammatio & incitamentum.*

Limitatio.

Ex precibus hiſce publicis emolumenti & commodi plurimum capiebat *Electoratus hic Saxoniæ inclytus. Deus* enim multùm miſericors, qui in noſtris tempeſtatibus noſtra *quoque eſt tranquillitas, aſylum & portus exoptatus*, Electoratum hunc clementer reſpexit, preces noſtras certisſimè exaudivit, & ſanctorum Angelorum præſidio nos cinxit, ut *pace omnium, quæ ſub Luna ſunt, rerum optima* frueremur.

Effectus piarũ precum.

Pſal. 91. Angelis ſuis mãdavit.

Verùm diabolus, hoſtis humani generis ἄσπονδος, felicitatem illam nobis invidebat, qui homines malè feriatos, inquietos & *in novas res avidos* excitabat, inſtanter urgentes, ut *edictum de reſtituendis bonis Eccleſiaſticis* publicaretur. *Magdeburgo quoque miſerandum in modum occupato & everſo*, belli periculum ingens his regionibus iterum imminebat, dum hoſtis teterrimus, neſcio quas cruces & tormenta illis minabatur. *Circumſtantia miſerandi illius temporis erat decimus dies menſis Maij* anni 1631. Poſtea ſequebatur irruptio militum in has regiones. Hîc denuò Sereniſſimus Dominus Elector *ad Deum Opt. Max. verum in anguſtiis opitulatorem, & † ad preces ardentiores & ferventiores recurrebat*; & ne religio

Diabolus pacis turbator.

Publicatio edicti, de reſtituendis bonis Eccleſiaſticis.

† κακοπαθεῖ τις ἐν ὑμῖν, προσευχέσθω. *Affligitur aliquis inter vos? oret. Jacob. 5. v. 13.*

ligio Evangelica pura & incorrupta, abominationibus Pontificiorum horrendis depravaretur, animæque & vita ſubditorum in ſummum diſcrimen conjicerentur, iterum *Piiſſimus & Chriſtianiſſimus Dominus Elector* clementisſimè mandavit, ut *ſingulis diebus preces publicæ*, horâ ſecundâ pomeridiana, *per totam ſeptimanam*, excepto die Saturni, in univerſo Electoratu Saxonico indicerentur & conſtituerentur, & illo quidem tempore & ordine, *quem* hactenus juxta mandatum Sereniſſimum & clementisſimum *boni omnes magni æſtimarunt*. Vidiſſes *certatim homines* magno numero *ad preces conſtitutas confluere!* Vidiſſes *lacrymas & vota cum ſuſpiriis de profundis facta* ad Deum, qui in tribulatione peccata omnibus remittit, qui toto corde & totâ animâ ad ipſum clamant. *Ipſi ſoli verici & miſericordi Deo ſit laus, honor & gloria*; vidit enim noſtra ætas *virtutem, vires, robur & fortitudinem noſtrarum precum*. Aſcendebat *ad Deum bonitate optimum* noſtra precatio, & deſcendebat ad nos *Dei miſeratio*. *Deo ſummè benedicto & glorioſo* noſtris precationibus devotis acceptas referimus *tres victorias inſignes*, quibus ille *ipſe præpotens Deus Sereniſſimum Dominum Electorem* & Eccleſias harum regionum gratis beavit, & quas nobis gratis donavit. Ab ipſo ſolo accepimus I. *Victoriam præclaram* in agro Lipſienſi circa Breitenfeldium pagum, anno cIↃ IↃc xxxI. die Reginæ 7. Sept. II. *Victoriam inſignem* prope civitatem Lützenſem anno 1632. ſexto die, Menſis Novembris, die Leonhardi. III. *Victoriam exoptatam* circa agrum urbis Lignitii in Sileſiâ, Anno cIↃ IↃc xxxIv. tertio die Maij ab hoſtibus reportatam, de quibus ξὺν θεῷ ſuo tempore. *Adimplevit igitur Deus* in nobis verbi ſui promiſſiones; *quæſivimus* (Pſal. 34. v. 8.) *Jehovam*, & exaudivit nos, ac ex omnibus pavoribus nos eripuit; qui in eum intuentur & confluunt ad eum, vultus eorum non confundentur. *Nos pauperes invocavimus, & Jehova exaudivit*, & ab omnibus anguſtiis nos ſervavit. *Reſpexit Dominus ad orationem derelictorum*, & non (Pſal. 102. v. 18) ſprevit deprecationem noſtram. *Conſcribatur hoc in generationem poſteram*, ut populus recreatus laudet Dominum. *Certè Deus exaudivit nos*; certè orationis noſtræ vocem attendit.

Singulis diebꝰ horâ II. pomeridianâ preces celebrandæ.

Zelꝰ auditorũ in frequentandis precibus publicis.

Virtus, vires, robur & fortitudo piarum precum.

Tres victoriæ hoſtiũ. 1. circa Lipſiam. 2. circa Lützam. 3. circa Lignitium.

Bene-

Benedictus ſit Deus, qui orationem (Pſal. 66. v. 19. & v ult.) noſtram à ſe non repulit, nec benign tatem ſuam à nobis avertit.

CAPUT QUINTUM.

De
Concionibus pœnitentialibus ad mandatum Sereniſſimi Domini Electoris ſeriò habendis.

INdividuo nexu cohærent *ſeria veræ pœnitentiæ exercitia, & publicarum precum tractatio aſſidua.* Deus enim (Joh. 9. v. 31.) peccatores non exaudit; videlicet, impœnitentes, qui non reſipiſcunt. *Mutet igitur vitam; & emendet in melius* iſta, quæcunque ſcienter & ignoranter deſignavit, & peccavit omnis, qui vult à Deo accipere auxilium & gratiam (Pſal. 63. v. 4.) omni vita meliorem. *Omnibus autem ſeria pœnitentia maximè eſt neceſſaria. Magnum enim*, dicente Lactantio, (lib. de opif. Dei c. c. 9. p. 524.) *eſt pœnitentiæ auxilium*, magnum ſolatium illa eſt vulnerum, & peccatorum ſanatio: *illa ſpes, illa portus* ſalutis, quam qui tollit, viam vitæ ſibi amputat; quia nemo unquam tam juſtus eſſe poteſt, ut non ſit ei pœnitentia neceſſaria. Et quod Ambroſius (in exhort. ad pœnit. Tom. 1. p. 236.) definiebat; Vis, frater, te à dubio liberari; vis, quod incertum eſt, evadere? *Age pœnitentiam, dum ſanus es*; quando enim tunc vis agere pœnitentiam, quando peccare non potes, *peccata te dimiſerunt*, non tu illa. Et quanquam, juxta Fulgentium (ad Ven. ep. 7. c. 7. p. 119.) *pœnitentia vera nunquam apud Deum eſt ſera*; in cujus conſpectu ſemper pro præſentibus habentur tam præterita quàm futura; *vis tamen, ut ſit fructuoſa*, dicente Auguſtino, (in Pſal. 51.) *non ſit ſera*; hodie te corrige; reus es, ille judex eſt; *corrige reatum tuum, & gaudebis ad judicem.* Hodie enim hortatur te, ne judicet te; & *qui judex tuus futurus eſt, is eſt hodie advocatus tuus.* Quid verò eſt pœnitentia, nisi anteacta flere, & flenda non iterum committere. *Nam qui ſic pecca-* *Auguſt. ad fratr. in Er. ſerm.*

Digitized by Google

peccata deplorat, ut iterum peccata committat, adhuc pœnitentiam agere ignorat. Nunquid, & qui diſſimulat, irriſor eſt & non pœnitens, quia adhuc agit, quod pœnitet? teſte eodem B. Auguſtino. Ut autem ſalutaris fiat vera pœnitentia, *fides in Chriſtum accedat.* Quamvis enim delinquentium grandis ſit culpa; fidei tamen major eſt gratia; quia *plus eſt credidiſſe Chriſto, quàm deliquiſſe mundo;* theſauris omnibus opulentior fides, teſte Ambroſio, (Ser. 45. T. 3. p. 344. Et lib. 3 de Virg. To. 1. p. 134) Si itaque fides fundamentum eſt pœnitentiæ, præterquam nihil eſt, quod bonum ſit; appetenda eſt pœnitentia, *quam conſtat in fide eſſe fundatam.* Pœnitentia itaque, quæ ex fide non procedit, utilis non eſt. Oportet autem credere remedium pœnitentiæ à Salvatore concedi, definiente Auguſtino de vera & falſa pœnt. cap 2.

Quomodo pœnitentia ſalutaris fiat?

Hæc omnia apud animum æquisſimâ lance perpendebat *Sereniſſimus & Chriſtianiſſimus Dominus Elector noſter*, ideoque omnes ſubditos cum precibus indefeſſis *veram quoq; pœnitentiam debere conjungere*, ſeriò ſtatuit. Et quamvis ipſius Sereniſſima Excelſitas ſtatim anno ſupra milleſimum ſexcenteſimum decimo ſeptimo, finitis concionibus *certam formulam prælegi juſſerat*, qua omnes auditores ad pœnitentiam veram ſeriò agendam admonerentur, *idq; Dei Opt. Max. & Sereniſſimi Saxoniæ Electoris nomine:* attamen *peculiare* * *mandatum clementiſſimum* ipſius Sereniſſima Excelſitas anno clↄ Ↄↄc xxvI. per totum Electoratum publicari juſſit, ut die ſexto cujuslibet ſeptimanæ; *peculiares conciones pœnitentiales haberentur*, ex Pſalmis ſeptem pœnitentialibus, ex cap XXVI. Levitici, ſeptimo & undecimo Pſalmo Davidis; ex c. 1. 3. 5. 28. 50. Eſaiæ: ex cap. 2. 3. 4. 5. 7. 9. Jeremiæ; ex cap. 4. 11. Hoſeæ; ex Propheta Joële, Amos, Jona & Micha. Ex his & aliis textibus Sacrarum literarum *præcepit ipſius Electoralis Serenitas, ut tota doctrina de vera pœnitentia* clarè & perſpicuè auditoribus proponeretur, paſtoresque *peccata & ſcelera auditorum ſeverè ex verbo Dei taxando*, graviſſimis verbi divini dictis reprehenderent, ut *epicureiſmus* hac ratione & *ſecuritas iſta carnalis* ex animis radicitus quaſi evellerentur. Quô

Hactenus dictorum οἰκείωσις πρὸς τὸ ἔργον.

Anno 1617. formula admonendi ad veram pœnitentiã prælecta.

Textus biblici præſcripti.

* *Mandatum clementiſſimum anno 1626. promulgatum de concionibus pœnitentialibus habendis.*

Quò verò *omnia cultus divini impedimenta* removerentur, *Sereniſſimus Dominus Elector* ulterius præcepit, ut magiſtratus politicus omnes actus judiciarios die illo ſexto, *tempore audiendis concionibus pœnitentialibus destinato*, intermittere; opifices quoque officinas ſuas clauſas retinerent, omnesque emtiones & venditiones prohiberentur & omitterentur, donec *conciones pœnitentiales cum precibus publicis eſſent peractæ*, & ad finem perductæ.

Sub concionum pœnitentialium celebratione, omnia impedimenta removenda.

Luctum quoq; publicum ubique inſtitui, *Sereniſſimus Dn. Elector* in mandatis dedit, quò *veræ pœnitentiæ ſigna ubiq; locorum eſſent conſpicua*; & ne *instrumenta muſica* cum choreis in congreſſibus eorum, qui artes mechanicas tractant, ut & in clandeſtinis & privatis conventibus, & in iis locis, ubi cereviſia vendebatur, audirentur, *ſub pœna graviſſima* prohibuit.

Institutio luctus publici.

Vita enim nostra concionibus verbi divini debet eſſe conformis: & quicquid Deus in Decalogo nec non divinis ſuis comminationibus prohibet vel demandat, id *omni reverentiæ, obſervantiæ & novæ obedientiæ ſtudio* debemus * in actum producere.

* *Locus communis. Res religionis nostræ conſiſtunt non in verbis ſed piis factis*

Hanc concionum pœnitentialium ordinationem Deo placuiſſe, certè ſtatuendum eſt. *Dominus enim per vitam & eſſentiam ſuam divinam jurat*; (Ezech. 33 v 11.) ſe peccatoris mortem nolle, ſed velle, ut impius convertatur & vivat. Quemadmodum igitur *Deus converſione hominis peccatoris delectatur*; pari modo Sereniſſimi Dn. Electoris ſanctiſſimam concionum pœnitentialium conſtitutionem Eccleſiaſticam mirificè approbavit; & econtra *illos graviter punivit*, qui conciones illas ſaluberrimas pro nihilo putarunt & flocci fecerunt. Experientia docuit, *vitæ & bonorum jacturam ejuſmodi contemtores feciſſe*, *nec non domus ipſorum ignibus ultricibus eſſe conſumtas & direptas*. Impii enim non (pſal. 1. v. 5. 6.) conſiſtunt in judicio; via ipſorum perit. Ne erretis, Deus ordinationis ſuæ non patitur contemtores conſiſtere! *Deus non irridetur*, ut gentium doctor monet (Gal. 6. v 7.) graviſſimè.

Divina approbatio ordinationis concionum pœnitentialium.

CAPUT SEXTUM.

De

Jubilæis duobus Lutheranis Evangelicis, quorum primus doctrinę repurgationem, per B. Dn. Lutherum factam concernit.

S*Piritus Sanctus ad Dei laudes & gloriam prædicandam* populos exhortatur; *Jubilate Deo*(*Pſal 66.*) omnes incolæ terræ, Pſallite gloriam nominis ejus, apponite gloriam laudi ejus; *dicite Deo*, quàm reverendus es factis tuis propter amplitudinem roboris tui: omnes incolæ terræ incurvent ſe tibi, & pſallant tibi: venite & videte opera Dei. Et iterum: *Jubilate Deo* omnes incolæ (*Pſal.100*) terræ; colite Jehovam cum lætitia; venite in conſpectum ejus cum cantu. Agnoſcite Jehovam eſſe Deum. *Canite Jehovæ* canticum (Pſal. 96.) novum, canite Jehovæ univerſa terra. *Canite Jehovæ*, benedicite nomini ejus, prædicate de die in diem ejus ſalutare. Narrate in gentibus honorem ejus, in omnibus populis mirabilia ejus opera. Et alio in loco: *Cantate* (Pſal, 98.) *Jehovæ* canticum novum, quia opera mirabilia fecit. *Salutem ei attulit dextera ipſius*, & brachium ſanctitatis ipſius. Notam fecit *Jehova ſalutem ſuam*, ante oculos ipſarum gentium juſtitiam ſuam revelavit.

Quibus verbis *Spiritus Sanctus* indicat, *velle Deum*, ut in ipſo (Phil.4.v.4.) gaudeamus indeſinenter, ob beneficia nobis præſtita; & ut ipſi fructum labiorum ſacrificia (Hoſ 14.v.3. Hebr 13.v 15.) laudis & gratiarum actionis propterea offeramus, quia *opem mirabilia nobis exhibuit*, non tantùm in verbi revelatione & hæreſium abolitione, ſed etiam in Verbi & Sacramentorum conſervatione. *Salutem enim nobis attulit ipſius dextera* noſtris temporibus, quibus *duo feſta Jubilæa* per ipſius gratiam celebravimus, ſic præcipiente & volente *Electore Saxoniæ Sereniſſimo*, qui ob id judicatur in ſummo felicitatis gradu conſtitutus, quòd *divina conceſſione* in-

ne inſtituit *duo feſta Jubilæa Evangelica*, *& ipſius Electoralis Serenitas ea vidit, qvæ nemo unqvam in his terris poſtea viſurus eſt.* Neqvaqvam enim veriſimile eſt, hunc mundum adhuc centum annos duraturum.

Qvocirca iterum dico, *magnum eſt* gaudium, *major* dignitas, *maximum admirandum, imò maximi admirandi beneficii loco* ducendum, qvòd *Sereniſſimus noſter Elector celebravit ſummo cum gaudio, & vidit duo illa feſta Jubilæa*, qvæ nemo anteceſſorum vidit, neqve qvisqvam unqvam viſurus eſt. *Expertus eſt qvidem* Serenisſimus Saxoniæ Elector, Dn. *Fridericus Sapiens* initium repurgatæ doctrinæ, *à Deo per B. Lutherum factæ*; audivit confesſionem *R. P. Dn. D. Lutheri* anno M.D. XXI. in Comitiis illis Wormacenſibus ſolemnibus: *ſed propagationem* & conſervationem ejus non vidit. *Beatior igitur Sereniſſimus Saxoniæ Elector, Dn. JOHANNES GEORGIUS*, qvi propagationem & conſervationem verbi divini eſt expertus. *Sereniſſimi Dn. Electoris dignitas & ſumma celebritas. 1. Confertur tempori Friderici Sapientis Electoris.*

Magna eſt dignitas Serenisſimi Electoris Saxoniæ, Domini Johannis, qvòd anno M. D. XXX. *Auguſtanam Confeſſionem* conſcribi jusſit, *qvam invictisſimo Romanorum Imperatori* ſimul cum aliis Principibus Evangelicis proteſtantibus & confeſſoribus animo imperterrito obtulit. *2. Tempori Electoris Saxoniæ Dn. Johannis.*

Verùm gaudio gaviſus eſt noſter Sereniſſimus D. Elector longè majori, qvòd *divinâ favente & dirigente gratiâ*, hæc dignitatum momenta, hæc *admiranda Saxonica, & beneficia divina*, ſummis & publicis laudum præconiis *poſt centum annos celebranda, à DEO præpotenti, ipſius Electorali Serenitati reſervata & concredita ſunt: Huic ſoli Deus omnipotens largitus gratiam & dignitatem illam, ut ſuo exemplo laudabili aliis Evangelicis Eccleſiis in Germania præluceret*, qvo eodem tempore cum † Ecclesiis Electoratus Saxoniæ *eadem Jubilæa feſta Evangelica* ſolenniter celebrarent. *Beatus igitur Sereniſſimus Dn. Elector noſter, cujus Electorali Serenitati celebrandorum Jubilæorum inſtitutio à Deo conceſſa fuit*; qvæ etiam per Dei benedictio- *Honorantes me honorabo. 1. Sam. 2. v. 30.*

Y

† *Cum Eccleſiis Electoralibus Saxonicis in Germania univerſa omnes Evangelici duo illa feſta Jubilæa ſolenniter celebraverunt.*

ctionem feliciter & ſummo Evangelicorum gaudio fuerunt peracta.

De Primo Jubilaeo.

Iſraëlitarū proprium fuit, in feſtis ſolemnibus Deum celebrare. Dn. D. Hoë in peculiari libro; in titulo dicit. Paraſceve ad ſolennitatem Jubilaeam Evangelicam.

SOlemne olim fuiſſe populo Iſraëlitico ſcimus, *ut erepti è ſervitute diuturna, aut perſecutione & tyrannide* truculentorum hoſtium *liberati*, aliisve defuncti gravioribus periculis, non tantùm ad privata & domeſtica religioſæ & devotæ pietatis ac gratitudinis exercitia ſe converterent, *ſed & dies feſtos cum jubilo ſolenniter* agerent, hymnisqve ac cantionibus ſacris, exultationis & lætitiæ ſpiritualis plenis, *præpotentis Dei bonitatem & miſericordiam*, in publica congregatione, certis temporibus celebrarent. Pari qvoqve ratione nos, qvi *præpotentis Dei miſericordia & bonitate* ex vinculis ſpiritualibus Antichriſti Romani, ſervituteqve iſta traditionum humanarum & invocationis, cultusqve Sanctorum demortuorum idololatrici horrenda & abominabili, *per B. Lutherum, Germaniæ noſtræ Evangeliſtam & doctorem Eccleſiæ incomparabilem, liberati ſumus*, ob tantum beneficium exultavimus & lætati ſumus *in Domino*, anno MDCXVII. tribus feſtis diebus ſolemnibus, ultimo videlicet Octobris, primo & ſecundo die Novembris, atqve *ſeculi præteriti, verè Evangelici memoriam, Jubilæo Evangelico*, gratis animis, viva voce & literis, *æternitati conſecravimus.*

Qvod qvidem opus, *ut ad Dei præpotentis gloriam, nec non Eccleſiæ Lutheranæ Evangelicæ* emolumentum & incrementum, ſolemni cum feſtivitate† per omnes Electoratus Saxonici oras, eoqve pertinentes regiones, perageretur, *curæ inprimis fuit Sereniſſimo & Potentiſſimo Principi ac Domino, Dn. JOHANNI GEORGIO, Sacri Romani Imperii Archimarſchallo & Electori*, &c. Domino noſtro clementisſimo. Ipſius enim Sereniſſima Excelſitas, pro ea, *qvæ eſt pietate & zelo religionis Evangelicæ commemorabili*, non modò ad omnes Eccleſias Electoratus ſui reſcriptum eâ de re clementisſimum transmiſit, ut XIX. Dominicâ poſt Trinitatis feſtum, *ſolennitas illa populo Saxonico & auditoribus* annunciaretur, *ſed ſimul etiam modum omnem*, in hac ſacratisſima ſeculari *celebrandâ Panegy-*

gyri, ſingulari ſtudio ac curâ *clementisſimè præſcripſit*. Et meritò qvidem *illo tempore gratioſo Elector Serenisſimus* in eam præcipuè curam incubuit, ut, qvod *beneficium doctrinæ cœleſtis immenſum*, his terris & regionibus, ac conſeqventer aliis plurimis regnis & principatibus, ſub laudatisſimis majoribus ſuis, *à DEO præpotenti ante centum* annos, datum & conceſſum eſſet, idipſum *gratâ & ſolenni memoriâ, ipſius Serenisſima Excelſitas*, cum univerſis ſubjectarum ditionum incolis, illo præſertim jam nominato anno ad finem decurrente, proſeqveretur. *Beneficia divina gratâ mente agnoſcenda & prædicanda publicè.*

† *Pſal. 95. Venite, exultemus Domino, jubilemus Deo ſalutari noſtro. Præoccupemus faciem ejus in confeſſione, in Pſalmis jubilemus ei.*

Annus enim ſupra milleſimum qvingenteſimum *decimus ſeptimus verè fuit annus ſalutis*, qvo Athleta ille Chriſti fortis & magnanimus, *B. Lutherus*, cum Antichriſto Romano, *Spiritus S. auxilio fretus*, congredi, ejusqve fraudes & impoſturas detegere, *regnumq; aſtu & violentiâ*, per omnes orbis Europæi provincias longisſimè prolatum, *magno, excelſo & imperterrito animo*, oppugnare primùm, ac intrepidè *ſucceſſu* exoptato convellere cœpit. *Hiſtorica narratio de anno 1517.*

Eſt igitur & manebit eo nomine ad omnem ſeqventem memoriam *inſignis dies, XXXI. isq; ultimus menſis Octobris.* Illo enim tempore Johannes Tezelius, ordinis Dominicani monachus, indulgentias papales prodigioſas, in hisce regionibus circumferebat venales impudentisſimè. *Contra ipſum B. LUTHERUS, vir Dei, ſanctæ & glorioſæ recordationis, pio & ardenti zelo à Spiritu S. inflammatus*, capita qvædam diſputationis, contra indulgentias papales, *in Academia Witebergenſi*, ad valvas Templi arcis publicè affixit, & *Spiritu Domini roboratus* propoſuit, in qvibus & nundinationes iſtas indulgentiarias reprehendit liberè, & putidam illarum vanitatem *ex verbo Dei demoſtravit ſolidisſimè.* Hoc fuit initium, hoc fuit fundamentum, & *tuba prima Jubilæa* certaminis, in cauſa religionis, confesſionis ac ſalutis æternæ multarum myriadum animarum, acerrimi, qvod *B. Lutherus*, *Dies 31. Octobris eſt DIes ſoLeMnIs annI VerI IVbILaI: & qvidem, AnnI IVbILaI D. LVtherI prIMI.* *Tuba prima Jubilæ*

Vir ſine vi ferri, vi verbi & inermibus auſis

in ſeqventibus annis, *Dei adjutus auxilio*, ſubiit, *dum unus, ſpretâ &* *Admirandum Divi-*

vum Saxonicum.

abjectæ conditionis homo, contra tot ſummos ac potentisſimos hoſtes cohorteſque aulæ Pontificiæ infeſtisſimas, *invictus in acie ſtetit*, profligatisque & ejectis ex orbis & Eccleſiæ Chriſtianæ finibus, tot abſurdisſimarum opinionum ac corruptelarum monſtris † *AUREUM, imò plus quàm AUREUM SECULUM, divinâ gratiâ adjuvante*, nobis & feræ, ſi quæ futura erit, poſteritati *condidit*. * *Hic igitur dies ille fuit, eſt & erit*, quem nulla delebit oblivio, qui nobis & poſteris noſtris μνημόσυνον erit in perpetuum, *quem aliquando in vita æterna celebrabimus ſolennem DEO TRIUNI, DEO noſtro benedicto & glorioſo*, in generationibus noſtris piè defunctis, & ad vitam ſempiternam reſuſcitatis, immixti choris Angelorum & Archangelorum, *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Zebaoth canentium, cultu ſempiterno.*

† *Plus quàm aureum Jubilæi Lutherani ſeculum.*

* *Pſal. 118. v. 24. Hæc eſt dies, quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea.*

Modus celebrati Jubilæi primi.

Sereniſſimi Domini Electoris mandato, celebrati *Jubilæi primi* modus præſcriptus ille fuit. Ad diem. XXVI. menſis octobris, *qui fuit Dominicus*, feſtivitas *illa Jubilæa ſolennis*, in publica Eccleſiæ congregatione, ubique locorum fuit denunciata. Die ejusdem menſis XXX. *profeſtum fuit celebratum*, horâ I. pommeridianâ, quâ omnes officinæ mechanicæ fuerunt clauſæ, & omnes emtiones & venditiones ex præſcripto Sereniſſimi Dn. Electoris fuerunt prohibitæ. *Sequens verò Dies Magnus*, quem *B. Lutheri diſputatio* contra papatum *prima*, ante annos centum præcipuè *nobilitavit*, XXXI. videlicet octobris dies, cum utroque inſequente proximo, nempe 1. & 2. Novembris, *more aliorum feſtorum Majorum*, toti feriati ſunt. Singulis diebus feſtis illius tridui maximè ſolemnis, binæ habitæ ſunt conciones; *feriâ primâ* manè ex cap. XII. Danielis, loco Evangelii; veſperi ex Pſalmo LXXVI. juxta numerum Hebræorum, loco epiſtolæ. *Feriâ ſecundâ* manè ex Apoc. c. XIV. verſiculus VI. uſque ad XIII. verſum, loco Evangelii: Veſperi pſalmus LXXXVII. loco Epiſtolæ. *Feriâ tertiâ* ordinariæ Evangelii & Epiſtolæ Pericopæ explicatæ; quia illa in Dominicam XX. poſt SS.

Dies Magnus.

Conciones ſex Jubilææ ſunt per triduum celebratæ.

Tri-

Trinitatis feſtum incidebat. In quibusdam etiam locis Pſalmus XLVI. vel XLVIII. pro concione eſt explicatione illuſtratus. *Et celebrata fuit illorum dierum feſtivitas religioſè, more, inſtitutoq; Eccleſiæ Lutheranæ verè Chriſtiano, Sacratiſſimo ſcilicet epulo Corporis & Sanguinis Dominici;* ſelectis præterea hymnis & canticis ſacris, quibus æterni & nunquam ſatis laudati Dei miſericordia & bonitas immenſa fuit prædicata. Acceſſit etiam *peculiaris precatio devota,* ex præſcripto & mandato Sereniſſimi Dn. Electoris *ad Deum facta & directa,* ut videlicet *hoc feſtum Jubilæum ipſius Serenitati & toti Eccleſiæ Lutheranæ ſit & maneat fauſtum & feliciſſimum,* & cedat *in Divini nominis gloriam, & Eccleſiæ* afflictæ ſolatium, gaudium & incrementum.

His ſacris Eccleſiaſticis triduanis acceſſerunt in *Lipſienſi & VVitebergenſi Academiis orationes & diſputationes ſolennes* per inſequentem hebdomadam integram, quibus & tenebræ ſuperiorum temporum horrendæ *ob oculos juventuti* fuerunt poſitæ, & viciſſim *lux oſtenſa doctrina cœleſtis, in præcipuis fidei Chriſtianæ articulis ſplendidiſſima,* ut & inſigne hoc Dei præpotentis beneficium gratis animis agnoſcerent univerſi, & ad cuſtodiendum ſacrum illud depoſitum, verbique ſalvifici theſaurum incomparabilem, magis magisque hoc modo excitarentur.

Qua ratione Serenitas Electoralis hoc feſtū celebraverit?

Ad Sereniſſimum igitur & Chriſtianiſſimum Dominum Electorem noſtrum quod ſpectat, ſingulari Zelo divino & devotâ attentione ipſius Sereniſſima Excelſitas hoc feſtum ſolemne celebravit. Die profeſto Serenitas Electoralis cum conjuge Sereniſſima & aulicis quibusdam *confeſſionem ſuam edidit,* & peccatorum ſuorum abſolutionem *juxta Dn. JESU Servatoris noſtri inſtitutionem* verâ in Chriſtum & ipſius promiſſionem fiduciâ accepit. *Die inſequenti magno, 31. octobris,* finitâ concione matutinâ *uſa itidem eſt ipſius Electoralis Serenitas cum conjuge Sereniſſima* & reliquis aulicis ſacrâ συνάξει, non tantùm in *certiſſimum pignus acceptæ remiſſionis peccatorum,* & promiſſæ vitæ æternæ; verùm etiam *confeſſionem ſuam publicam edidit,* quòd ipſius Serenitas Electoralis cum conjuge Sereniſſima & liberis illuſtriſſimis, conſiliariis intimis & au-

Digitized by Google

licis, ἑλοψύχως & *cordetenus ſit addicta puræ & incorruptæ doctrinæ, quam B. Lutherus ex ſolo Dei verbo & illius fontibus limpidiſſimis* protulit, & quòd Sereniſſimus Dominus Elector *cum bono Deo manſurus ſit hujus doctrinæ Lutheranæ uſque ad ultimam Sanguinis guttulam propugnator acerrimus.*

Hæc omnia accepi ex relatione maximè Reverendi & Nobiliſſimi Theologi, Dn. D. Matthiæ Hoë ab Hoenegg, piæ memoriæ & felicis recordationis.

Exemplum hoc laudatiſſimum *Sereniſſimi Domini Electoris nunquam ſatis laudandi*, ſecuti ſunt ſubditi ubivis locorum, magno numero. Viderunt omnes verè pii *ubiq; confluentes ad conciones verbi divini* devotè audiendas, *Chriſtianos certatim & ubertim; magno numero* viſi ſunt auditores *ardenti Zelo uti Sacratiſſimâ cœnâ Domini & Servatoris unici.* Viſi ſunt plurimi auditorum per omnes tres dies ſolennes, *habitaſſe in domo Dei noſtri magis*, manſiſſe in templo ſacro horis antemeridianis & pommeridianis, *potus & cibi temporalis obliti, mannam illam cœleſtem & potum verbi conſolationum ſaluberrimarum ſummo deſiderio deſiderantes.* Hoc eſt gaudium verè ſpirituale, *hic ille prægustus vitæ æternæ ſuaviſſimus; hæc illa lætitia & exultatio inſignis*, quæ Sereniſſimum Dn. Electorem noſtrum mirificè exhilaravit.

Antitheſis de Jubilæis Pontificiorum.

Verùm qualis eſt Pontificiorum exultatio? Videntur ibi homines apoſtatæ, qui *veram in Chriſtum fidem* abjurarunt, veri Dei & verbi ipſius ſalvifici hoſtes facti, ad ſtatuas ſanctorum demortuorum concurrunt, ad pompas perſicas cultus miſſatici congregati, *præſentiâ & uſu ſuo furtum & abrogationem calicis benedicti* in Cœna Dominica contra manifeſtam Chriſti inſtitutionem confirmantes, Antichriſtum Romanum & idolum ipſius miſſaticum adorant, & ad ſanctorum demortuorum *interceſſiones vanas & inanes* confugiunt. Quamvis igitur in Pontificiorum Jubilæis & pompis perſicis millia hominũ conveniant, & antiſignani illorum talem concurſum cum lacrymis, præ gaudio putativo effuſis contemplentur; *iſtorum tamen zelus & cultus eſt & manet abominatio coram Deo;* nam fruſtra Deum colunt, docentes ἐντάλματα ἀνθρώπων: cùm tamen hac ratione, nec ore, nec labiis, multò minus corde Deum honorent. No-

Noſtræ verò congregationes. *noſter quoq; cultus & zelus Deo noſtro benedicto & glorioſo certiſſimè placent*; quia zelus ille cum ſcientia *ſolo verbo Dei nititur*, & ex verâ in Chriſtum fiducia proficiſcitur, nec non juxta normam verbi divini Pſal. 19. inſtituitur & perficitur. Hac ratione *per Dei gratiam jubilæus hic noſter*, ad exemplum Sereniſſimi Domini Electoris & ejusdem mandati, ſolenniter eſt uno & eodem tempore & die celebratus in *utroque regno Daniæ & Sueciæ* ampliſſimo, in Electoratu Palatino & Brandenburgico, in ducatibus inclytis Domus Saxonicæ principalis; in ducatu Coburgenſi, Iſenacenſi, Altenburgenſi & Vinarienſi. Similiter factum in Ducatu Brunſuicenſi & Lunæburgenſi, in Ducatu Würtembergenſi; in Archiepiſcopatu Magdeburgenſi, in Marchionatibus Dn. Chriſtiani, & Dn. Johannis Erneſti, Marchionum Brandenburgenſium: in Ducatu Pomeraniæ & Ducatu Megaloburgenſi, in Ducatu Holſatiæ, in Archiepiſcopatu Bremenſi, in Epiſcopatu Halberſtatenſi; ab omnibus Comitibus & Baronibus Evangelicis, in Romano Imperio, ad prædictos Electoratus, Ducatus & Principatus pertinentibus, quibus addendæ ſunt Præcipuæ Romani Imperii urbes imperiales & maritimæ. *Faxit verò is, qui noſtræ felicitatis & ſalutis univerſæ fons eſt*, ut, quæ *lux verbi cœleſtis* ſplendore ac claritate tantâ noſtris temporibus affulſit, *eadem nobis & poſteris* noſtris perpetua ſit, & magno cum incremento doctrinæ ac confeſſionis ſincerioris Evangelicæ, in futura ſecula diffundatur.

Ezech. 20. 6. 19. Pſal. 19. 5. 5.

Admirandum Evangelicum.

In univerſa Germania, in omnibus Eccleſiis Evangelicis, feſtum hoc Jubilæum ſolenniter eſt celebratum.

CAPUT SEPTIMUM.

De

Secundo Jubilæo Magno, qui imperterritam Auguſtanę Confeſſionis oblationem concernit.

INiquo animo tulerunt Jeſuitæ Pragenſes non tantùm, utpote Pater Colowrath, & Pater am Ende, ſed & alii, * *jubilæi noſtri primi celebrationem*, contendentes, illius inſtitutionem pertinere ad Romanum Pontificem, & non

& non ad Magiſtratum Politicum. Verùm *ſacræ literæ* aliud teſtantur. Nam Pharaone, aquis in mari rubro ſuffocato, non Aaron Pontifex, *ſed Moſes*, populi Iſraelitici *Dux jubilaum* inſtituit. *Moſes* enim, cùm Deus brachio dexteræ ſuæ omnipotentis ex Ægyptiaca ſervitute gravisſima, per plurima, eaque ſtupenda miracula, populum Iſraëliticum eduxit glorioſiſſimè; *Moſes*, inquam, *ſolennitatem jubilæam* inſtituit, illoque feſto ſolenni pariter atq; † *hymno panegyrico lætisſimo, mirandam* illam populi afflictisſimi *liberationem divinam*, ad omnium hominum *memoriam nobilitavit*. *Effuſa tum eſt in læticiam* & plauſum populi Iſraëlitici *multitudo univerſa*, cùm inter fluctus maris ſuſpenſos, ceu ſcopulos imminentes ſublimes & terrificos *ſe vidit incolumem* traductam, *magnâ Dei virtute, magno & inaudito miraculo*; cùm hoſtium aſpexit truculentisſimorum catervas, undarum verticibus æſtuantium procul abreptas, & cum equis & curribus disjectas, per vaſtisſimum mare, ſine numero.

* *Maximè Rev. & Nob. Theol. Dn. D. Hoë, conc. 1. jubilæa anno 1617. celebrata p. 56.*

† *Exod 13. v. 3. Mementote diei hujus. Exod. 15. tunc canens Moſe & Iſraëlis filii, cantabo Jehova, eò quòd admodum excelluit, equum & ſesſorem ejus in mare dejecit.*

Effuſi tunc in læticiam, in jubila & tripudia viri & mulieres, pueri, innuptæque puellæ, *hymnum cecinerunt Deo ſoſpitatori ſuo*; Cantabo Jehovæ, eò quòd admodum excelluit, equum & ſesſorem ejus dejecit in mare. *Robur meum & carmen Dominus*, qui fuit mihi ſaluti; Jehova eſt bellicoſisſimus! Dextera tua, Jehova, hoſtes confringit. Quis eſt ſicut Tu inter fortisſimos, Jehova? quis ſimilis tui, *magnificus ſanctitate?* reverendus laudibus? mirificus, ſive *faciens mirabilia?* Exod. 15.

Pſ. 118. 16. Dextera Domini exaltata eſt; dextera Domini fecit virtutem.

David rex Iſraëlis feſtum jubilæum inſtituit.

2. Sam. 6. v. 5. 6.

Pari modo *David rex Iſraëlis* potentisſimus feſtum *Jubilæum inſtituit*, & ſolenniter celebravit, cùm arcam Dei in civitatem ſuam Jeruſalem deduceret. *David* enim & tota domus Iſraëlis geſtiebat præ læticia coram Jehova, cum quovis inſtrumento è lignis abiegnis, nempe cum citharis, & cum nablis, & cum tympanis, & cum ſiſtris & cum cymbalis. Erant autem, cùm progresſi eſſent,

eſſent, *portantes arcam Jehovæ*, ſex greſſibus, ut ſacrificaret boves & pinguia ſacrificia. *David autem* ſaltabat omnibus viribus coram Jehova, eratque accinctus amiculo lineo. Ita David & tota domus Iſraëlis adduxerunt arcam Jehovæ cum clangore & ſono tubæ, 2. Sam. 6.

Similiter *dux Mardochæus* * *feſtum jubilæum* inſtituit duodecimo menſe Adar, ipſo die XIV. celebrandum, quod etiam à Regina Eſthera confirmatur, dum Judæi celebrarunt dies ſalutares ac fauſtos, epularum & lætitiæ, nimirum, ſublato Hamano, Judæorum hoſte crudeli & ſanguinario, editaque ſtrage inimicorum per omnes orbis provincias horribili; tunc luctus eorum abiit, triſtitiaque in hilaritatem & gaudium, non à Pontifice, *ſed à Deo commutata* fuit. In hujus ſolennis liberationis memoriam *Mardochæus in Dei honorem & gloriam feſtum Jubilæum quotannis* inſtituit.

* *Dux Mardochæus inſtituit Jubilæum Eſthera cap. 9. In quo Judæi celebrarunt* ἀγαθὰς ἡμέρας τῆς χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης.

Præterea & illum diem, quo *liberati ſunt Judæi* à tyrannide Nicanoris immani, qui nefariam manum contra domum ſanctam extenderat, ac contra *Deum Iſraëlis* magnificè locutus fuerat, nullo modo *ἀμνημόνευτον*, hoc eſt, ſine celebritate inſigni ad poſteros transmittendum duxerunt, ſed *Judas Maccabæus Dux* & univerſus populus, (& nequaquam Papa aliquis) ſolemni decreto ſanxerunt, ut dies decimus tertius menſis Adar duodecimi, qui feſtum Mardochæi præcedebat, quotannis haberetur maximè celebris, 2. Macc. 15. ubi verſu XXXI. dicitur: ita omnes in cœlum aſpicientes *benedixerunt illuſtri Domino*, dicentes: *Benedictus ſit, qui conſervavit locum ſuum* impollutum.

Dux Judas Maccabæus inſtituit feſtum Jubilæum. 2. Macc. 15. v. 36. 37.

Et quis feſtum exaltationis crucis inſtituit, quod adhuc Pontificii celebrant? certè nullus Pontificum Romanorum id fecit, *ſed Cæſar Heraclius*, qui *anno Chriſti* ſupra ſexcenteſimum *decimo octavo* lignum crucis, in quo Dominus & Servator noſter Jeſus Chriſtus crucifixus fuerat, à Coſroë Perſarum rege, inſigni prælio & ſtrage victo acceperat.

Inſtitutio feſti exaltationis crucis.

Ἐπιτηδειότης καὶ ὁμοίωσις.

Demonſtravimus hactenus, quòd in Magiſtratus Politici Chriſtiani poteſtate olim poſitum fuerit, feſta ſolennia inſtituere: pari quoque modo *Sereniſſimus Dominus Elector noſter, veſtigia Chriſtianorum Heroum, Ducum & Imperatorum ſequens*, optimo jure *jubilæa Evangelica* debuit & potuit indicere.

Principes Confeſſores Auguſtanã Confeſſionem offerentes.

Deo itaque annuente & favente, poſtquam primum feſtum Jubilæum feliciter fuit peractum; *pari etiam pietate* & zelo tempeſtivo, ipſius Electoralis Serenitas, *Dei nutu* & conceſſione, *alterum quoque Jubilæum magnum* inſtituit; & celebrari juſſit in memoriam publicè *oblatæ Auguſtanæ Confeſſionis invariatæ*, & *oblatæ quidem* à Sereniſſimo Saxoniæ Electore, Domino Johanne, & ejus filio, Illuſtriſſimo Principe, Domino Johanne Friderico, à Domino Georgio, Marchione Brandenburgenſi, Domino Philippo Haſſiæ Landgravio, Domino Erneſto & Domino Franciſco Ducibus Brunſuicenſibus & Lunæburgenſibus, Domino Wolfgango, Principe Anhaldino; ut & legatis Reipublicæ Norimbergenſis & Reutlingenſis: quibus, durantibus comitiis, ſeſe adjunxerunt Respubl. urbium Imperalium Ulmenſis, Coſtnicenſis, Memmingenſis, Winsheimenſis, Lindavienſis, Kemptenſis, Heilbrunnenſis, Iſuenſis, Weiſſenburgenſis, Nordlingenſis, S. Gallenſis &c. Ab his nunquam ſatis laudandis Electore & principibus *oblata eſt Auguſtana Confeſſio*, Anno M.D.XXX. in comitiis Auguſtanis *invictiſſimo Cæſari Carolo V.* præſentibus fratre Sereniſſimo Rege Ferdinando; Dn. Alberto, Archiepiſcopo Moguntino; Dn. Hermanno, Archiepiſcopo Colonienſi, Dn. Joachimo, Electore Brandenburgico, & aliis.

Cui oblata A.C. & in quorum præſentia.

Quando oblata A.C.

Oblata eſt autem Auguſtana Confeſſio & publicè lecta XXV. die Junii, *die Sabbathi poſt feſtum Johannis Baptiſtæ proximo.* Summum & *maximum opus divinum* hoc fuit; *verè admirandum* opus Chriſtianum, *in ſummo periculo confiteri veritatem verbi divini* ſalvificam. *Maximus ille fuit dies ſecundus*, ante extremum diem, in quo maximum hoc miraculum factum.

Duo maximi dies ante judicium extremum.

Primus dies magnus fuit ille, quo D. Lutherus anno 1521. Wormatii coram univerſo Imperio Romano veritatem Evangelii

lii

lii confeſſus eſt: Hic verò, XXV. dies Junii, ſecundus fuit *omni admiratione major*, quo inſignis illa concio publica coram toto Romano imperio habita, frendẽtibus & frementibus hoſtibus Pontificiis; cujus ſonitus exivit in omnem terram; *tranſlata enim fuit in linguam Portugallicam, Anglicam, Gallicam, Ungaricam & Bohemicam*; ut & ſequenti tempore in linguam *Græcam*.

Lecta autem fuit à D. Chriſtiano Brück, Electoris Saxoniæ Cancellario, *ita clarè & perſpicuè*, ut etiam extra Palatium in atrio Epiſcopi Auguſtani audiri potuit. *A quo lecta fuit, & quomodo?*

Oblata eſt autem Auguſtana Confeſſio † non abſque ſummo periculo Confeſſorũ imperterritorum. *Apparebat enim periculum vitæ & corporum*, regionum & ditionum, bonorum & fortunarum: *ſed conſtantes illi & intrepidi* confeſſores nullum extimeſcebant periculum; imò in diſcrimen dignitates, vitam & fortunas ſuas adducebant.

† *Oblata A.C. tempore periculoſo. Perquam Rev. & Nob. Dn. D. Hoë contra Abrah. Scultetum pag. 37.*

Periculum verò apparuit ante oblatam confeſſionem. Et primò quidem, cùm *in Comitiis Spirenſibus*,* Anno M. D. XXVI. per legatos Cæſaris expoſitum eſſet, Cæſarem imprimis velle atque mandare, ut ordines communi conſilio decernant, quomodo edictum Cæſaris Wormatienſe ab omnibus ſervetur, & in executionem veniat, & qua ratione multandi, qui contrà faciant. *Ibi Saxoniæ Elector periculi magnitudine nequicquam commotus*, de contrario defenſionis fœdere cum ſociis deliberandi initium fecit. *1. Periculũ ante oblatam confeſſionem.*

* *Sleid. lib 6. p 136. & p. 139.* ReichsAbſ. *anno 1629. §* und nach dem. *Hortled. lib. 1. de cauſ. bell. Germ. c. 4 5. Thuan. l. 1. 1. p. 26. Sleid. l. 1. p. 190.*

Tertio pòſt anno, M.D.XXIX. ubi denuo *in conventu Spirenſi* à Pontificiis contra Principes & ſtatus Evangelicos decretum eſſet, viciſſim Elector Saxoniæ cum ſociis eidem decreto ſeſe oppoſuit, *ſolennisſimè contra id proteſtratus, ſe ei nec aſſentiri nec obligari velle.* Qua ipſa proteſtatione occaſionem & originem dedit *nomini proteſtantium*, quòd non ſolùm in Germania ſed *apud exte-* *Unde & quomodo origo & nomen proteſtantium ortum?* die proteſtirenden Stände.

ras quoque gentes, quæ certatim illud aſſumſerunt, *pervulgatum eſt atq; celebre.* Idem nomen Proteſtantium & Evangelicorum à noſtratibus pro uno uſurpatur, quia *doctrina noſtra verè eſt Evangelica*, quæ omne dogma Chriſtianum ad fidem & cultum neceſſarium, imprimis articulum *de gratuita peccatorum remiſſione & hominis peccatoris coram Deo juſtificatione & ſalvatione* ex limpidiſſimis Iſraëlis fontibus puriſſimè tradit.

ii. Periculũ in ipſis comitiis. Chytr. in hiſt. A.C. p. 75. & p. 150.

In ipſis Comitiis Auguſtanis Philippus Melanthon ab Epiſcopo Salisburgenſi ad privatum colloquium acceꝛſitus, ab eoque reverſus, ad juſtum Jonam; Nihil, inquit, audivi, *niſi extremas minas, & tantùm non ſententiam capitalem.*

Vaticiniũ B. Lutheri.

Quod ita futurum jam ante prædixerat *B. Lutherus* ad Theologos cum Dn. Electore Johanne ad Comitia Auguſtana profectos, ſcribens; Credo, inquit, jam vos habere reſponſum adverſariorum, quod expectari à vobis ſcribitis, ſcilicet, Patres, Patres; Ecclesiam, Eccleſiam; Uſus, conſuetudo. *Audituri eſtis ex Scripturis Nihil:* ſequenter minæ & jactantiæ uſque in cœlum & infernum. *Dominus autem dabit vobis* os & ſapientiam.

Fortitudo imperterrita Dn. Johannis Saxoniæ Electoris.

Verùm omnibus hiſce minis, Elector Saxoniæ Sereniſſimus, *Dn. Johannes*, ne latum quidem unguem à ſententia dimovebatur, *ſed contrà audentior ibat*, Auguſtam primus omnium veniens, à multis piis rogatus, *Theologos ſuos publicis in templis conciones celebrare ex Dei verbo permittebat*; ibi mox à Cæſare adhuc abſente per literas monitus erat, ut conciones intermitteret; *verùm ille, quòd ſalvâ conſcientiâ aſſentiri non poſſet*, Cæſari reſpondebat. Sed quid factum? *Imperator* poſteà Auguſtam veniens, *ſub veſperam, è veſtigio per Ferdinandum Regem Electori Saxoniæ & cæteris principibus proteſtantibus ſeverè mandat*,* ut conciones primo quoque tempore abrogent; dein, ut poſtridie, quo feſtum corporis Chriſti celebrandum eſſet, & Cæſarea Majeſtas pompam proceſſionis per urbem ducere in animo haberet, ipſi quoque eidem proceſſioni interſint.

Certamen de concionibus publicè habendis.

* *Sleid. l. 7. p. 168. Chytr. d. l. p. 26. p. 31. 37. VVolf. T. 2. lect. mem. p. 337. & p. 338.*

Ad

Ad *ea Elector Saxoniæ cum ſociis per Georgium Brandenburgicum* Marchionem reſpondet; *ſe hiſce poſtulatis bonâ conſcientiâ aſſentiri non poſſe*; ideoqve reverenter petere, ne Cæſarea Majeſtas illorum conſcientias oneret & prægravet. Tum *Ferdinando omnes preces irritas*, & nihil momenti apud Cæſ. Majeſtatem habituras dicente; *Georgius Marchio pio zelo excandeſcens, & animo conſtanti manum collo admovens*, inter cætera dixit; malle ſe flexis genibus *coram Cæſ. Majeſtate* ſpiculatori cervicem feriendam præbere, *qvàm Deum & SS. ipſius Evangelium abnegare.* Qva voce auditâ, Imperator placidiſſimè reſpondit: Nicht Kopff ab/nicht Kopff ab: non hoc agi, *ut vita cuipiam eripiatur*, ſed ut conciones abrogentur, Majeſtatem ſuam ſeriò flagitare. Ex qva reſponſione apparet, *non tàm Optimo Cæſari* qvàm Principibus & Epiſcopis Pontificiis, & hoſtibus Evangelii, *minas illas imputandas*. Sed nondum acqvievit Saxoniæ Elector, ita ut diſceptatio illa *in multam noctem* ad XI. usqve horam pertracta, & poſtridie *à ſexta matutina ad horam usq; decimam* continuata fuerit. *Cæſare verò de propoſito nihil remittente*, intercedentibus etiam qvibusdam Catholicorum Principum apud Dn. Electorem Saxoniæ, *ut ea in re gratificaretur* Imperatori, & maximè, qvia ipſius *Cæſarea Majeſtas utriusq; partis concionatoribus ſilentium impoſuiſſet*. Sic tandem Elector reqviſito ſuper hoc B. Lutheri conſilio, concionibus publicè intermittendis acqvievit; aſt proceſſioni intereſſe noluit.

Conſtantia proteſtantium.

Zelus excandeſcens Georgii Marchionis Brandenburgici.

Chytr. d. l. p. 49.
VVolf. d. l. p. 343.

B. Lutheri rationes, cur pro tempore obediendum ſuperiori Magiſtratui, *ſeqventes erant: 1. qvia Imperator utriq; parti prohibens*, alteri non faciat præjudicium. *2. qvia pollicetur*, ſe cauſam velle audire. *3. Majus bonum præfertur minori*; qvia ſi cognitio cauſæ per hanc pertinaciam impediretur, qvid accideret? *4. qvia ſumus vocati* ad dicendam cauſam, & ad rationem doctrinæ reddendam, non ad præjudicandum. *5. qvia non ſumus parochi* Auguſtanorum. *6 qvia Cæſar eſt noſter Dominus*, Auguſta ipſi ſubjecta: ſicut Celſitudini Veſtræ in oppido Torga, ut in propria urbe aliqvid intermitti petenti aut mandanti, reſiſtendum non eſt.

Chytr. d. l. p. 32.

Præterea die XX. Junii, facto actionis initio, Cæſar Miſſam

Sleid. lib. 7. pag. 169.

aditurus, Electorem adeſſe, & gladium ſibi præferri jubet; id enim *Electoris Saxoniæ in ejusmodi pompis* officium eſt. Hic iterum Elector, qvid faciendum, anceps erat. Re deliberata cum Theologis, dicentibus, *licere adeſſe, qvia ad ſuum officium Elector eſſet* vocatus. Acceſſit igitur *vocatus ad officium*, non ad Miſſam, velut ad cultum idololatricum, à qvo abhorrebat; cùm prius proteſtatus eſſet, qvid de Miſſa ſentiret.

Chytr. d. l. p. 52.

Qva in re nunqvam ſatis *laudanda eſt Dn. Electoris Sereniſſimi prudentia & cautio*, dum nec religioni ſuæ præjudicium, nec conſcientiæ ſcrupulum movere voluit. Hodie non minus *cautè in ejusmodi caſibus* procedere ſolent Auguſtanæ Confeſſionis Electores; qvemadmodum in electione Romanorum Regis uſu venire ſolet. Cùm enim ibi ex præſcripto aureæ Bullæ, miſſa Francofurti in æde Bartholomæi præmittenda ſit, *Principes Electores Proteſtantes eidem non intereſſe conſveverunt, ſed interim in proximum chori conclave ſecedere ſolent.* Qvamprimum hoc factum, & Proteſtantes poſtea in chorum redeunt, Hymnus ille, *Veni ſancte Spiritus*, intonari ſolet.

Sereniſſimi Electoris Dn. Johannis prudentia & cautio.

Porrò præter ſupra dictas complures *aliæ Dn. Electori obortæ in Comitiis illis* fuerunt *difficultates*, Sleid. l. 7. p. 172. Chytr. d. l. p. 69. & ſeq. Proteſtantibus enim Principibus denegatum fuit, ne fidei ſuæ confeſſionem in imperii conſeſſu recitari facerent, ſed ſcripto exhiberent; donec tandem multis precibus indultum eſſet, ut non in publica audientiâ, *ſed in Cæſar. Majeſtatis palatio* per Electoris Saxoniæ Cancellarium prælegi facerent.

Aliæ difficultates obortæ.

Poſt lectionem Auguſtanæ Confeſſionis & ejusdem oblationem mox *aliud diſcrimen ſuccedit.* Ajunt enim, principem qvendam è Pontificiis dixiſſe; Lutherani ſcriptum exhibuerunt atramento exaratum; [Dn. D. Lutherus T. V. Jen. Germ. fol. 33. B. Wolf. d. l. p. 351.] Ego, ſi Cæſar eſſem, viciſſim illis ſcriptum rubricâ minióve, id eſt, rubro colore pictum traderem. Cui continuò alius Princeps reſpondet: Attamen, ſi Cæſar, ut vos Domini dicitis, rubricâ ſcribere vellet, cavendum ipſi eſſet, ne* minium faciem ejus conſpergeret.

* Die rothe Dinte oder das rothe Blut.

Rec-

Recitatâ & exhibita confeſſione, Cæſar eam reliqvis Principibus ad cognoſcendum tradit: hi deinde ſuis Theologis, ut confutationem ei opponant. *Huic confutationi ut ſubſcriberet Elector, Cæſar inſtabat*; [Sleid.l.7.p.174.Chytr.d.l.] additâ comminatione; ſin ſecus fieret, tum ſibi neceſſariò faciendum eſſe, qvod Eccleſiæ tùtorem & defenſorem deceat. Inſuper & confutationis exemplum Proteſtantibus denegabatur initiò; tandem verò *ejus copiam ſe daturum Cæſar dicebat*, ſub hac conditione, ne qvid ejus typis evulgent, aut ei qvicqvam opponant. Sed Elector cum Principibus Proteſtantibus de iniqvitate hujus poſtulati conqveſtus confutationis editionem urſit.

Aliud periculum in ipſis Comitiis.

Sereniſſimus ille Saxoniæ Elector, *Dn. Johannes ſtatim à morte Electoris Friderici fratris*, intra ſemeſtre & aliàs ſæpius petierat *inveſtituram Electoratûs & Ducatuum* ſuorum: cui in hiſce Comitiis denuò petenti, Cæſar reſpondebat; ſe Electori gratificari velle, ſi abjectâ novâ doctrinâ ad Eccleſiæ Romanæ obedientiam rediret; ſin id non faciat, ſe ei, qvi à ſocietate fidei & Eccleſiæ Catholicæ diſceſſerit, feudum conferre non poſſe. Qvâ acceptâ Imperatoris reſponſione *Dominus Elector exemplum conſtantiæ omni memoriâ dignum edidit*, dum nullis fractus minis & terroribus, *doctrinam Evangelii omnibus rebus humanis ſe anteferre demonſtrans, potius non augurari, qvàm Evangelio renunciare voluit.*

Periculum Saxoniæ Electori obortum.

Exemplum Conſtantiæ omni memoria dignum

Sed qvid fit tandem! Cùm nec *minis nec blandis promiſſis locum relinqverent* ullum Sereniſſimus Saxoniæ Elector & Principes proteſtantes; tandem ultimum Comitiorum iſtorum *decretum, triſte, atrox, terribile ſeverum, in imperio antea inauditum, & qvaſi ſangvine* ſcriptum adverſa pars protulit; cujus etiam B. Lutherus meminit Tom.V.Jen.Germ à fol.289.usqve ad fol.302.

3. Periculi poſt oblationem A.C.

Ibi obſerva Conf. & B.Lutheri fol. 298. Dieſen Artickel / daß der Glaube allein gerecht mache / ſoll laſſen ſtehen der Römiſche Keyſer / rc.

Iſto edicto univerſa B.Lutheri cauſa & confeſſio exhibita, omnesqve illi adhærentes damnantur. Et *niſi reſtituant omnia* in Eccleſiis, Collegiis & Monaſteriis à ſe mutata, & damnatam doctrinam abjiciant, *extrema dignitatu*, vitæ & fortunarum pericula, ſibi

Chytr.d.l. p. 409.

ſibi velut contumacibus propoſita ſciant, nonnullis principibus in id executoribus conſtitutis.

Sleid l. 7. p. 186.

Utqve hæc eò magis ſerventur, & effectui mandentur, *Cæſarem & ſtatus, corpora, fortunas* & ſangvinem ipſum impenſuros eſſe. Sic enim inqvit Cæſar Carolus V. Haben wir unſern und des H. Reichs Churfürſten/ Fürſten und Ständen/ und herwiederumb Churfürſten/Fürſten und Stände Uns/ in Sachen unſern alten Chriſtlichen Glauben und Religion betreffend/ verſprochen und zugeſagt/unſere Königreich/Land und Leute/ auch Leib und Gut an einander treulich zu ſetzen. Reichs Abſ *anno 1530.* §. Damit.

Chytr. d. l.

Candor Archiepiſcopi Moguntini Trebirenſis & Palatini ad Rhenum

Verùm *Archiepiſcopus Moguntinenſis, Trevirenſis & Palatinus ad Rhenum*, Electoris & Landgravii Haſſiæ Conſiliariis indicarunt, *iſtam Clauſulam, de corporibus, fortunis & ſangvine ſuo impendendo, injuſſu ſuo* adjectam eſſe! idqve ſe nec Cæſareæ Majeſtati reticuiſſe; qvin potiùs diſertè ſignificaſſe, *ſibi pro ſua perſona nullam ullarum ſimultatum cauſam cum Electore Saxoniæ & conjunctis ejus principibus intercedere*; ſimul rogantes; qvòd ſi ſiniſtram aliqvam adverſus iſtos concepiſſent ſuſpicionem, *amicè ſe rogare, ut eam deponerent.* Qvam excuſationem Elector & proteſtantes Principes *placidè acceperunt*, ac ſimul, ut viciſſim *à ſe omnem humanitatem & benevolentiam* ſibi promitterent, petiverunt.

Sapiens diſtinctio B. Lutheri,

Proinde *B. Lutherus* in gloſſa ſuper edictum, cujus jam facta eſt mentio, loco citato, rectè diſtinxit *inter ſacram Cæſaream Majeſtatem*, & inter Clementem VII. Papam, ejusqve legatum Campegum, *& in hos duos*, ut & adhærentes Pontificios, *editum edictum & omnem culpam tranſtulit.* Eventus qvoqve demonſtravit; edictum enim executioni non eſt demandatum, ſed *Deus Sereniſſimum Dn. Electorem, Principes & Ordines Proteſtantes, Verbum qvoqve ſalvificum*, unà cum vero Sacramentorum uſu admirandum in modum *conſervavit.*

Deus protexit ſuos confeſſores.

Adminandū divinum Saxonicum, qvod anno 1630. 25. 26. 27. Junii apparuit.

Tantorum igitur admirandorum beneficiorum divinorum conſideratione & meditatione accuratâ, rectè fecit Sereniſſimus Dominus Elector Saxoniæ, Dominus JOHANNES GEORGIUS, qvòd præterlapſo anno centeſimo, *Jubilæum Magnum in memoriam ob-*

lata

latæ Auguſtanæ Confeſſionis inſtituere, & celebrare haud gravatus eſt. * *Hoc ſecundum Jubilæum magnum* inſuper illud ſingulare & mirandum habuit, qvòd *in medio perſecutionum æſtu, contra horrendos diaboli & adverſariorum fremitus*, Sereniſſimus Elector conſtantiſſimus dulcia Jubila *Deo omnipotenti* inſtituerit; hoc ſcilicet eſt, qvod Propheta Eſa. 32. v. 8. dicit; Principes ea, qvæ principe digna ſunt, cogitabunt, & pro iis ſtabunt.

* *Pontificii qvidam dixerunt*, werdet ihr Lutheriſchen ein Jubelfeſt begehen/ſo wollen wir mit euch ein Kugelfeſt halten / *referente Dn D. Matthia Hoe. p. m.*

Scitè igitur loqvitur Illuſtriſſimus Dominus Franciſcus Carolus, Saxoniæ, Angariæ & Weſtphaliæ Dux *apud Lanſium*, qvòd Sereniſſimus Saxoniæ Elector, *Dominus Johannes Georgius, princeps ad qvævis ſumma natus, hodie gentis ſuæ & Imperii decus ſingulari authoritate tueatur.* *Lanſius conſult. pro Germ. pag. 157. in fine.*

Aſt non tantùm Imperii decus tuetur ſingulari authoritate noſter Sereniſſimus, ſed eſt *poſt Deum & Jeſum Chriſtum, mediatorem noſtrum unicum, Eccleſiæ Lutheranæ inſigne decus & ornamentum, & columna per fiduciam in Chriſtum præcipua, utpote qvi illam Jubilæo hoc ſecundo magno* miris modis, Dei auxilio, nutu & conceſſione *auxit, ornavit & confirmavit*. Non enim dubium eſt, Sereniſſimum Dn. Electorem heroicâ, *animoſâ & verè Saxonica ſuâ Conſtantiâ*, in mediis bellorum motibus oſtenſâ, permultos alios, *maximos minimos in ſui exemplum traxiſſe*, eorumq; animos, qvos fortè belli & perſecutionum diuturnitas tandem fregiſſet, *egregiè firmaſſe & muniviſſe.*

Celebrati Jubilæi Magni ratio, à Sereniſſimo Dn. Electore præſcripta illa fuit. vigeſimo die Junii, qvi in qvartam poſt Trinitatis SS. feſtum Dominicam incidebat, ut & die feſto Johannis Baptiſtæ, *feſtum illud Jubilæum ſecundum*, & qvidem, ut à Sereniſſimo Dn. Electore ipſo dicitur, *magnum*, finitis concionibus, toti auditorio ubiqve locorum publicè fuit denunciatum. Ipſo die Johannis Baptiſtæ, *dies profeſtus fuit* hora I. pomeridiana, pulſu campanarum ad horam integram protracto, inchoatus, & efficacia abſo- *Modus celebrati Jubilæi Magni.*

 Ju-

ſibi velut contumacibus propoſita ſciant, nonnullis principibus in id executoribus conſtitutis.

Sleid l. 7. p. 186.

Utqve hæc eò magis ſerventur, & effectui mandentur, *Cæſarem & ſtatus, corpora, fortunas* & ſangvinem ipſum impenſuros eſſe. Sic enim inqvit Cæſar Carolus V. Haben wir unſern und des H. Reichs Churfürſten/ Fürſten und Ständen/ und herwiederumb Churfürſten/ Fürſten und Stände Uns/ in Sachen unſern alten Chriſtlichen Glauben und Religion betreffend/ verſprochen und zugeſagt/ unſere Königreich/ Land und Leute/ auch Leib und Gut an einander treulich zu ſetzen. Reichs Abſ *anno 1530.* §. Damit.

Chytr. d. l.

Candor Archiepiſcopi Moguntini Trevirenſis & Palatini ad Rhenum

Verùm *Archiepiſcopus Moguntinenſis, Trevirenſis & Palatinus ad Rhenum*, Electoris & Landgravii Haſſię Conſiliariis indicarunt, *iſtam Clauſulam, de corporibus, fortunis & ſangvine ſuo impendendo, injuſſu ſuo* adjectam eſſe! idqve ſe nec Cæſareæ Majeſtati reticuiſſe; qvin potiùs diſertè ſignificaſſe, *ſibi pro ſua perſona nullam ullarum ſimultatum cauſam cum Electore Saxoniæ & conjunctis ejus principibus intercedere*; ſimul rogantes; qvòd ſi ſiniſtram aliqvam adverſus iſtos concepiſſent ſuſpicionem, *amicè ſe rogare, ut eam deponerent.* Qvam excuſationem Elector & proteſtantes Principes *placidè acceperunt*, ac ſimul, ut viciſſim *à ſe omnem humanitatem & benevolentiam* ſibi promitterent, petiverunt.

Sapiens diſtinctio B. Lutheri.

Proinde *B Lutherus* in gloſſa ſuper edictum, cujus jam facta eſt mentio, loco citato, rectè diſtinxit *inter ſacram Cæſaream Majeſtatem*, & inter Clementem VII. Papam, ejusqve legatum Campegum, *& in hos duos*, ut & adhærentes Pontificios, *editum edictum & omnem culpam tranſtulit*. Eventus qvoqve demonſtravit; edictum enim executioni non eſt demandatum, ſed *Deus Sereniſſimum Dn. Electorem, Principes & Ordines Proteſtantes, Verbum qvoq; ſalvificum*, unà cum vero Sacramentorum uſu admirandum in modum *conſervavit.*

Deus protexit ſuos confeſſores.

Admirandũ divinum Saxonicum, qvod anno 1630. 25. 26. 27. Junii apparuit.

Tantorum igitur admirandorum beneficiorum divinorum conſideratione & meditatione accuratâ, rectè fecit Sereniſſimus Dominus Elector Saxoniæ, Dominus JOHANNES GEORGIUS, qvòd præterlapſo anno centeſimo, *Jubilæum Magnum in memoriam ob-*

lata

latæ Auguſtanæ Confeſſionis inſtituere, & celebrare haud gravatus eſt.* *Hoc ſecundum Jubilæum magnum* inſuper illud ſingulare & mirandum habuit, qvòd *in medio perſecutionum æſtu, contra horrendos diaboli & adverſariorum fremitus*, Sereniſſimus Elector conſtantiſſimus dulcia Jubila *Deo omnipotenti* inſtituerit; hoc ſcilicet eſt, qvod Propheta Eſa. 32. v. 8. dicit; Principes ea, qvæ principe digna ſunt, cogitabunt, & pro iis ſtabunt.

* *Pontificii qvidam dixerunt*, werdet ihr Lutheriſchen ein Jubelfeſt begehen/ ſo wollen wir mit euch ein Kugelfeſt halten / *referente Dn. D. Matthia Hoe, p. m.*

Scitè igitur loqvitur Illuſtriſſimus Dominus Franciſcus Carolus, Saxoniæ, Angariæ & Weſtphaliæ Dux *apud Lanſium*, qvòd Sereniſſimus Saxoniæ Elector, *Dominus Johannes Georgius, princeps ad qvævis ſumma natus, hodie gentis ſuæ & Imperii decus ſingulari authoritate tueatur.* *Lanſius conſult. pro Germ. pag. 157. in fine.*

Aſt non tantùm Imperii decus tuetur ſingulari authoritate noſter Sereniſſimus, ſed eſt *poſt Deum & Jeſum Chriſtum, mediatorem noſtrum unicum, Eccleſiæ Lutheranæ inſigne decus & ornamentum, & columna per fiduciam in Chriſtum præcipua, utpote qvi illam Jubilæo hoc ſecundo magno* miris modis, Dei auxilio, nutu & conceſſione *auxit, ornavit & confirmavit.* Non enim dubium eſt, Sereniſſimum Dn. Electorem heroicâ, *animoſâ & verè Saxonica ſuâ Conſtantiâ*, in mediis bellorum motibus oſtenſâ, permultos alios, *maximos minimos in ſui exemplum traxiſſe*, eorumq; animos, qvos fortè belli & perſecutionum diuturnitas tandem fregiſſet, *egregiè firmaſſe & muniviſſe*.

Celebrati Jubilæi Magni ratio, à Sereniſſimo Dn. Electore præſcripta illa fuit. vigeſimo die Junii, qvi in qvartam poſt Trinitatis SS. feſtum Dominicam incidebat, ut & die feſto Johannis Baptiſtæ, *feſtum illud Jubilæum ſecundum*, & qvidem, ut à Sereniſſimo Dn. Electore ipſo dicitur, *magnum*, finitis concionibus, toti auditorio ubiqve locorum publicè fuit denunciatum. Ipſo die Johannis Baptiſtæ, *dies profeſtus fuit* hora I. pomeridiana, pulſu campanarum ad horam integram protracto, inchoatus, & efficacia abſo- *Modus celebrati Jubilæi Magni.*

 lu-

lutionis privatæ *juxta inſtitutionem & mandatum Chriſti*, Matth. 18. v. 18. Johan. 20. v. 23. omnibus confitentibus, non tantum de illo profeſto, ſed & reliqvis diebus feſti maximè ſolennis cum diſtributione SS. *συνάξεως* communicata: ſtatim qvoqve officinæ mechanicæ univerſæ tenebantur occluſæ, emtionibus & venditionibus cunctis è medio ſublatis; & *fuit feſti ſolennitas arboribus virentibus exornata.* Magna illa ſolennitas, *ſeqventibus tribus diebus magnis feſti Jubilei magni* ſolenniter fuit celebrata; ſingulis diebus *binæ conciones* inſtituebantur; & qvidem primâ feriâ, concione antemeridianâ, loco Evangelii ex Pſalmo 119. textus expoſitus, & ad præſentem panegyrin accommodatus v. 15. 23. 31. 46. 51. 113. 114. 165. Pomeridianâ loco epiſtolæ Pſalmus LXXV. eſt expoſitus; poſtea præfatio A. Conf. & ex eadem articuli XXI. ex eadem populo prælecti.

Singulis diebus binæ conciones habitæ.

Feriâ ſecundâ manè loco Evangelii, Domini Jeſu ſimile de grano ſinapis ex Marci capite 6. v. 31. veſperi verò Pſalmus LXXXVII. brevi qvoqve *ἐξηγήσει*, ut & præcedenti die factum, illuſtratus; prælecti qvoqve ſimul ſunt qvinqve abuſus Pontificii ex Auguſtanâ Confeſſione. *Tertius feſtus dies magnus* incidebat in qvintam Dominicam poſt Trinitatis SS. feſtum, in qvo uſitatæ pericopæ, tàm epiſtolæ qvàm Evangelii ſunt retentæ; & concione pommeridianâ ultimi duo abuſus legendo ad finem ſunt perducti. *Singulis qvoq; diebus peculiares cantiones* ſacræ adhibitæ. cum ſpeciali precationis formula, qvæ *δοξολογίαν pro ſummo illo beneficio divino, & petitionem pro conſervatione Auguſtanæ Confeſſionis* & Sereniſſimi Domini Electoris continebat.

Qvinta Dominica poſt Trinitatis fuit tertius feſtus dies magnus.

Aucta eſt devotio ſubditorum in feſto hoc maximè ſolenni, *exemplo pietatis & zeli cum ſcientia conjuncti* in Sereniſſimo Domino Electore lucentis maximè laudabili. Non tantùm enim ipſius Sereniſſima Excelſitas *die feſto primo magno, Sacroſanctâ Synaxi cum conjuge* Sereniſſima, liberis Illuſtriſſimis & aulicis devotis *eſt uſa*; [*Hæc viciſſim accepi ex relatione maximè Rev. & Nobiliſſimi Dn. D. Matthiæ Hoë, νῦν ἐν ἁγίοις.*] concionesqve verbi divini omnes attentè audiebat, *ſed etiam horis pomeridianis* lectionem Auguſta-

Qvomodo Serenitas Electoralis hoc feſtum celebraverit?

næ

næ Confeſſionis oblatæ Sereniſſimus Dominus Elector *exerto & erecto nudo capite, conſtanter & magnâ attentione obſervabat*; poſtea qvoqve *in conclavi Electorali*, convocatis conjuge Sereniſſima, liberis Illuſtriſſimis & aliis intimis, *cantiones ſacras devotè canens, Deum ſuum benedictum & glorioſum pro tanto beneficio conſervati verbi & Auguſtanæ Confeſſionis invariatæ, toto corde & anima glorificabat, exemplo maximè memorabili & digno, ut adſeram poſteritatem transmittatur.* Singulari etiam protectione divinâ Jubilæum hoc magnum in pace celebratum & peractum, *verè eſt Admirandum Saxonicum, qvod Altiſſimus divino munere Sereniſſimæ ipſius Excelſitati celebrandum conceſſit*; pro qvo beneficio ſummo *DEO* τριϲυποϲάτῳ ſit laus, honor & gloria ſeculis nunqvam finiendis.

Deus miſericors ſingulari profidentiâ ſuâ hoc feſtum pacatum reddidit.

CAPUT OCTAVUM.

De Feſtis Euchariſticis, qvæ poſt victorias Lipſenſem, Lüzenſem & Lignicenſem ſunt inſtituta.

IN omnibus gratias agite, hæc enim *Voluntas Dei eſt*, præcipit gentium doctor, 1. Theſſ.5. v.18. Gratias agite ſemper de omnibus *Deo & Patri in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti*, Eph.5.v.20. Qvicqvid egeritis, ſermone aut facto, *omnia in nomine Domini Jeſu facite. gratias agentes DEO & Patri per illum*; Col.3 v.17. non qvòd ipſe his egeat, qvi ſufficientiſſimus eſt, nullaqve re indiget, ſed ut nos diſcamus autorem bonorum diligere, & non ingrati ſimus, dicente Chryſoſtomo Hom. 9. in Geneſ. *Gratiarum enim actio Deo qvidem nihil omnino* addit, nos autem illi maximè familiares reddit. Nos ſiqvidem hominum beneficia recordantes, vehementius illorum amore ſuccendimur: multo magis *beneficiorum Dei erga nos memores*, ſtudioſiores erimus ad ipſius mandata ſervanda, ut idem nobis hoc de ſuo largiatur, Hom 26. in Matth. Qvocirca *ſicut omnia flumina currunt in*

Simile maximè appoſitum.

mare, unde per exhalationes marinas orta ſunt, ut eò revertantur, unde ab initio fluxerunt, fiatqve hoc modo *perpetuus aqvarum curſus & recurſus, fluxus atq; refluxus aſſiduè reciprocus: ſic omnia Dei dona*, qvæ à *Patre luminum ad nos* deſcendunt, Jacob. 1. v. 16. ad *eundem denuò per gratiarum actionem reportantur*, ut ſic rurſum à *Deo ad nos recurrant, ſitq; perpetuus gratiarum ejus & reciprocus inter Deum & nos recurſus*: Ita χάρις χάριν τίκτει ἀεί: gratia gratiam ſemper parit. Qvemadmodum enim *columba*, qvando *ſingula grana deglutit*, caput & oculos in altum ad cœlos, *DEO qvaſi gratias actura*, extollit: *accipit unum granum, & oculos ad cælum elevat; accipit alterum, & iterum oculos erigit*: accipit tertium, & qvartum, & ſic demum ſimiliter ad ſingula grana facit; *qvidni ergo & nos ad ſingula Dei beneficia* oculos & corda ſurſum attolleremus, & *benefactori noſtro optimo gratias ageremus?* Hac enim ratione à brutis differimus, *ut laudemus, celebremus & glorificemus jugiter Dominum*, omnium conditorem. Ea propter & animam nobis inſpiravit, & lingvam dedit, ut ſua in nos beneficia animis percipientes *Dominum & benefactorem noſtrum maximum* agnoſcamus & glorificemus.

ἀντίδοσις.

Aliud ſimile conſentiens.

Κατὰ φύσιν καὶ πρέπον. (*margin*)

Hæc omnia probè conſiderans Sereniſſimus Dominus Elector, *Eccleſiæ Lutheranæ columen, Germaniæ ſplendor, Familiæ decus*: verè dignum, juſtum, æqvum & ſalutare, imò *neceſſarium eſſe duxit, Deo Opt. Max. gratias agere per Jeſum Chriſtum pro liberatione admiranda & divina, è manibus hoſtium* à potentia & tyrannide Ligiſtarum. Nam poſt exuſtam urbem Magdeburgenſem, *in qva exercitus Ligiſticus tyrannidis ſuæ horrendum ediderat ſpecimen*, in qva proh dolor omnia clamoribus, *clamoribus autem militum immaniſſimorum*; omnia ploratibus, *ploratibus autem puerorum*, infantium & puellarum; omnia lacrymis, *lacrymis verò amariſſimis parentum & liberorum*; omnia ejulatibus, *ejulatibus verò conjugum deſideratiſſimorum miſerè* pereuntium; omnia ruinis, *ruinis autem ædium*; omnia fragoribus, *fragoribus verò tectorum*; omnia fulgoribus, *fulgoribus verò domorum comburentium* circumſonabant & circumſtrepebant; *poſt exuſtam*, inqvam, *Magdeburgenſem*,

Miſeranda miſeria & clades urbis Magdeburgenſis.

ſem, proh dolor, *urbem*, ſummum imminebat *religioni Lutheranæ, libertati Germaniæ & his regionibus periculum.* Minas intonabat exercitus Ligiſticus, executionem edicti de reſtituendis bonis Eccleſiaſticis, Anno M.DC.XXXI. urgebat; *Martisburgum & Lipſiam occupabat*, omneq; crudelitatis genus incendiorum, direptionum, tormentorum in ſupremos & infimos exercebat; & *ſi victoria ad Ligiſtarum partes ſeſe inclinaſſet*, videbatur de libertate religionis & Germaniæ *maximam partem* actum fuiſſe.

Periculum imminens Religioni Lutheranæ & libertati Germaniæ ſummum.

Verum Elector noſter, in Deum confidens, *1. qvi religionem Chriſtianam, 2. qvi Germaniam, 3. qvi ſubditos* ſuos propriâ vitâ chariores habebat, *4. qvi omni conatu* ſemper nitebatur, ut ſubditos ſuos non modò ſalvos, ſed *etiam florentiſſimos* videret; *5. qvi nihil intentatum* reliqvit; *6. qvi omnia prius* experiebatur qvàm armis; *7. qvi omnia pacis media* tentavit, hoc præſertim conclamato tempore, *vigilantiâ ſuâ* in plurimis, *iisq; maximis rebus perſpecta & cognita*, de defendendis ſubditis unicè cogitabat; *precibus ardentibus ad Deum converſus*, cum Sereniſſimo Sveciæ rege, τῷ νῦν ἐν ὁ- conſilia agitabat, qva ratione potentia hoſtium, *Dei auxilio frangenda. Tandem Sereniſſimus Elector noſter concludebat, prælio & pugna univerſali* cum hoſtibus decertandum, & *de ſumma rei* dimicandum. *Dei igitur præpotentis munere & auxilio factum eſt*, ut exercitus Chriſtianus de hoſtibus atrocibus *victoriam inſignem* reportaret. Fuſis enim copiis Tillianis, Sereniſſimus Sveciæ Rex, conjunctus cum Sereniſſimo Saxoniæ Electore, conjunctis qvoqve viribus & copiis Electoralibus Saxonicis, exercitum Ligiſticum in ſummas anguſtias & difficultates non tantùm conjecit, *ſed etiam delevit & profligavit*; idqve factum VII. Septembris menſis, die Reginæ, *in qva Regina, Eccleſia Lutherana, per Sponſum ſuum unicum, Dominum Jeſum Chriſtum* è faucibus & manibus Pontificiorum, mediante exercitu Chriſtiano, liberata & *glorioſè erepta eſt.*

Encomium Electoralis Serenitatis, officii ſui Electoralis partes maſculè cum Deo defendentis.

Victoria prima de exercitu Ligiſtico reportata.

Admirandum hoc divinum in Saxoniæ Electoratu accidit; qvocirca ſingularem qvoqve gratiarum actionem reqvirebat; ad qvam *Sereniſſimus Dominus Elector* ὁλοκαρδίως *converſus*, ut in univerſo Electoratu ſtatim illo ipſo anno, poſt victoriam illam inſi-

Et qvidem in Saxoniæ Electoratu.

 gnem,

gnem, publicè Deo gratias agerent, juſſit, & ut peculiaris formula gratiarum actionis populo prælegeretur, mandavit. Reſcripto illi & mandato Clementiſſimo ubiqve locorum, miniſtri Eccleſiæ & auditores *ſubjectione humillimâ* morem geſſerunt. Verùm, qvia *magna beneficia magnam qvoq; reqvirebant* gratiam; *ideoq;* Sereniſſimus Dn. Elector non contentus publica illâ gratiarum actione, ſeqventi anno 1632. *frementibus adhuc & ſangvinem ſpirantibus hoſtibus*, & de ulciſcendâ illâ victoriâ cogitantibus; nihilominus tamen *in Dei honorem & gloriam*, ipſius Electoralis Serenitas feſtum euchariſticum, ipſo die Reginæ, VII. Septembris ſolenni ritu celebrandum inſtituit, ut *ſolennes Deo omnipotenti, victoriæ illius inſignis ſupremo largitori & datori*, agerent gratias omnes, qvi Eccleſiam Lutheranam verè diligerent.

Feſtum euchariſticũ anno 1632. 7. die VII bris ſolenniter inſtitutum.

Modus & ratio inſtituti feſti Euchariſtici.

Inſtituti illius feſti Euchariſtici forma hæc fuit, à Sereniſſimo Dn. Electore præſcripta. Anno illo cIↄ Iↄc XXXII. Dominicâ XIV. poſt SS. Trinitatis feſtum, finitâ concione matutinâ, *ipſius Sereniſſimæ Excelſitatis voluntas* auditoribus ſignificabatur; velle ſcilicet ſupremum Magiſtratum Electoralem, ut ad VII. diem Septembris, *in Dei gloriam & honorem pro victoria illâ præclarâ Lipſenſi*, feſtum ſolenne celebretur. Dies profeſtus hora I. pomeridianâ, die VI. Septembris, pulſu campanarum ad quartam horæ partem protracto ſignificabatur, clauſis officinis mechanicis, omnibusquoque emtionibus & venditionibus, aliisque cultus divini impedimentis prohibitis. *Uſus abſolutionis privatæ nec non Sacroſanctæ cœnæ Dominicæ* juxta Eccleſiaſticam harum regionum conſtitutionem *omnibus petentibus* concedebatur.

Cantionum ſacrarum ſelectio.

Septimus verò Septembris dies erat SS. Trinitati ſacer. Manè horâ ſexta uſque ad ſeptimam tribus campanarum pulſibus feſti intimatio fiebat; concioni ſolenni præmittebantur cantiones aliquot ſacræ: 1. *Sit laus in excelſis Deo.* 2. *Arx noſtra firma* eſt Deus, & armatura fortis. 3. *Serva Deus verbum tuum.* 4. *Niſi nobiſcum nunc Deus*, tunc Iſrael cantaret. 5. Te Dominum laudamus.

Pro concione matutinâ Pſalmus LXVI. explicabatur, & ad memoriam hujus beneficii ingentis ſolennem expoſitio illius accommodabatur. Finitâ communione ſacroſancta cultus divinus finie-

Digitized by Google

finiebatur ſuſpiriis ardentibus; *Ah mane nobiscum Domine*, nam veſpera jam venit.

Feſto die illo maximè ſolenni Sereniſſimus Dominus Elector cum conjuge Sereniſſima, liberis illuſtriſſimis & conſiliariis *devotionem & zelum ſuum oſtendebat* & demonſtrabat *uſu ſacroſanctæ συνάξεως* ſatis ſupérque indicans, Serenitatem ipſius paratam eſſe pro omnibus beneficiis divinitus exhibitis *Deo & Patri omnis conſolationis gratias agere devotas, fervidas & immortales.* *Quomodo Sereniſſimus Dn. Elector hoc feſtum Euchariſticum celebraverit.*

Uberius & ulterius Deus ſummè miſericors poſt meridiem ante concionem celebrabatur ſacris cantionibus: 1. *Niſi Deus* nos protegat, furentibus tyrannis: 2. ex Pſal. 103. lauda jam anima Deum. 3. *ſerva Deus* verbum tuum. Concione pomeridiana Pſalmus CXXIV. explicatione Lutheranâ ad præſens negotium deducebatur; hisque hymnis, votis, & celebrationibus nominis divini cultus publicus ad finem perducebatur. *Celebratio feſti poſt meridiem*

Præterea *Deo noſtro πολυελέῳ feſti hujus euchariſtici celebrationem placuiſſe*; omnino ſtatuendum eſt, quod eventus docuit. Nam quatuordecim diebus, feſtum hoc præcedentibus, *factæ fuerunt irruptiones ab exercitu Ligiſtico in has regiones*; Annæbergam, Auguſtoburgum, Lichtewaldam hoſtes ſpoliaverant; Plaviam, Adorfium & Olsnitium incenderant, & maximam partem illarum civitatum in favillas redegerant, ſeptem quoque pagos circa civitatem Chemnicenſem Vulcano tradiderant: nihilominus *tamen Sereniſſimus Elector feſtum illud Euchariſticum celebrari juſſit.* Quid aliud hoc tempore accidit, niſi *admirandum Divinum Saxonicum?* Sedebamus enim in medio leonum, ut Daniel; *Sed Deus rabiem iſtorum compeſcuit, & ora iſtorum clauſit*, ne nos perderent. Conſtituti eramus *in mediis perſecutionum flammis*, ut tres viri in fornace Babylonicâ; ſed *Deus fuit nobiscum*; Dominus *Jeſus Chriſtus noſter Immanuel fuit murus igneus* circa Eccleſias hujus Electoratus; ita ut in pace feſtum illud Euchariſticum fuerit celebratum; pro quo beneficio inſigni ſoli Deo præpotenti ſit laus, honor & gloria: nos læti etiamnum canimus cum Eccleſia; *An Celebratio hujus feſti DEO noſtro benedicto & glorioſo placuerit?* *Effectus irruptionis hoſtium.* *Zach. 2. 5.*

Di-

Diducta pandent guttura
Glutire nos volentes:
Summo Deo ſit gloria,
Haud ſic erunt potentes:
Rumpatur his funus ſuus,
Et perdat iſtos funditus,
Nil in Deum valebunt.

Quantâ Deus vi pauperes
Solaris derelictos,
Sunt gratiæ panſæ fores,
Mentisque clauſus actus:
Periſſe cuncta dum putat,
Crux attamen redintegrat,
Opem tuam manentes.

Altera demonſtratio, *feſtum noſtrum* Euchariſticum, in Divini nominis Sacroſancti gloriam concelebratum, *Deo miſericordi, per fidem in Jeſum Chriſtum* placuiſſe, *ſumitur à ſubſecuta ſecunda victoria noſtra* circa civitatem Luzenſem. Wallenſteinius enim poſt feſtum noſtrum celebratum, aliquas hujus Electoratus civitates occupaverat; Sed quia noſtræ copiæ Saxonicæ, copiis Sereniſſimi Regis Sueciæ adhuc erant conjunctæ, iterum ipſius Regia Majeſtas prope illam civitatem cum hoſte & exercitu Ligiſtico contendebat. Et quamvis *Sereniſſimus rex vitam ſuam cum inſigni Regiæ ſuæ Majeſtatis encomio, nunquam intermorituro*, in acie amiſerat; *nominis tamen celebritatem non amiſit, ſed retinebit usq; ad mundi finem*; ejusque exercitus Dei auxilio victoriam non amiſit, ſed Illuſtrisſimus Princeps Saxoniæ, *Dominus Bernhardus*, *Dux fortisſimus, ſanguinem* regium ulciſcebatur, & Dei auxilio, exercitum Ligiſticum, licèt Papenheimius etiam copiis ſuis accederet, attamen & iſtas in fugam turpiſſimam conjecit; *Papenheimio ipſo inſequente nocte Lipſiæ mortuo.*

Secunda victoria circa civitatem Lüzenſem.

Sereniſſimus Sveciæ Rex vitam quidem, ſed nō victoriam, non nominis memoriam amiſit.

Secunda illa victoria clarisſima, iterum requirebat novam gratiarum actionem & novum feſtum Euchariſticum, quod etiam Sereniſſimus Dominus Elector ſequenti anno M. DC. XXXIII. ſexto & ſeptimo Septembris die recurrente, denuò inſtituit, *in Dei gloriam*, & in utriusque hujus victoriæ præſtabilis & ſolennis pergratam memoriam.

Secundum feſtum Euchariſticum celebratum.

Dies feſtus indicebatur Dominicâ XI. poſt Trinitatis. *Ipſum quoq; feſtum* ſimili modo, ut jam hoc capite, primum deſcripſimus, fuit *ritu Chriſtiano peractum*; niſi quod manè, VII. Septembris, pro concione Pſalmus quadrageſimus ſextus: veſperi Pſalmus CXXVI.

Forma & modus celebrationis.

Digitized by Google

CXXVI. explicationibus Lutheranis illuſtratus, & ad præſentem panegyrin fuit accommodatus.

Iterum feſto hoc Euchariſtico ſecundo, *Sereniſſimus Saxoniæ Elector gratum Deo cor exhibuit*, dum illo ipſo cum conjuge Sereniſſima, & liberis illuſtriſſimis, ſacra συνάξει maximâ devotione uſus eſt *in Divini nominis gloriam*, & in fidei ſalvificæ confirmationem de υἱοθεσίᾳ *& vita æterna poſſeſſione certò certius acquirenda*. *Devotio Serenitatis Electoralis maximè inſignis.*

Et quis exiſtimaſſet, nos in pace & quiete hoc quoque ſecundum feſtum potuiſſe in Dei gloriam concelebrare? *Tot enim* malorum fluctus, *tot calamitatum* colluctationes, *tot procellarum* fremitus, *tot turbulentæ* tempeſtates ab inimicis noſtris expectandæ nos circumdabant. Verùm *Deus in altiſſimis major, imò maximus noſter opitulator*, agminibus ſanctorum Angelorum hunc Electoratum cinxit, ut per hoc qvoqve feſtum *Eccleſia Lutherana vera Chriſti navicula* in portu tuto navigaret & conſiſteret. Pro qvo beneficio ſit Deo τρισυποστάτῳ laus, honor, virtus, gratiarum actio & gloria. *Sub DEI protectione, ſecundum hoc feſtum peractum. Pſal. 93, 6, 3.*

Mala verò poſtea plurima alia experta fuerat *Lutherana Evangelica Eccleſia*; & qvidem ejusmodi mala, qvibus vel cœlum contriſtatur, *Sol & Luna nigreſcunt*, omnia elementa ſtupent, adeò ut malorum & calamitatum nondum finis! Hoſtes enim Ligiſtici nondum qvieſcebant, ſed circumibant Electoratum Saxoniæ *ut leones rugientes*, qværentes, qvomodo nos devorent. Ideoqve, ut in proverbio dicitur, omne trinum perfectum; pari ratione *tertium prælium factum eſt inter hoſtes noſtros & exercitum Sereniſſimi Domini* Electoris Saxoniæ, anno ſeqventi M. DC XXXIV. tertio die menſis Maij, in Sileſia, prope civitatem Lignicenſem, ſub generali exercitus Evangelici gubernatore *Domino Johanne Georgio Arnhemio*, viro prænobili, pietate, fortitudine & ſingulari rei militaris ſcientiâ prædito. *Heros ille erat fortiſſimus, hæreſium oſor, religionis aſſertor, militans in divinæ ſolùm gloriæ propagationem*, & ſanctiſſimi nominis *& meriti Chriſti amplificationem*, in Eccleſiæ Lutheranæ commodum & emolumentum. Hærebat etiam in memo- *Tertium prælium factum anno 1634. 3. Maji.* *Encomium Dn. Johannis Georgii Arnhemi,*

moria *exercitus* noſtri *Chriſtiani duplex illa victoria*, à Deo præpotenti, præteritis duobus annis, ipſis conceſſa. *Firma igitur in Deum & ipſius promiſſiones fiduciâ* præliabantur imperterriti milites noſtri, ita ut hoſtibus in fugam actis, *victoria tertia viciſſim* in noſtras partes ſeſe inclinaret.

Tertium admirandū divinum Saxonicum bellicum.

Admirandum hoc eſt Divinum Saxonicum bellicum tertium. Nam Deus pro verbo ſuo, pro Eccleſia Lutherana, pro aris & focis, pro parentibus, nobis, & liberis noſtris *pugnabat*; *A Deo gratis* hoc beneficium nobis donatum; qvo ipſo *Divina Majeſtas* Sereniſſimum Saxoniæ Electorem *miris modis exornavit*, condecoravit & cohoneſtavit. Nimirum, qvia *Electoralis Serenitas Deum honorat, ipſius & verbi ſui SS. gloriam* & honorem unicè qværit & tuetur, ideoqve Deus qvoqve Domino Electori noſtro promiſſionem veriſſimam adimplevit, 1. Sam. 2. Honorantes me honorabo.

Tertium feſtum eucharisticum.

Trium harum victoriarum magnitudo tertium qvoq; feſtum Eucharisticum reqvirebat: ad cujus inſtitutionem *Sereniſſima Excelſitas* hilari, promto & parato animo ſeſe accingebat, præſertim *accedente die illo maximè memorabili*, VII. Septembris. Illo ipſo igitur victoriæ Lignicenſis anno trigeſimo qvarto, ad mandatum Sereniſſimi Domini Electoris; *feſtum eucharisticum tertium* publicè pro concione auditoribus ſignificabatur Dominica XIII. poſt Trinitatis. Profeſtus dies pulſu campanarum horâ I. pomeridianâ indicebatur ſexto Septembris, qvi in diem Sabbathi incidebat. *Septimus dies Septembris*, qvi aliàs in hoc anno erat dies Dominicus XIV. poſt SS. Trinitatis feſtum, *totus erat Deo ſacer*; eodem modo & formâ, ſolenni ritu celebratus, ut præcedentium duorum annorum feſta Euchariſtica, niſi qvòd matutinâ concione loco Evangelii Pſalmus CXXVI. à meridie verò Pſalmus LXXXV. expoſitus, & ad præſens *feſtum Eucharisticum* fuit accommodatus. Liberum tamen fuit relictum, vel etiam loco Pſalmi jam nominati ordinarium hujus Dominicæ Evangelium explicatione illuſtraſſe.

Forma & modus celebrati hujus feſti tertii.

In hoc ipſo feſto, ut & in præcedentibus, *Cœna Dominica juxta Chriſti* inſtitutionem eſt diſtributa. *Illud miſericordiæ divinæ ſignum, amoris divini documentum, illum immortalitatis cibum*, iterum

Devotio Serenitatis Electoralis.

rum hoc ipſo feſto Euchariſtico tertio uſurpavit *Sereniſſimus Dominus Elector* cum conjuge Illuſtriſſima & liberis Illuſtriſſimis ſumma devotione.

Qvamvis verò ſeqventibus annis feſta illa Euchariſtica non ſint publicè inſtituta: *illum tamen diem præclarum, VII. Septembris, diem illum glorioſum, tot victoriis & feſtis Euchariſticis inſignem & nobilem*, nulla apud nos delebit oblivio. *Lutheranorum omnium omnes animæ, omnia corda, omnes lingvæ non hoc ſaltem die, verùm etiam omnibus annis & diebus*, qvamdiu mundus durabit, *DEUM laudate*; omnes poſteri, ſenes & juvenes, viri & mulieres, Domini & ſervi, adoleſcentes & virgines, pueri & puellæ *Deum laudate pro inſigni liberatione ex faucibus Antichriſti & tyrannorum Romanorum; fremat orbis & orcus, laudate omnes animæ, omnia corda Dominum*, & nolite admiranda illa divina, beneficia illa ingentia oblivioni tradere; qvi *omnia peccata in tribulatione* remittit; qvi ſanat omnes contritiones noſtras; qvi ſanat omnes cordis & terræ fracturas, Pſalm. 60. v. 4. *Gaudete in Domino ſemper*, & iterum dico gaudete, Phil. 4. v. 4. Lætamini in Domino, & exultate juſti; & *cantate* omnes recti animo. *Exultate* juſti in Jehova, rectos decet collaudatio. *Celebrate Jehovam* in cithara; pſallite ei, canite ei canticum novum; qvia rectum eſt verbum Jehovæ, & omne opus ejus conſtans; amat juſtitiam & judicium; *miſericordia & benignitate Jehovæ plena eſt terra*, Pſal. 32. & 33. Faxit *Deus optimus bonitate, maximus potentiâ ut horum beneficiorum memoria* apud nos ſemper *maneat vivida & florida*, ut in nobis & inter nos laudetur & glorificetur *nomen ipſius ſacroſanctum ſeculis nunqvam finiendis*,

Amen.

Illum diem præclarum 7. Sept. nulla apud nos delere debet oblivio.

Pſal. 103. Tob. 3. v. 13.

CAPUT NONUM.

De

Deciſione controverſiarum inter Theologos aliqvot Auguſtanæ Confeſſioni invariatæ addictos.

Non decet dona & bona Dei negligere vel amittere.

NOn minus *ſcitè & ſuaviter*, qvàm *verè & graviter* cecinit Poëta:

Non minor eſt virtus, qvàm qværere, parta tueri.

Religionem Lutheranam, qvam *Altiſſimus* per abrogationem abuſuum Pontificiorum & Calvinianorum *puram & incorruptam nobis dedit*, ab omni corruptione conſervare, certè *admirandum verè divinum* eſt. Ad ejusmodi ſtudium exhortatur *Dominus Jeſus* omnes chriſtianos; Tene, qvod habes, ut *nemo accipiat coronam tuam*, Apoc.3.v.11.

Corona noſtra eſt verbum Dei ſalvificum & legitimus Sacramentorum uſus; *hanc nobis Deus gratioſè* largitus eſt; ideoqve ut illam teneamus, & proſpiciamus, *ne qvis coronam illam rapiat*, neceſſitas poſtulat. Hoc ipſum etiam reqvirit officium Magiſtratus Politici, qvi eſt cuſtos utriusqve tabulæ.

καταγωγὴ generalis.

Maximè verò *cura illa pertinet ad Sereniſſimam Domum Electoralem Saxonicam*, cujus hæc eſt *propria dignitas & celebritas, vigilare & circumſpicere*, ne limpidi fontes Iſraëlis, hæreſium corruptionem aliqvam experiantur. Nàm in Electoratu Saxonico inclyto doctrinæ *reformatio per Divum Lutherum, Deo dirigente, exordium ſuum ſumſit*, ex illa *per Dei gratiam* in univerſam ferè Germaniam eſt propagata; *in hac ipſa Dei auxilio doctrina repurgata* à fermento Pontificio & interimiſtico, & à lue Calviniana cuſtodita; qvod ut poſthac qvoqve fiat, *à Dn. ſucceſſoribus omni contentione laborandum eſt; ſic enim Deus vehementer apud ſcuta terræ* elevatus eſt.

Pſ.47.v.10. καταγωγὴ ſpecialis.

Talis clypeus eſt poſt Deum nunqvam ſatis laudatum Sereniſſimus Elector, Dominus JOHANNES GEORGIUS, *Eccleſiæ Lu-*

the-

theranæ columna, & ejus Nutricius potentisſimus; ideoqve ipſo facto teſtatum fecit, ipſius Sereniſſimam Excelſitatem ruminaſſe Iſidori dictum: *Cognoſcant principes ſeculi, Deo debere* ſe rationem reddere, *propter Eccleſiam, qvam à Chriſto tuendam* ſuſcipiunt. Nam ſive augeatur pax & diſciplina Eccleſiæ per fideles principes, ſive ſolvatur, ille ab eis rationem exiget, qvi eorum poteſtati *Eccleſiam ſuam* credidit. *Eſa. 49, 23* *Iſidorus.*

Piorum igitur anteceſſorum Electorum *veſtigia laudatisſima noſtro tempore preſſit Electoralis ſua Serenitas.* Qvia enim disſidiũ qvoddam ortum erat inter aliqvot Theologos Auguſtanæ Confesſioni invariatæ addictos, ſuper qvæſtionibus ſeqventibus, qvarum *Sereniſſimi Electoris ac ſi Dn. Auguſti veſtigia preſſit Electoralis Serenitas.*

I. Num ad accuratam definitionem *præſentiæ Dei* apud creaturas, ſemper etiam *efficax operatio divina* reqviratur ceu pars esſentialis?

II. An præſentia Dei modificata apud creaturas, à ſola immenſitate & infinitate Dei, an verò à liberrima ejus voluntate oriatur? & qvodnam ſit *omnipræſentiæ Jeſu Chriſti*, juxta carnem fundamentum proprium & proximum, an voluntas & beneplacitum Dei? an perſonalis unio? An ad dexteram Dei ſesſio? *Capita controverſa inter partes diſſidentes.*

III. *An commodè de Jeſu Chriſto* dici posſit, qvòd ſecundùm carnem, in ipſo ſtatu humiliationis, qvin & in ipſa morte, ſemper & inceſſanter cœlum & terram, ut Rex gubernarit, & potenter qvidem, occultè tamen, dominatus ſit?

IV. *An Chriſtus ſecundùm utramq; naturam*, an verò tantùm ſecundùm humanam naturam ſe exinaniverit? Adeoqve, an omne id, qvod in ſtatu exinanitionis fecit & ſuſtinuit, juxta utramq; naturam fecerit & perpeſſus fuerit? & qvid propriè ſit exinanitio?

1. Qvia verò partes disſidentes *ad Auguſtanam Confesſionem & librum Chriſtianæ Concordiæ* utrinqve provocabant: 2. plerorumqve orthodoxorum animi & oculi etiam in Sereniſſimum Saxoniæ Electorem erant intenti, ſcire exoptantes, utri contendentium ſententiæ Theologi Academiarum & Eccleſiarum Saxonicarum præcipui adſtipularentur; 3. & ut omnes ſubditi cognoſcerent, *Cauſa ſubſecutæ & adornatæ deciſionis, impulſivæ.*

Digitized by Google

Cauſa efficiens poſt Deum unica.

rent, qvomodo *in Serenitatis ſuæ Electoralis Academiis, Eccleſiis & ſcholis publicè de ſupra dictis* qvatuor capitibus doceri debeat; certè *Sereniſſimus Saxoniæ Elector, utpote unicus* inter S. Romani Imperii Septemviros, *Evangelicæ doctrinæ puræ & incorruptæ verè addictus, & Eccleſiæ Lutheranæ poſt Deum Opt. Max. patronus unicus,* pro conſervanda *τῇ ὑποτυπώσει τῶν ὑγιαινόντων λόγων, in ſuo Electoratu vigilavit,* & deciſionem ſolidam ſupra dictarum qvæſtionum confici & publicari ſeriò curavit.

Convocatio Theologorum præcellentiſſimorum.

Deputabantur ex ſynedrio & conſilio Dresdenſi ſupremo Eccleſiaſtico *Doctores Theologi duo*; ex Conſiſtorio & Academia Lipſienſi *bini itidem profeſſores Theologi præcipui*; ex Witebergenſi totidem; his *à Theodoſio noſtro glorioſiſſimo & verè Magno* injungebatur, ut in timore Domini, an tale ſcriptum Deciſorium conficiendum; an verò aliud medium, ad præcavendum in Electoratu Saxonico erronearum opinionum contagium, adhibendum eſſe, deliberarent; ſuamqve ſententiam ſcripto comprehenſam, additis ſolidis rationibus, Sereniſſimo Electori referrent.

Convocatorum Theologorum deliberatio.

Obtemperarunt convocati illi Electorales Theologi ſubjectiſſimo ſtudio, neqve oſcitanter, aut perfunctoriè, *ſed ἀκριβῶς & exqviſitè rem ultrò citroq́;* ventilarunt, & qvid ex uſu Eccleſiæ futurum arbitrarentur, *pro fide Theologica, proq́; ſua ſcientia & conſcientiâ ὁμοθυμαδὸν* expoſuerunt. Placuit *Sereniſſimo Dn. Electori* humilimum obſeqvium, neqve intimorum duntaxat Conſiliariorum ſuorum vota ſapientiſſima audivit, ſed & ipſe *Sereniſſimus*, relatione humilimâ diligentiſſimè lecta, *adornationem deciſorii ſcripti* neceſſariam eſſe cenſuit, maturaqve præviâ deliberatione, ut ad *normam Scripturæ ſacræ* & librorum Symbolicorum conficeretur, clementiſſimè præcepit. Inſuper *Authorem ſcripti*, ne laborem illum, utut moleſtum, recuſaret, ſed *in Dei honorem & chriſtianæ Eccleſiæ uſum lubens* in ſe ſuſciperet, *vivâ voce admonuit.* Valde enim errant ſuperciliosi naſutuli, JCti Dillingenſes & alii, qvi Sereniſſimum Dn. Electorem res Eccleſiaſticas & ſacras, minori, qvàm par eſt, ſtudio curare ſomniant. Nec novum eſt, *Theologos decidere qvæſtiones controverſas*; factum enim id eſſe, in veteri qvoqve Eccle-

Sereniſſimi Dn. Electoris adſtipulatio.

Auctoris ſcripti deciſorii denominatio.

cleſia novimus. Imperator enim *Conſtantinus Magnus*, Patribus Nicææ congregatis compendioſiſſimam decidendi viam commendare volens, ſic eos eſt allocutus: *Evangelici & Apoſtolici libri*, nec non reliqvorum Prophetarum oracula planè nos inſtruunt *ſenſu Numinis*. Proinde hoſtili poſitâ diſcordiâ, ſumamus *ex dictis divini Spiritus* explicationes qvæſtionum, vel, ut in græco habetur, τῶν ζητουμένων λύσιν. Olim qvoqve Theologos adornaſſe Deciſiones qvæſtionum controverſarum notetur. Nam Sozomenus de *Theodoſio Imperatore* lib. 4 Hiſt. Eccl. c. 13. f. 483. ità ſcribit: Cohortarer eos, inqvit Imperator, qvi licèt ſerò ex hoc erroris barathro ſe exemerint, uti aſſentiantur *huic deciſioni*, qvam Epiſcopi literarum ſanctarum valdè periti, *de Deo Opt. Max.* aptè & convenienter ſanciverunt.

Imperatoris Conſtantini M. exhortatio.

Patet hoc ipſum qvoq; ex libro *Chriſtianæ Concordiæ*, in qvo ſemel atqve iterum dicitur, ut hæ controverſiæ ſolidè & dextrè explicentur atqve *decidantur*, pag. 589. Ad explicandam hanc controverſiam, & juxta analogiam fidei noſtræ Chriſtianæ *decidendam*, pag. 606. Ut autem hæc controverſia juxta verbi Dei analogiam piè declaretur, & per ipſius gratiam DECIDATUR, pag. 656. Manus ergò operi *in nomine SS. Trinitatis* admovetur, deciſio ſolida à Dn. D. Hoë conſcribitur, conſcripta à *duodecim Theologis in conventu Lipſienſi* cenſetur, & approbatur; approbata Electori Sereniſſimo humilimè exhibetur.

Autoritas libri Chriſtianæ Concordiæ.

Deciſio ſolida cenſetur & approbatur.

Acceptâ & perlectâ cenſura, & approbatione Dn. Theologorum accuratiſſimâ *Sereniſſimus Dominus Elector* ſine longiori mora deciſionem typis publicis evulgari præcipit, *ſpe fretus ampliſſima*, laborem hunc qvàm plurimis futurum longè acceptiſſimum.

Qvæſtiones veræ prædictæ qvatuor ita ſunt à Theologis Saxonicis juxta normam Sacræ Scripturæ deciſæ.

Qvatuor qvæſtionum deciſio.

I. *Modificata Dei præſentia* ſtylo Biblico deſcripta, ſine certa operatione, ne qvidem concipi, nedum completè definiri poteſt, pag. 3.

II. Adeſſentia Dei ab ipſa immenſitate & infinitate eſſentiæ & potentiæ divinæ oritur. *In hac univerſali Dei præſentia* regimen mun-

Digitized by Google

mundi à liberrimo Dei arbitrio unicè dependet, pag. 21.

Fundamentum & fons univerſalis *omnipræſentiæ Chriſti ſecundùm carnem exaltatam* eſt unio duarum naturarum perſonalis. Uſurpatio verò plenariæ acceptæ majeſtatis *fundamentum eſt exaltatio & ſeſſio* ad dexteram Dei, pag. 22.

Qvomodo Chriſtus hoc univerſum in ſtatu exinanitionis gubernaverit?

III. *Chriſtus ſecundùm carnem* in ſtatu exinanitionis *gratioſè qvidem affuit* credentibus, qvorum *caput*, *& mediator & rex ſecundùm utramq; naturam* erat: verùm juxta eandem humanitatem, tum temporis totum hoc univerſum inceſſanter non gubernavit; nec omnia idiomata divina ἐνεργητικὰ ſemper & inceſſanter uſurpavit; ſed *divina natura in carne humana, & per eam qvando, ubi & qvomodo voluit,* in operibus particularibus, utpote in miraculis & ſimilibus operata eſt & refulſit in medio ſtatu humiliationis, pag. 32.

In qvo conſiſtat exinanitio?

IV. *Exinanitio facta eſt* non ſecundùm Deitatem, ſed juxta humanitatem; pag. 67. Exinanitio *exiſtit in hoc, qvòd Chriſtus*, etſi ſecundùm carnem qvoqve ſtatim inhabitantem ſuam plenitudinem divinitatis plenariè & inceſſanter uſurpare potuiſſet, *non tamen hoc fecerit*, ſed qvoad plenarium & inceſſantem uſum, adeoq; qvoad univerſale & plenarium dominium cœli & terræ, *ſponte & pro liberrima ſua voluntate*, ſe exinaniverit & evacuaverit, formâ ſervi aſſumtâ, qvam in vitæ ſuæ terrenæ curriculo ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ retinuit, conditionemqve ſervilem, hoc eſt, contumelias, contemtum & alias paſſiones in ſe ſuſcepit, Eſa. 53.

Forma & conditio ſervilis qvæ?

Reſervavit autem ſibi Chriſtus in ſtatu ſuæ humiliationis & exinanitionis pro libitu & beneplacito ſuo, *in humanitate & per eam*, nonnunqvam *divina & ſupernaturalia opera* perficere, ut manifeſtum inde fieret, *divina idiomata in unione perſonali accepta*, ipſum non abjeciſſe vel depoſuiſſe; licèt non continuè & plenariè, ſicut nunc in ſtatu exaltationis uſurparit; ut habetur in ipſa deciſione, pag. 74.

Chriſtus divina idiomata non abjecit.

Unanimis approbatio deciſionis Saxonicæ.

Deciſionem hanc ſuo calculo & ſubſcriptione, toto corde & manibus facta, *approbarunt omnes omnium Conſiſtoriorum Electoralium & Facultatum Theologicarum* in utraqve Academia Saxonica Theologi octo; nec non præſulatuum Martisburgenſis, Numbur-

burgo-Cizenſis, Miſnenſis & Wurzenſis, & Conſiſtoriorum ibidem aſſeſſores Theologi & Superintendentes tres; ut & ſex Doctores Theologi & Superintendentes Electoratûs Saxonici.

Sereniſſimi Dn. Electoru ſpirituales & cordialis exultatio.

Cùm igitur cognoſceret *glorioſiſſimus Saxoniæ Elector*, prædictos ſuos Theologos præcipuos, uno ore & corde Deciſionem pro ſcripto orthodoxo & Sacræ Scripturæ, Symbolisqve Eccleſiarum noſtrarum per omnia approbaſſe, *non ſecus ac Conſtantinus Magnus in Domino exultavit, poſtqvam Theologorum ſuorum unanimem de perſona Chriſti* ſententiam reſcivit. Certus n. Sereniſſimus Elector fuit, *prænominatos Theologos* ἀπροσωπολήπτως *judicaſſe*, ſoliusqve veritatis cœleſtis & conſcientiæ rationem habuiſſe. Qvibus accedebant ſuffragia & ſubſcriptiones reliqvorum Superintendentium, Paſtorum, Diaconorum & in ſcholis Illuſtribus & oppidanis docentiũ liberrimæ; ut hac ratione ipſius Electoralis Serenitas id, qvod unicè cupiit, feliciter aſſecutus fuerit.

Approbatio deciſionis facta ab Illuſtriſſimo Principe Dn. Ludovico Haſſiæ Landgravio

Deo qvoq; noſtro benedicto & glorioſiſſimo gratias agimus mirificas, qvòd *Illuſtriſſimus*, de Sacro Romano Imperio meritiſſimus, & omnium bonorum laude digniſſimus *Princeps ac Dominus, Dominus Ludowicus, Haſſiæ Landgravius &c.* ſolenni mandato ſuæ Illuſtr. Celſitudinis Conſiſtoriorum & Academiarum Theologis, Superintendentibus, Paſtoribus, Diaconis, Scholarum qvoqve Rectoribus & Præceptoribus *clementiſſimè Deciſionem Saxonicam commendavit*, ſimul ſeriò præcipiens, ut concionando, legendo, profitendo & diſputando, *Deciſioni huic* omnes prædicti literati ſe conformes reddant, & nullus, qvicunq; ille ſit, diverſum qvid ſtatuere, defendere, ſtabilire vel introducere ſibi proponat.

Suffragia 1. Theologi Regis Daniæ. 2. Et Academiarum. 1. Regiomontanæ. 2. Jenenſis.

Paſſim qvoqve ex γνησίως Lutheranis Eccleſiis & ab orthodoxis Theologis *totius ferè Germaniæ* acceſſerunt ſuffragia, qvibus Deciſio Saxonica abundè eſt confirmata. *Sereniſſimi Regis Daniæ Theologus* præclariſſimus, *Dn. D. Chriſtianus* Matthias; nec non Theologi in Electorali Academia Regiomontana; Theologi Doctores, & præſertim *Triga illa Johannæa*, Deo Opt. Max. & Domino Jesu Christo ſacra, in Academia Jenenſi; nec non Theologi in Academiis Gryphiswaldenſi & Argentoratenſi. Theologi item Mi-

Digitized by Google

3 Gryphu-Waldenſis. 4. Argentoratenſis.

niſterii Saxocoburgenſis, Iſennacenſis, Lubecenſis, Onolsbacenſis, Halberſtadenſis & Francofurtenſis uno ore & eorde Deciſionem Saxonieam comprobarunt, & ſanctè conteſtati ſunt, ſe in eadem doctrina ſana nobiſcum conſentire.

Inevitabilis Apologia & Aſſertio Deciſionis ſubſecuta & publicata.

Qvia verò Würtembergiei Theologi, Deciſionem Saxonicam ſub ſpecie Amicæ admonitionis vehementer impugnarunt, juſſu clementiſſimo Sereniſſimi Domini Saxoniæ Electoris, *neceſſaria & inevitabilis Apologia ſeu Aſſertio Deciſionis Solidæ* eſt adornata & concinnata, & ad omnium notitiam publiei juris facta per ſuæ Serenitatis Electoralis deputatos Doctores Theologos.

Divinum Saxonicum Admirandū

Admirandum hoc eſt Saxonicum verè divinum, tot Theologos, tantoqve numero, & in tam diverſis Germaniæ loeis, *unam prorſus eandemq; doctrinam* cum Theologis & Eccleſiis *Saxonicis* profiteri, adeò qvidem, ut vix plures S. Theologiæ Doctores *Librum Concordiæ* initiò approbârint, qvàm qvot hodie *Confeſſionem & Apologiam Deciſionis Saxonicæ uno ore & corde* amplexi ſunt. Omnes illi qvoqve *Sereniſſimi Domini Electoris noſtri ſapientiſſimum conſilium* de eoncinnanda & publieanda Deciſione & Apologia humilimè ſunt exoſeulati.

Sereniſſimū noſtrum exornarunt 1. Theologi Academiæ Regiomontanæ.

Theologi Academiæ Electoralis Regiomontanæ Sereniſſimum Dn. Electorem Saxoniæ tali exornant encomio:

Immortalem meretur laudem Sereniſſimus & Potentiſſimus Elector Saxoniæ, qvòd non modò inteſtino Romani Imperii incendio ſapientiſſimis conſiliis, ad almam pacem unicè ſpectantibus reſtingvendo ſuecurrat; verùm & *ſalutari, tantoq; Heroë dignâ curâ* ducatur, ut & *ſpirituale* hoc, qvod exſurrexit, Eeeleſiaſticæ *συῤῥάξεως incendium* ſalutaribus mediis & remediis extingvatur, diſſipetur, tollatur.

2. Theologi Academiæ Jenenſis.

Theologi Doctores Academiæ Jenenſis, qvorum jam, *ſub nomine Trigæ Johanneæ auguſtiſſimo* mentionem fecimus honorificeam, Dn. D. Johannes Major Superintendens, Dn. D. Johannes Gerhardus, Dn. D. Johannes Himmelius, hoc elogio Sereniſſimum Dn. Saxoniæ Electorem extollunt:

Solatur nos Sereniſſimi Electoris Saxoniæ, *Herois nunqvam*

ſatis

ſatis laudati, nunqvam ſatis laudandi prudens vigilantia & ſincera pietas, qvi Conſtantini illius, *re & nomine Magni*, ut & Avi ſui, ſanctæ memoriæ, *Principis re & nomine Auguſti exemplo*, unicũ illud in votis, optatisq́; habuit, nec non curas, ſtudia atq; cogitationes ſuas hactenus in id contulit, ut non ſolùm politicam pacem calidiſſimis omnium ſuſpiriis exoptatam & expetitam *in Imperio Romano* reſtitueret, ſed etiam *diſſidia in Evangelicis Eccleſiis excitata* componeret, *& ſanctum veræ religionis depoſitum* à majoribus laudatiſſimis acceptum, *illibatum & inviolatum conſervaret*; qvo nomine poſteritas, ſi qva futura eſt, *Serenitati ipſius immortales ſe debere gratias ultrò agnoſcet*; qvin & *Chriſtus Salvator noſter* pium illud ſtudium in ultimo *die decretorio* coram omnibus electis & Angelis non ſolùm publicè *prædicabit*, ſed etiam largiſſimè *compenſabit*.

Media pacem reſpicientia tenuit. Medium componens diſſidium Eccleſiaſticum.

Theologi qvoqve Francofurtenſis Eccleſiæ & Miniſtri undecim Evangelici ſuffragiis præclariſſimis *Sapientiſſimum* Sereniſſimi Electoris *conſilium* condecorarunt, qvorum verba ſic ſe habent.

3. Theologi Francofurtenſis Eccleſiæ.

Summis laudibus commendandum eſt *chriſtianiſſimum hoc Chriſtianiſſimi Principis ac Domini*, Domini JOHANNIS GEORGII, Electoris Saxoniæ &c. Domini noſtri clementiſſimi, Eccleſiæ præſtitum officium, qvòd *pio laudatiſſimoq́; zelo* hoc negotii Reverendis Veſtris Dignitatibus, aliisqve ſuæ ditionis Theologis præſtantiſſimis dedit, ut controverſias haſce ex *Sacra Scriptura, librisq́; Symbolicis* deciderent, judicioqve ſuo maturo & gravi Eccleſiæ laceratæ ſaluti & incolumitati conſulerent. Qvam piam pro Eccleſia curam & ſollicitudinem, ut Deus omnis boni remunerator Celſitud. ejus clementer rependat, grato animo vovemus.

Atqve ſic confirmata eſt aſſertio noſtra, qvam præcedenti libro primo poſuimus, *Dei munere & conceſſione factum eſſe, ut Sereniſſimus Elector Saxoniæ ex omnibus actionibus, non ſine inſigni laude decederet*, ſed potius ſumma elogia omnium rectè ſentientium reportaret.

Sereniſſimus Dn. Elector cum laude ex omnibus actionibus decedit.

Digitized by Google

De ſchiſmate Rathmanni.

Rathmannus concionator qvondam Dantiſcanus.

IDem etiam ſentiendum de ſchiſmate Rathmanni, concionatoris qvondam Dantiſcani, qvi ſchiſma ſcandaloſum excitavit, qvæſtionibus qvibusdam *de verbo Dei*, ab orco revocans Svencofeldiana deliria, qvæ non tantùm publicè pro concione propoſuit, ſed etiam ſcriptis hinc inde diſſeminavit, & tanqvam zizania, *anno CHRISTI* ſupra milleſimum ſexenteſimum vigeſimo primo ſparſit; qvorum ferè præcipuum fuit, *an verbum Dei non lectum, nec auditum, aliqvam efficaciam habeat* homines convertendi & illuminandi.

Præcipuum Rathmanni delirium, zizaniorũ naturam habens.

Et qvemadmodum omnes errores & hæreſes zizaniorum naturam habent, ut citius creſcant, & ſeſe extendant: pari ratione Rathmannus zelo ἀζήλῳ doctoribus Evangelicis orthodoxis contradixit, errores ſuos ſcriptis publicis defendit, adeoqve omnes ſalutares admonitiones deſpexit, contendens, erroneas ſuas opiniones verbo Dei, Auguſtanâ Confeſſione invariatâ, libro Concordiæ & ſcriptis B. Lutheri, aliorumqve Theologorum orthodoxorum conſenſu niti.

Theologorũ Saxonicorũ convocatio, mandato Electorali facta.

Hâc de causâ *Sereniſſimus Dominus Elector* iterum Theologos *Doctores* Conſiſtoriorum trium & Academiarum trium Saxonicarum *excellentiſſimos peculiari mandato* convocavit, & iisdem injunxit, ut veram doctrinam *de verbi divini natura, proprietatibus & virtute* illuminandi, convertendi & ſalvandi ſcripto comprehenderent.

Hoc ipſum etiam ſubjectiſſimo ſtudio à præclariſſimis Dominis Theologis in actum productum fuit, qvi *auxilii divini invocatione, in nomine SS. Trinitatis, mediante Spiritus Sancti virtute*, doctrinam Rathmanni erroneam *ad Spiritus Sancti trutinam & lydium lapidem* examinaverunt, errores reprobarunt, & piam, ſanam & puram *de Verbo Dei & ejus efficacia* doctrinam, ſcripto publico, Lipſiæ anno Chriſti M. DC. XXIX. typis divulgato, ad omnium noticiam perduxerunt; ut omnes in Academiis, Eccleſiis & ſcholis docentes ſcirent, qvid approbandum, ſtatuendum & docen-

Digitized by Google

cendum, & qvid è diverſo abjiciendum, reprobandum & fugiendum.

Excellentiſſimi qvoqve illi Theologi publicè & ſanctè teſtati ſunt, *ſe in verbi divini doctrina ſalvifica, in Auguſtanâ Confesſione, in libro Concordiæ*, aliisqve harum Eccleſiarum ſcriptis ſymbolicis, *per Dei gratiam conſtantes permanſuros*, atqve ex animo deteſtari deliria Svencofeldianorum, Paracelſi, Weigelianorum, Enthuſiaſtarum, fratrum Roſæ crucis, Anabaptiſtarum & ſimilium fanaticorum. *Confeſſio excellentiſſimorum Theologorum.*

Summis qvoqve laudum præconiis ad cœlum, iterum extollendus eſt Sereniſſimus Dominus Elector Saxoniæ, qvòd *ſummâ & indefeſſâ curâ pro ſalute Eccleſiarum Electoratûs hujus, pro puritate doctrinæ cæleſtis conſervanda*, proqve ſerâ poſteritate *vigilavit*, ut ab illa, omnia errorum ſemina averterentur, & incorrupta, pura & ſana verbi divini doctrina ad illam propageretur; & *qvòd ipſius Electoralis Serenitas* tam multis & tanto numero magnis & precioſis *expenſis & ſumtibus continuis* non pepercerit, ſed tot & tanta impendere voluit, *Encomium Electoralis Serenitatis.*

I. *In belli* defenſivi ſuſceptione;

II. *In tot Jubilæorum & feſtorum Euchariſticorum inſtitutione*;

III. In Deciſionis ſolidę & Apologiæ Saxonicæ adornatione;

IV. In errorum Rathmanni Svencofeldianorum averſione;

V. *in concinnandâ Pupillâ Evangelicâ oculatuſſimâ, & ejus Apologiâ* principali. *Deus præpotens ipſius Sereniſſimæ Excelſitati*, multâ ſpirituali & corporali benedictione omnia benefacta certiſſimè & largiſſimè compenſabit.

Cл.

CAPUT DECIMUM.

De
Conſtantia Sereniſſimi Domini Electoris in Evangelica veritate, qvam demonſtravit Pupillę Evangelicæ & ejusdem Apologiæ Principalis adornatione; & qvadruplici pro Eccleſia Auguſtana Lutheranâ intercesſione.

Omnia [illegible] ta pietas & conſt[illegible] tia ſpec[illegible] na illuſ[illegible] in Sere[illegible] mo Do[illegible] noſtro [illegible] Elect[illegible] ciunt [illegible].

DIvinum illud Evangelicæ reformationis opus, qvod *Deus per Fridericum* Electorem ſapienter cœpit, qvod *Johannes Elector Dei auxilio* conſtanter continuavit; *qvod Johannes Fridericus cum bono Deo* magnanimiter defendit; *qvod Mauritius Elector* fortiter propugnavit, qvod *Elector Auguſtus* prudenter ab hæreſibus vindicavit, *qvod Chriſtianus, Pater & Filius*, chriſtianè & piè fovit, eiqve favit, idem noſter Elector Sereniſſimus *Dominus Johannes Georgius, nunqvam ſatis laudatus, nunqvam ſatis laudandus*, continuandum, defendendum, propugnandum, vindicandum & fovendum, *toto corde ſibi habuit perſvaſum.* Omnia hæc *Pietatis & conſtantiæ avitæ illuſtria ſpecimina*, ipſius Excelſitas Sereniſſima ſibi hactenus fecit, & *adhuc indefeſſo ſtudio facit propria.* Etenim qvàm *ſapienter, conſtanter & magnanimiter* periclitanti ſuæ veræ *Eccleſiæ Evangelicæ Lutheranæ & Religioni ſalvificæ* per tot tribulationum & perſecutionum annos fuerit patrocinatus, *tota Germania*, imò *totus orbis chriſtianus* ſatis ſuperqve loqvitur. Schiſmatibus extirpandis, & periculis præcavendis, exemplo Sereniſſimi *Electoris Domini Auguſti, Avi laudatiſſimi, nemo fuit ipſius Serenitate Electorali curioſior.*

Præcedentia capita teſtantur, controverſiis ſedandis, & periculis avertendis, ipſius Serenitatem Electoralem, *magnas in præliis*, magnas in *colloqvia & conventus graviſſimorum* & præcellentiſſimorum Theologorum *impenſas* feciſſe, cujus rei univerſa Miſnia, vel Lipſia unica teſtis erit. Evincit hoc ipſum *unicum illud aureum Pupillæ Evangelicæ oculatiſſimæ & ejusdem Apologiæ principalis ſcriptum*,

Pupilla Evangelica eſt aureũ ſcriptum ſpecia.

ptum, oculare qvod eſt & invictum teſtimonium, *Evangelicam doctrinam, & Auguſtanam Confeſſionem invariatam* ipſius Sereniſſimæ Excelſitati *ad inſtar pupillæ ſuæ* eſſe chariſſimam; qvam ſanè ſpeciali ſuæ ipſius Sereniratis juſſu, *cum ipſius Apologia Principali* divulgatam fuiſſe, nemo ſanæ mentis negavit, nedum dubitavit. Qvin potius ſtatuimus, tàm præclarè *Sereniſſimum Saxoniæ Electorem, pupillâ illâ Evangelicâ oculatiſſimâ, de Jeſu Chriſti Redemtoris noſtri unici Eccleſia γνησίως Lutherana* meritum eſſe, ut omni jure *factum illud inter ſplendidiſſima Suæ Serenitatis Electoralis trophæa recenſeri, cedroq; & marmori ad immortalem recordationem debeat inſculpi.* Diſertè enim fatentur excellentiſſimi illi Theologi Saxonici, ad concinnandam pupillam Evangelicam & Apologiam ejus principalem iterum convocati, *Spiritu Sancto præſide*, peculiari mandato & Sereniſſimi Domini Electoris juſſu, ſe illam ſubjectiſſimo ſtudio, communicato conſilio cenſuris ſuis comprobaſſe.

li mandato Electorali divulgatum

Qvod factū inter ſplendidiſſima ſuæ Serenitatis Electoralis trophæa recenſeri debet.

Diligenter verò ponderandus eſt *ſcopus, propter qvem* pupilla illa Evangelica concinnata; nimirum, ut *Jeſuitarum calumniæ*, de *Auguſtana Confeſſione* hinc inde ſparſæ, averterentur. Obſervet lector Chriſtianus ea qvæ habentur in pupilla Evangelica p. 263. 264. 266. 267. & videbit, nos Pontificiis injuriam non facere.

Scopus propter qvem pupilla Evangelica concinnata.

Septem verò Pontificiorum & Jeſuitarum ἐγκλήματα ibi recenſentur, ad qvæ pupilla ocularibus demonſtrationibus ita reſpondet, ut hactenus Jeſuitæ eandem confutare non potuerint; imò omnibus contrariis probationibus in æternum deficient.

ἐγκλήματα Jeſuitarum ſunt ſeptem.

Noſtræ demonſtrationes hæ ſunt. I. *Transactio Paſſavienſis religioſa, à Carolo V.* Romanorum Imperatore, *Rege Ferdinando*, ab omnibus Electoribus, Epiſcopis, Principibus & *ordinibus Romani Imperii* eſt juramentis confirmata, ideoqve *aboleri neqvit. Hæc totius Germaniæ, imò totius Romani Imperii Palladium eſt.* Hæc unicum & *adamantinum illud exiſtit vinculum*, qvo qvaleſcunqve illæ Romani Imperii reliqviæ & ferro-lutei pedes utcunqve continentur, & à diſſolutione atqve ruina hactenus ſunt conſervatæ.

Contraria noſtra demonſtrationes hoc loco recenſentur

Digitized by Google

Omnes Imperatores à condita tranſactione Paſſavienſi, eandem religiosè cõfirmarunt.

Id etiam agnoverunt & pro confeſſo habuerunt Imperatores ſeqventes; ideoqve tranſactionem illam Paſſavienſem Religioſam, in Comitiis Ratisbonenſibus, anno 1557. & Auguſtæ Vindelicorum, anno 1559. habitis; & qvod probè perpendendum, *etiam poſt Concilium Tridentinum in Comitiis Auguſtanis, anno 1566. celebratis, eandem denuo confirmarunt*, videatur pupilla pag. 287. 291. Et Apologia principalis à Cap. VII. usqve ad Cap. XVII. *Idem etiam cum ſumma & indelebili gloria præſtiterunt, Imperator Matthias I.* nec non *Imperatores Ferdinandus II. & Ferdinandus III.* Qvocirca de obſervatione practica nos Lutherani non dubitamus.

Jeſuitæ domi habitẽt.

II. Confitemur, nos *nullam aliam, niſi invariatam pro verâ Auguſtana Confesſione* agnoſcere, qvaliter invictisſimo Cæſari, Carolo V. Anno M.D.XXX. eſt exhibita. *Dõmi igitur habitabunt Jeſuitæ*, & ſuas prius falſationes avertant; & videant pupillæ pag. 310. 311. ut & Apolog. Principalem à cap. 17. usqve ad 35.

Conſiliarii Imperatoris cõfeſſi ſunt, qvòd à Lutheranis nihil doceatur contra Deum & veram fidẽ.

III. *Lutherani contra doctrinam Auguſtanæ Confesſionis nullos errores protulerunt.* Qvod ipſum in illis Comitiis etiam Principes Conſiliarii Imperatoris confesſi ſunt; qvòd à *Lutheranis* nihil doceatur *contra Deum* & veram fidem; pupill. p. 315. 317. *Auguſtana Confesſio, ut & transactio Paſſavienſis* non prohibent, ut & alii abuſus Pontificiorum taxentur; ut habet Pupill. 335. & Apol. Principalis cap. 18. & 37.

IV. *Liber Concordiæ Chriſtianæ* non adverſatur Doctrinæ *in Auguſtana Confesſione* contentæ, ſed potius eandem confirmat, pupill. p. 342. 344. 350. Apol. Principalis cap. 38.

Pontificii fecerunt trãſitum ad caſtra Calvinianorum.

V. *Neq; locus de Perſona Chriſti* hoc tempore aliter traditur, qvàm prout continetur in Confesſione Auguſtana. *Pontificios verò ad caſtra Calvinianorum tranſitum & progreſſum* feciſſe, demonſtrat pupill. p. 381. & ſeqq. Et Apol. Principal. à capite 39. usqve ad cap. 86.

VI. Qvamvis confitemur, *Papam Romanum eſſe Antichriſtũ*; attamen propterea *tranſactio Paſſavienſis religioſa* nobis non poteſt denegari; qvia *Pontificii doctores plurimi* id confesſi ſunt, videatur Pupill. pag. 394. 401. Apol. Princip. cap. 86.

VII.

VII. Neqvaqvam pro crimine læſæ majeſtatis eſt accipiendum, qvando ſtatuitur, Papam Romanum eſſe Antichriſtum; *qvia idem confeſſi ſunt Imperatores Romani*, ut habet pupill. p. 410. Ibi introducuntur Imperator *Fridericus Secundus & Imperator Ludowicus IV* qvi nobiſcum conſentiunt. Idem confeſſus eſt Eberhardus, Archiepiſcopus Salzburgenſis, pag. 412. nec non Mænardus Comes Tirolis: pupil. p. 414. Videatur Apol. princip. à cap. 87. usqve ad cap. 99.

Confeſſi ſunt & Imperatores, Papam eſſe Antichriſtum.

VIII. *Verum exemplar Auguſtanæ Confeſſionis adhuc per* DEI *gratiam*, non tantùm in rerum natura, ſed etiam in *Romano Imperio* reperitur, & certiſſimè continetur.

Atqve hâc pupillâ Evangelicâ, hisqve capitibus abſterſit *Sereniſſimus Dominus Elector* calumnias Jeſuitarum & Pontificiorum *ab Auguſtanâ Confesſione*. Sic etiam *ipſius Electoralis Serenitas commaſculato corde & animo imperterrito* Jeſuitarum machinationibus ſeſe oppoſuit, & eas in apricum produxit. *Ite nunc JCti Dillingenſes, & ulterius blaterate*; Credi nullo modo poſſe, (dicitis) qvòd Elector Saxoniæ pacis, ut in toto Imperio notum eſt, amantiſſimus talia ſcripta & famoſos libellos, qvos tamen Prædicantes Saxoniei temerarii homines, (ſic enim temerè loqvuntur iſti JCti temerarii,) prætensâ auctoritate & juſſu Electoris & Saxoniæ Ducis ad imponendum rudi populo, vulgare audent, edi aut approbari juſſerit; cum ſua Sereniſſima Electoralis Celſitudo, hujusmodi contra Eccleſiam Catholicam & Apoſtolicam Romanam ſedem publicas injurias ac contumelias in ſuis regionibus non toleret, ſed jam dudum prohibuiſſe feratur. Scit enim (pergunt) Celſitudo ſua, tales injurias non tantùm in Electores & Principes Catholicos, qvos pro fratribus & amicis ſuis agnoſcit, redundare, ſed etiam in ipſam Cæſaream Majeſtatem, Dominum ſuum clementisſimum, cui ipſe ut armiger, enſem præferre ſolet. Hactenus iſti.

Sereniſſimus Elector abſterſit calumnias Jeſuitarum.

Jeſuitæ in tractatu de compoſitione pacis ſub JCtis latēt.

Bona verba, qvæſo! JCti Dillingenſes; ſatis calumniarum; *veritatis nihil! In nihilum redacta eſt* iſta veſtra accuſatio *tot edictis Sereniſſimi & laudatisſimi Domini Electoris noſtri*, qvi omnibus

Σιωπὴ ἐλεγχ...

Dd ſcri-

Electoralis Serenitas ipſa pupillam legit, anteqvam typis exſcriberetur.

ſcriptis præcedentibus *expreſſum Electorale mandatum* præponi juſſit; *cujus Sereniſſima Excelſitas pupillam*, anteqvam typis exſcriberetur, *ipſamet de verbo ad verbum legit & approbavit*; & cum *Apologia Principalis eſſet conſcribenda, ipſamet definiverit*, qvisnam Theologorum manum operi debuerit admovere. *Injuriam facitis ipſius Sereniſſimæ Excelſitati*, qvòd læſæ Majeſtatis crimen committi paſſa ſit! *Contrarium potius evincit pupilla Evangelica, imò pupilla illa Electoralis Saxonica.* Ite JCti Dillingenſes, ite, ſi viri eſtis, pupillam Evangelicam oculatiſſimam & ejus Apologiam Principalem confutate! *Ejicite prius trabem ex oculis Ungersdorfferi & Schopperi*, veſtrorum complicum; qvod enim noſtris falsò imputatis læſæ Majeſtatis crimen, hoc ipſum in caput veſtrum & veſtrorum commilitorum, *graviſſimas in Evangelicos reges & Principes calumnias* eructantium, æqviùs veriùs retorqvemus.

Verba ἀξιουντι ὀνόμ[illegible] in præfatione der Hauptvertheidigung/ *pag. 1* Wir ſind verſichert / daß die Papiſten nimmermehr mit allen ihren Kräften dieſe Schrift gantz/von Anfang biß zu Ende/noch gründlich wieder egen können. Sind ihnen doch die Zäne zu ſtumpff worden über dem Augapfel/und haben an denſelben ſich weder gantz noch halb machen dörffen: Wie wolten ſie denn erſt an dieſe ausführliche Schrifft ſich reiben? oder dieſelbe gantz und gebührender weiſe beantworten.

Animadvertunt itaqve ex hactenus dictis omnes chriſtiani, & conſpiciunt *conſtantiam imperterritam Sereniſſimi Domini Electoris Saxoniæ*, Domini JOHANNIS GEORGII, Domini noſtri clementiſſimi, qvi hîc ipsâ ſuâ *pupillâ Auguſtanam Confesſionem* publicè coram Imperio Romano univerſo, *iteratâ Confesſione & imperterritâ confirmatione repetiit*, & ab injuriis vindicavit. Qvocirca ipſius Sereniſſimæ Excelſitati non *minor laus debetur, qvam Sereniſſimo Electori, Domino JOHANNI*, beatiſſimæ recordationis, à qvo primitus illa *Auguſtæ Carolo V.* unà cum aliis exhibita fuit. Sanè lubentes confitemur, & ipſa veritas nec non experientia teſtatur, qvòd *hic Dei digitus* ſit, qvòd noſter *Elector Sereniſſimus*, *hanc Auguſtanæ religioſæ doctrinæ & fidei ſuæ confesſionem* contra Jeſuitas & Pontificios modernos, *mediis in periculis & præſentibus* per-

Hic Dei digitus! Mediis in periculis viſus.

perſecutionibus, qvibus undiqve Evangelica Eccleſia cincta erat, conſtanter & *heroicè profiteri* non perhorruerit. Hoc verè eſt *Admirandum Saxonicum, qvod Deus Opt. Max. in Sereniſſima ipſius Excelſitate per Spiritum Sanctũ* eſt operatus, qvod etiam in *Illuſtriſſimis filiis*, Dominis noſtris clementiſſimis, *Deus propagavit* & confirmavit. Sanè hoc ipſum verè eſt, ut Salvator dicit, *coram hominibus ipſum confiteri* Matth 10. v. 32. Qvapropter *& Chriſtus Electorem* noſtrum *die illo decretorio coram Patre ſuo cœleſti* confitebitur.

Admirandũ Divinum Saxonicum

Electi qvoqve illi Sereniſſimi Saxoniæ Electoris Theologi fruſtra non laboraverunt, ſed Deus ſuam largitus eſt gratiam, ut intra paucas ſeptimanas *qvindecim millia pupillæ Evangelicæ exemplaria* fuerint vendita; adeò *ſummo deſiderio & zelo fervido* ab omnibus piis eſt accepta, & ſummo in precio habita.

Proſper ſucceſſus pupillæ Evangelicæ.

Qvis porrò ignorat, qvàm ſeriò & ſedulò ſuperioribus annis Elector Sereniſſimus pro *Evangelicis afflictis in Bohemia, Auſtria, Moravia & Sileſia*, ſtatibus de religione periclitantibus *ad Cæſaream Majeſt.* interceſſerit? Exules qvoqve inde *ad Serenitatem ſuam, velut ſacram anchoram confugientes*, Sereniſſimi Domini Fratris Chriſtiani II. exemplo, & ἐν ὁσίοις καὶ ἁγίοις paternè ſuſceperit, foverit & promoverit?

De interceſſionibus Sereniſſimi Domini Electoris pro Eccleſia Auguſtana & aliis.

Illam ſingularem clementiam & plus qvàm paternam Serenitatis Electoralis curam cumprimis *experti ſunt Auguſtani cives Evangelici*, qvorum Eccleſiam, qvantopere laudatiſſimo *D. Mauritii fortiſſimi* propatrui, & *D. Auguſti Auguſtiſſimi Avi ſui* exemplo ſibi commendatas habuerit, teſtatur abundè *multiplex illa interceſſio, qvartâ etiam vice repetita*, qva juſtiſſimam illorum cauſam apud Cæſaream Majeſtatem inſtanter, inſtantius inſtantiſſimè egit, juraqve ipſorum meridiano Sole clariora fecit, atqve toti mundo expoſuit. Qvibus etiam id effecit, ut *Auguſtani cives Evangelici* contra conſcientiam, veritatis Evangelicæ abnegationem non fuerint gravati, ſed *liberum Evangelicæ religionis & Auguſtanæ Confeſſionis invariatæ exercitium* abſqve ullius impedimento retinuerint.

Effectus interceſſionis Electoralis.

Hactenus enumeratis ſcriptis veluti ocularibus demonſtra-

Digitized by Google

Hinc lucet Conſtantia Electoralis Serenitatis

tionibus teſtatum fecit Sereniſſimus Dominus Elector *ſuam conſtantiam in ſemel agnita veritate* Evangelica, ita, ut non immeritò hactenus *poſt Deum Lutheranæ religionis clypeus* & *ſoſpitator* fuerit *denominatus.*

De Saxonia Evangelica.

Sanè tantam *Saxonici ſangvinis generoſitatem, conſtantiam & ſinceritatem* in tanto Principe Electore Cutſemius Colonienſis Presbyter ſibi fortè perſvadere non potuit, cùm *Sereniſſimæ ipſius Excelſitatis chriſtianam fidem & conſcientiam* tentare & periclitari non erubeſceret *Catholicâ ſuâ*, qvàm Serenitati ipſius Electorali inſcripſit, *Saxoniâ*. Videas ibi *lupum rapacem*, ovina & vulpina pelle, *venientem*, qva *lupum rapacem* tegere in animo habuit. Multa etiam de gloria & honore, Electorem Sereniſſimum manſuro, ſi ad Pontificiam religionem redeat, inaniter inculcat. Sæpius etiam propriam Domini Electoris ſalutem, ad qvam conſeqvendam, religione pontificiâ; tanqvam unicâ, *ſi Deo placet*, ad cœlum viâ, opus ſit, futiliter urget. Deniqve vivos etiam duces & doctores monſtrat, qvos Elector in religione ſeqvi debeat, Auguſtinianos, Dominicanos, Franciſcanos, & cumprimis Jeſuitas, mirificè deprædicat: *ô cæcos illos ductores & doctores!*

Matth. 7, 15

ô cæcos cæcorum duces.

Avitus Serenitatis Electoralis zelus magis innotuit.

Verùm *miſericordis Dei beneficio*, avitus & chriſtianus ille orthodoxæ religionis *zelus in Sereniſſimo Electore noſtro, toti mundo* magis magisqve innotuit. Peculiari enim *mandato clementiſſimo* ipſius *Sereniſſima Excelſitas* Excellentiſſimo Theologo, *Dn. D. Heinrico Höpfnero* mandavit, ut Saxoniam iſtam Catholicam Cutſemii confutaret. Qvod etiam ipſius Reverenda Excellentia *maſculè præſtitit*, adeò ut hactenus Cutſemius nullam, niſi ex Tacito, reſponſionem protulerit. Rana iſta loqvax, Cutſemius, ut piſcis, mutus factus eſt.

Entomium Saxoniæ Elevangelicæ à Dn. D. Matthia Hoë, p. m. prolatũ.

Non enim calcem aut fimbriam, *ſed ipſum jugulum adverſarii*, ipſius Reverenda Excellentia petiit, & omnia *ſtudio* contra Cutſemium *accuratiſſimo*, pro ea, qvæ præpollebat, *ingenii dexteritate* tractavit. Atqve *utinam Magnatibus* & ſub Pontificiorum tyrannide *gementibus multis* liceret ejusmodi tractatus *ſolidè elaboratos*, evolvere, nullum eſſet dubium, qvin *plurimi Caſtra Roma-*

nen-

nenſium deſerturi, & ad noſtram Eccleſiam verè Evangelicam & Apoſt olicam ſe eſſent recepturi. Nihil enim profundus Theologus D. Höpfnerus intermiſit, qvod ad revelandam nuditatem & turpitudinem metetricis iſtius magnæ Babylonicæ facere viſum fuit.

Poſthac igitur cautius mercari diſcat Cutſemius, & Saxoniæ Electorem Sereniſſimum *exiſtimet eſſe in religione verbi cæleſtis*, pura & ſincera *maximè conſtantem*; qvemadmodum univerſa illius *chriſtiana & laude digna gubernatio* clarè loqvitur. Idem faciant alii, cujuscunqve generis aut genii fuerint ſectarii; & *nullum ſibi ullus apud hunc Sereniſſimum Electorem polliceatur locum*; ille enim in omnes peræqve *cum Chriſto Servatore ſuo unico*, unam & eandem pronunciat ſententiam; *Qvi non eſt mecum eſt contra me, & qvi non colligit mecum, diſpergit*, Luc. 11. v. 23. Impius enim hæreticus perdit gratiam Dei & vitam æternam hæreſibus & erroribus horrendis & tremendis. Heros enim hic totus eſt *Chriſtianiſſimus & Lutheraniſſimus.*

Nuditas & turpitudo meretricis magna Babylonica à D.D. Höpfnero revelata.

Lutheranus ut ipſe eſt undiq; & undiq; SAXO;
Sicq; manebit is Undiq; & Undiq; Lutheranus.

CAPUT UNDECIMUM.

De
Conſtantia Sereniſſimi Domini Electoris in vera pietate & piis precibus.

CHriſtianorum veriberbium eſt, in ſcholis verſu illo trito decantatum:

Virtutes pietas in ſe complectitur omnes.

His verbis *pietas* reliqvarum virtutum omnium fundamentum conſtituitur; *cujus natura & eſſentia ſpiritualis in eo* conſiſtit, ut Deum, Chriſti meritum & ipſius verbum ſalvificum, virtute Spiritus Sancti, verâ fide amplectamur, *corde puro ſemper retineamus*, & juxta verbi ſui amuſſim omnes noſtras actiones inſtituamus.

Digitized by Google

Similia appoſita & convenienta.

Illæ verò ut bene procedant, eventumqve exoptatum ſortiantur, neceſſe eſt, ut *precibus ardentibus, aſſiduis & devotis ad Deum per fidem in Chriſtum* accedamus. Nauta portu non ſolvit; agricola ſementem non facit, niſi *votis Deo factis*: pari ratione in omni officio Chriſtiano *Dei benedictionem, gratiam & auxilium*, ardentiori ſtudio, piis precibus ab ipſo poſcamus & contendamus. *Preces igitur ferventes*, veræ pietatis ſunt potiſſima pars; ipſa qvoqve *pietas* omnis felicitatis in Republica *fundamentum*, omniumqve virtutum & actionum præclararum *procreatrix* & gubernatrix precibus devotis impetratur.

Encomia veræ pietatis, deſumta ab ipſius effectibus.

Pietas eſt, qva à terrenis ad cœleſtia deducimur; qva ab hominibus ad Deum ſegregamur.

Pietas eſt, qva à voluptatum illecebra ad virtutum exercitia ſecernimur; qvâ à malitia ad pietatem progredimur.

Pietas eſt, qvâ à faſtu ad humilitatem deſcendimus; qvâ ab ignavia ad induſtriam inclinamus.

Pietas eſt, qvâ à petulantiæ inſania ad obedientiam currimus; qvâ à temeritate ad gravitatem feſtinamus.

Pietas eſt, qvâ ab impietate ad morum elegantiam progreſſus facimus, qvâ à vitæ & corporis pernicie ad utriusqve ſalutem perducimur.

Pietas eſt, qvâ tandem à caducis ad æterna, à mortalibus ad immortalia procedimus: nominisq́; & famæ decus ab omni temporum injuria & interitu ipſo imus vindicatum.

Similiter & *Sereniſſimus Dominus Elector Saxoniæ, pietatis veræ & ſinceræ ſemper fuit ſtudioſiſſimus*; qvod hactenus ſatis ſuperq́; demonſtravimus. Ex abundanti verò idipſum probamus; *qvia Deum ſuum benedictum & glorioſiſſimum in corde & anima gerit*, ipſius verbum ſtudio indefeſſo meditatur, & nihil agit, nullasqve actiones tàm Imperii Romani, tàm Electoratus ſui & ſubditorum, qvàm propriam ſalutem concernentes perficit, *niſi invocato prius Dei præpotentis conſilio, auxilio & benedictione*, ut ille ipſe gratioſâ ſuâ præſentiâ iisdem præeſſe, & intereſſe, & ubiqve efficaciter operari, in Eccleſiæ, ſubditorum & propriam ſalutem haud dedignetur.

Peta

Peragendis verò ex ſententia peractis, *Deo πολυελέῳ ſemper immortales agit gratias*; & ut ſubditi idem faciant, publicis poſt conciones exhortationibus id fieri ſeriò mandat. Idem factum *εἰδικῶς* ſeqventibus temporibus:

I. Poſt Imperatoris glorioſiſſimi Rudolphi II. obitum.

II. Cùm prima Vicarii Romani dignitas ad ipſius Sereniſſimam Excelſitatem, juxta aureæ bullæ tenorem perveniret.

III. Cùm alterius Succeſſoris in Romano Imperio eſſet ſuſcipienda electio.

IV. Poſt Imperatoris Matthiæ obitum.

V. Cùm *dignitas Vicarii Romani* in ipſius Electoralem Serenitatem *alterâ vice* conferebatur.

VI. Qvando commiſſio ab Imperatore Ferdinando II. Ipſius Serenitati offerebatur, ut *ducatus Sileſiæ omnes*, & utrumqve Marchionatum Moraviæ *ad Cæſaream devotionem* perduceret.

VII. Cùm anno M.DC.XXX. legationem *ad Cæſaream Majeſtatem propter edictum*, Sereniſſima ſua Excelſitas amandaret.

VIII. Qvando *conventus Electorum & Principum* S. Romani Imperii Evangelicorum Anno M.DC.XXXI. *Lipſiæ cogebatur*, ut de graviſſimis rebus conſultatio inſtitueretur.

IX. Qvando Jubilæa duo feſta celebranda.

X. Cùm feſta Euchariſtica pro impetratis victoriis inſtituenda.

XI. Cùm hoſtis, Johannes Bannerus, Torgam deſeruiſſet.

XII. Qvando iter *in Daniæ regnum* ipſius Sereniſſima Excelſitas meditabatur, propter inſtantes nuptias Sereniſſimi Principis ac Domini, Domini CHRISTIANI V. cum Sereniſſima Principiſſa ac Domina, Domina MAGDALENA SIBYLLA, Sereniſſimi Saxoniæ Electoris filiâ natu minima.

Tandem *qvoties ipſius Sereniſſimæ Excelſitati ſignificatum fuit, Deum τεχτωπες ἀυτον conjugiis Principalibus* Illuſtriſſimorum Principum & Ducum ac Dn. Dn. GEORGII, *Haſſiæ Landgravij*, &c. & Dn. FRIDERICI, Holſatiæ Ducis, &c. *Generorum ſuorum laudatiſſimorum*, ut & *Illuſtriſſimorum filiorum*, Dominorum clemen-

mentisſimorum benedixiſſe; tunc *fervidæ interceſſiones apud Deum factæ ſunt continuæ.*

Ex his publicis precibus & gratiarum actionibus, mandato Saxoniæ Electoris clementisſimo inſtitutis, firmiter concludimus, qvòd *Pietatis devotæ ſtudium ipſius Electoralis Serenitas non tantùm incboaverit*, ſed qvod in eodem *etiam gnaviter Sereniſſimus adhuc pergat. Hoc omne Dei Opt. Max. opus eſt; ille ipſe omnipotens per Spiritum Sanctum, verbi ſui ſalvifici virtute, in corde Serenisſimi Domini* Electoris poſuit veram *fidem, utpote omnium virtutum fundamentum*. Omnes jam nominatas publicas & privatas precationes Serenisſimus fundavit *in Chriſti merito*; omnia petiit ipſius Serenitas *à DEO* in nomine Filii ſui, Domini noſtri Jeſu Chriſti. Ex fide ſeqvitur pietas: ipſa verò

Virtutes pietas in ſe complectitur omnes.

Scaturiginem & fontem habemus hoc loco ſaluberrimum, ex qva reliqvæ virtutes promanant, de qvibus σὺν θεῷ, in ſeqventi libro.

Finis Libri Secundi.

Elen-

Elenchus capitum
Libri Secundi.

I. De lydio lapide, ad quem probanda vera religionis ſinceritas.

II. De Dei & Spiritus Sancti zelo, quem cum ſcientia & fervore chriſtiano Sereniſſimus Elector per omnem vitam oſtendit.

III. De Senatus Eccleſiaſtici Dreſdenſis, nec non Theologicarum Facultatum in Academiis Saxonicis, Lipſienſi, Witebergenſi & Jenenſi conſiliis ſaluberrimis, quibus in conſervanda religionis puritate ipſius Serenitas utitur.

IV. De precibus publicis, debitâ frequentiâ & attentione celebrandis.

V. De concionibus pœnitentialibus, ad mandatum Sereniſſimi Domini Electoris ſeriò habitis.

VI. De Jubilæis duobus Lutheranis Evangelicis, quorum primus repurgationem doctrinæ per Divum Lutherum concernit.

VII. De ſecundo Jubilæo Magno, qui imperterritam Auguſtanæ Confeſſionis oblationem concernit.

VIII. De feſtis Eucharistiis, quæ poſt victorias Lipſienſem, Lüzenſem, & Lignicenſem ſunt inſtituta.

IX. De deciſione controverſiarum, inter Theologos aliquot Auguſtanæ Confesſioni invariatæ addictos.

X. De Conſtantia Sereniſſimi Domini Electoris in Evangelica veritate quam demonſtravit Pupilla Evangelica & ejusdem Apologia Principalis adornatione, & quadruplici pro Eccleſiis Auguſtanis interceſſione; ubi etiam Saxonia Evangelica fit mentio ſingularis.

XI. De Conſtantia Sereniſſimi Domini Electoris in vera pietate & piis precibus.

by Google

31.

ADMIRANDA DIVINA SAXONICA.

LIBER TERTIUS.

De Serenisſimi & Potentisſimi Principis ac Domini, Domini

JOHANNIS GEORGII

SAXONIÆ. JULIÆ, CLIVIÆ ET MONTIUM DUCIS, SACRI ROMANI IMPERII ARCHIMARSCALLI ET ELECTORIS, &c.

Domini noſtri clementiſſimi,

CORONA VIRTUTUM PRAESTANTISSIMARUM PRECIOSISSIMA ET SPLENDIDISSIMA;

Quâ

A DEO BONITATE OPTIMO, POTENTIA MAXIMO

Ipſius Sereniſſima Excelſitas exornata & condecorata.

QVIBUS IPSIS VIRTUTUM ACTIONIBUS ET EXERCItationibus ipſius Electoralis Serenitas

Tam qvoad Sacri Romani Imperii, & legum fundamentalium, qvàm qvoad Electoratus Sui latè patentis incolumitatem conſervandam, Salutaria qvæqve eſt operata;

A qvibus Ipſius Sereniſſima Excelſitas, fructum & effectum

ADMIRANDUM, QVI EST SUMMA AUTORITAS

conſecuta eſt;

concinnatus per

M. Matthæum Lungwitium, Seniorem, Eccleſiæ Rochlitienſis Archidiaconum.

Digitized by Google

ADMIRANDA DIVINA SAXONICA.

LIBER TERTIUS.

CAPUT PRIMUM.

De

Virtutum ſtudio in genere: εἰδικῶς verò de juſtitia politica Sereniſsimi Dn. Electoris.

HOc libro tertiò *teximus coronam precioſiſſimam præclariſſimarum virtutum*, in qvarum actione & uſu *Sereniſſimus Saxonis Elector aſſiduus eſt.* Et ut inde exordium faciamus, unde libro præcedenti digreſſi eramus: *Vera in Chriſtum fides eſt lucerna ardens in corde per charitatem; lucerna ardens* in manibus per bonorum operum exercitationem; *lucerna ardens* in univerſo mundo per exempla virtutum. In illa velut *in lucerna* eſt gratiæ cœleſtis ſalutiferæ *lumen Jeſus Chriſtus*; & per eum exiit in terram *admirabile virtutum lumen.* Lucere enim debet *lux fidei coram hominibus*, ut videant bona noſtra opera, ut *Patrem cœleſtem* glorificent, Matth. 5.

Cohærentia libri tertii cum præcedente ſecundo.

De vera fide

Carbunculus eſt vera in Chriſtum fides. Nam ut ille lapis ab igniti carbonis colore ita vocatus, *inter ardentes, igneasq́; gemmas ſupremam* ſibi vendicat majeſtatem; *ſic fides eſt lux ardens*, Luc. 12. Matth. 25. in foro divino ſolum habet officium, *ut applicet homini credenti gratiam Dei* & meritum Chriſti. *Carbunculi lapides omni-*

Vera fides eſt Carbunculus.

...m nobiliſſimi: ſic *vera fides* nobiliſſima pars eſt hominis chriſtiani; adeò ut *abſq; fide impoſſibile* ſit placere Deo; & qvicqvid non eſt ex fide, peccatum eſt, Rom.14. Heb.11. *Carbunculi Solem imitantur:* Sic vera fides in Chriſtum, qvi eſt Sol juſtitiæ, Mal.4. *ipſius meritum ſolummodo* reſpicit: *tantùm enim in Domino mihi juſtitia*, dixit verè credens, Jeſ.45.v.24. *Ex fide proveniunt veræ chriſtianorum virtutes.* Hoc enim modo factæ *Deo placent propter Filium mediatorem.* Et *ſicut aurum metallorum omnium* eſt præſtantiſſimum, *& magnorum ſæpe laborum præmium:* ita virtutes præclaræ cætera omnia, qvæ ſunt in homine, ſuperant.

Virtutum generale comium.

Maxima profectò & divina vis, *ſumma dignitas, authoritasq; virtutis*, qvocunqve illa incubuerit; eò cæteræ inclinent neceſſe eſt. Cætera opere aut manu facta, vetuſtas conficit & conſumit; *at verò virtus animi flos nunqvam* marceſcit, ſed qvotidie magis *floreſcit.* Cætera temporalia ſunt incerta, fluxa & mobilia; *ſola virtus*, multis exercitiis acqviſita, *una eſt altiſſimis defixa* radicibus, qvæ nunqvam *ulla vi labefactari* poteſt, loco nunqvam dimoveri. Qvocirca is ſit affectus in nobis; *etiamſi à perfectiſſima virtute longè abſimus; aliqvam tamen ejus partẽ* conſeqvi, ſi minus, qvantum par eſt, *at non nihil* certè cupiamus. Neqve aliâ de cauſa arctiorem *ſeverioremq; vitæ & morum diſciplinam* ſubierimus, niſi ut omnem operam, curam & ſtudium, qvod in aliis rebus ponendum fuit, *in una virtute comparanda* defigerimus. Hoc virtutis ſtudium non caret ampliſſimo præmio. Nam ſicut umbra corpus: ita etiam *laus & gloria virtutem ſeqvitur:* ſiqvidem *virtus egregia non poteſt* latere, ſed qvò magis premitur, *eò magis lucet illa per ſe;* ſplendetqve etiam in tenebris, & *eos, in qvibus radices egit*, apud alios, interdum etiam apud alias nationes efficit *amabiles & laudabiles. Invia enim virtuti via nulla eſt;* nullus locus ipſi clauſus; *virtuti omnia patent;* neqve locus *neq; honor ipſi deeſt.* Patent ipſi templa, patet curia, forum, aula; patent caſtra, ſodalitates amicitiæ, *publici privatiq; honores;* publici privatiqve hominum congreſſus: *Virtus omnia adit;* omnes rectè ſentientes ipſam adamant & complectuntur.

Studiũ virtutis non caret ampliſſimo præmio.

Invia virtuti nulla eſt via.

Poſt

Poſt pietatem verò *juſtitia* reliqvarum virtutum eſt *regina & domina*, à qva in omne hominum genus leges & jura manarunt; *De juſtitia.*
qvâ ſublatâ, non domus ulla, non civitas, non hominum inter ſe ſocietas, non ipſa deniqve rerum univerſitas ſe tueri, qvoad temporis punctum poſſet. *Juſtitia ut Sol micat; aureum os habet;* nec heſperus & lucifer tantam ſui admirationem concitat, ut juſtitia. Virtus hæc pulcerrima, *juſtitia, eſt Adamas*, lapis generoſiſſimus, colore ferro candenti non abſimilis. *Adamas nulli ferro cedit;* ignibus enim lapis ille vaſtiſſimis injectus, pertinax atqve illæſus permanet, ut nullam prorſus ignis actionem admiſiſſe palàm oſtendat, Fr. Rueus lib. 2. de gem. cap. 15. *ſic juſtitia ſibi ſemper ſimilis* *ἀπόδοσις.*
permanet; *ignibus largitionum furentibus tentata, non cedit*, ſed illæſa manet, ut nullam prorſus ſubtractionem vel diminutionem *Juſtitia ef-*
admittat. Juſtitia patriæ charitatem, parentum pietatem, frater- *fectus, &*
num amorem, bonorum amicitiam animis ingenerat. *Hæc honeſtè* *propria.*
vivere, alterum non lædere, ſuum cuiq; tribuere docet: hæc eſt legum omnium, jurium, inſtitutorum, decretorum & conventionum fundamentum. Num verò juſtitiæ *deditum optimum E-* *Transfer-*
lectorem negabimus? Qvi peculiaribus judiciis, nobiliſſimos am- *tur Theſis*
pliſſimos, magnificentiſſimos & præcellentiſſimos, & *intimos &* *ad hypothe-*
Appellationum, & juſtitiæ Conſiliarios conſtitutos, unà cum *Supre-* *ſin.*
mâ Curiâ Electorali & Lipſienſi & Witebergenſi, nec non Scabinatu Lipſienſi, animitus, ſingulariterqve diligit, fovet, tuetur: Qvi ad *unam ſanctiſſimarum legum normam* omnem adminiſtrationem attemperavit, Prov. 16 v. 12. Qvi per urbes & oppida *inferiores Magiſtratus* conſtituit, inqve deligendis iis, qvos ad Reipublicæ guber-
nacula admovit, eos maximè probat, *qvi ſanctioris diſciplinæ exem-* *Juſtitiâ ſta-*
plum præbent. Neqve enim *Legum ac diſciplinæ vindices* eos eſſe *bilitur ſo-*
poſſe exiſtimat, *qvi legibus parere ipſi* nunqvam didiciſſent. *lium.*

Omnis igitur, qvæ in rebus publicis adminiſtratur, *juſtitia*;
omnis, qvæ in Curiis & judicum ſubſelliis pronunciatur, *ſententia;* *A qvo depen-*
omne deniqve, qvod in fore exercetur *judicium, poſt Deum Opt.* *deat juſti-*
Max. & ipſius verbum, à Sereniſſimo noſtro Electore, ut & legibus *tia?*
dependet. Adeò *Deus ipſius Sereniſſimæ Excelſitati benedixit, exopta-*

ta

Propria ni conſilii.

Studium tiqvitatis neceſſarii.

Col.3.5.u

Prudentes conſiliarii ſunt ſalus & Electoris & Electoratus.

felicitas ad omnia ſumma ipſius Serenitatem provehe
omnibus dicaſteriis haberet conſiliarios, qvibus *res ſu*
& ad Imperii Romani ſalutem promovendam pertinen
poſſet communicare,& qvi conſilia ſalutaria valerent p
qvi conſilia ſua *ad Dei honorem & gloriam, principis emo*
patriæ libertatem & commodum dirigerent; qvi in re
cauti,*in conſulendo prudentes*,in agendo fortes; *præteri*
cognita,præſentia probè perpenderent, *& futura proſpice*
Serenitas Electoralis tales habet Conſiliarios, qvi ad *ſu*
tilia,ad diſſvadendum noxia accurati, in actis referendis
n rebus oratione exprimendis ſolertes; *lingvarum exo*
& neceſſariarum peritiam habent exactiſſimam; Qvi *ve*
porum & antiqvitatum ſcientiâ ſunt inſtructi, *præteritor*
rum noticiam animo comprehenſam tenent; de futuris
ctis conſilia ſuggerunt; Qvi τὸ δίκαιον καὶ τὴν ἰσότητα, ſi
habent; Qvi,qvid ſit *æqvum aut iniqvum*; *juſtum aut inju*
legibus conveniat,aut cum iisdem litem & pugnam exe
judicando intelligunt: Ejusmodi conſiliarios,qvi conſili
dentiâ ſuâ communibus provinciæ malis medentur, &
difficilimis temporibus præſtant,ut *ſalus & Electoris & E*
verius nominari poſſint titulo meritiſſimo. Nimirùm tal
liarii *Dei miſericordiæ donum ſunt* excellentiſſimum; ipſe
viros ſapientes,fortes, judices, conſiliarios prudentes, in
& eloqvii peritos, Eſa,3. *Conſilium Dei eſt*,ipſius eſt pruden
bur; per *ipſum reges regnant*, & dominatores decernunt j
Prov.8.v.14.15. *per ipſum principes* gerunt principatum, &
judices terræ ingenui. *Summa hæc eſt felicitas Sereniſſim*
Electoris noſtri,pro qvo Deo noſtro benedicto & glorioſ
laus honor & gloria; qvam ut poſthac in Electoratus h
gmentum, emolumentum & ornamentum conſervet *ille*
Archiguberna præpotens, precibus indefeſſis
obſecramus.

CAPUT SECUNDUM.

De
Serenitatis Electoralis Prudentia.

QVia *individuum juſtitiæ & prudentiæ* eſt commercium, dicente Ambroſio lib.2. de off.c.9. de Dan. judicio. ſeqvitur ut *juſtitiæ prudentiam* ſubjungamus. Eſtote prudentes, ſicut ſerpentes, *præcipit unicus Salvator*, Matth. 10.v 16. Scaturigo vitæ eſt intelligentia, poſſidentis eam, Prov. 16. v.22. *In animo ſapientis reqvieſcit prudentia*, Prov.14.v.33. Animus prudentis qværit ſcientiam, Prov.15.v.14. *Et ut ſimile Salvatoris de ſerpente repetamus*; Serpens in pugna caput defendit: Sic chriſtianus proſpiciat, ut *caput ſuum, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum vera fide* in pectore ſuo usqve ad finem conſervet. Serpens rimas Saxorum percurrens, veterem cutem exuit & deponit: *Sic & nos veterem hominem*, qvi juxta concupiſcentiam erroris corrumpitur, juxta priorem converſationem *deponamus*, & renovati Spiritu mentis noſtræ, *novum hominem induamus, qvi juxta Deum conditus* eſt per juſtitiam & ſanctitatem veritatis, Eph.5.v.22. Proſpiciamus, ne aliqvis coronam noſtram auferat. *Pertexitur ſimile de ſerpente.*

Eſt igitur præcipuum hominis Chriſtiani munus, *ſcire prudenter vitam agere, Deo ſervire*, omnesqve actiones ſuas *ad Dei & verbi ſui voluntatem* dirigere. Nemo ſibi imaginetur prudentiam aliqvam, qvam ex Dei verbo non didicit; *ejusmodi enim prudentia, qvæ extra limites verbi divini vagatur, ſumma eſt dementia.* Optima verò eſt illa prudentia, qvæ ad amuſſim verbi divini ſalvifici omnibus modis qvadrat. *Qvænam optima prudentia?*

Sed & alia eſt prudentia, qvæ nihil aliud eſt, niſi eventorum obſervatio, & rerum præſentium *futurarumq; ex præteritis petita cognitio* & diſpoſitio. Prudens enim nihil aggreditur, niſi *maturo conſilio, & acutè videt, qvid in qvaq; re optimum*; & exercitatione diuturnioris rerum uſus prævidet ex præteritis, qvid futurum ſit. *Prudentiæ inſunt docilitas, ratio, intellectus, circumſpectio, prudentia,* *Eſt etiam prudentia politica.*

Digitized by Google

Eurip. ap — Stob. ſent 84. Cauſa i— ſtrument— lis. Prudent— conferiu— Jaſpidi.

cautio, qvæ omnia ex verbo Dei diriguntur. Prudentia v
donum qvi eam petentibus & in timore ſuo ambulanti
Inſtrumentum eſt divinarum & humanarum rerum cog
non multus & diuturnus rerum uſus. Τῶ γὸ φρόνη
βίος καὶ τὰ πολλὰ μαθήματα φέρει, dicente Dionyſ
naſſæo lib. 8. cap. 28.

Prudentia Jaſpis eſt; autumnale matutinum, ſere
cœlum imitatur Jaſpis: ſic *prudentia ſibi maturè* proſpici
bus, qvæ ſibi ſalutaria & utilia exiſtimat. Jaſpidem ocu
mni ſordè purgare Phyſici ſtatuunt: *ſic prudentia animum*
purgat ab omnibus, qvæ ſibi exitioſa fore exiſtimat.

ὁμοιω— καὶ κα— γνωγι— Pruden— 1. Supr— ſe. 2. Juxt— ſe. 3. Intr— ſe.

Utraqve prudentiâ præditum Sereniſſimum Domin
ctorem, ipſa teſtatur experientia. *Supr. ſe enim Deum Cona*
Redemtorem & Sanctificatorem ſuum reſpicit, qvem filialiter
& ipſius verbum præ oculis poſitum in corde ſuo ſemper g
Juxta ſe reſpicit *ſuum Cæſarem & Dominum*, cui fide ſincera
cramento ſe obſtrinxit; ideoqve Cæſari dat, qvæ ſunt Cæſar
ut ille datum ſervet, omnibus viribus nititur. *Intra ſe* reſpic
mani Imperii leges fundamentales, & ſalutares conſtitutiones
qvid Electorem, nec non Romani Imperii ſeptemvirum dece

4. Ant e ſe

accuratè proſpicit. *Ante ſe*, porrò reſpicit ipſius Electoralis Ser
tas *majorum ſuorum laudatiſſimorum exempla*, qvomodo in
ipſorum regiminum ſtadio laudabiliter peracto conſtantes
manſerint, & ut illorum veſtigia premat, omnem lapidem mov

5. Infra ſe

Infra ſe reſpicit ſubditos ſuos, ſolicitis articulis computans, qvid ip
noceat, vel utilitatem afferat, ut ipſorum jura, res familiaris &
conomia Dei auxilio in florenti rerum ſtatu poſſint conſerva

6. Erga legatos.

Advenientibus legatis exterorum regum vel principum *longâ ex*
perientia didicit ipſius Electoralis Serenitas, qvalia reſponſa debear
legati reportare, ut *Religioni Lutheranæ*, ut Romano Imperio &
ſubditis ſint ſalutaria. Et qvemadmodum res nulla tanta, tàmqve

Cauſa Bohemica difficilis.

difficilis eſſe poteſt, qvam *prudens vir & conſilio regere*, & pruden-
tiâ tueri, & virtute conficere non poſſit: *Sic in cauſa Bohemica dif-*
ficili Sereniſſimi Domini Electoris conſilia, *ſummam prudentiam*

pra

præ ſe ferentia judicata ſunt; dedit enim Cæſari, qvæ Cæſaris ſunt; neqve *ſeditioſis* Bohemorum, regnum ipſi offerentium, *conſiliis* ſe immiſcebat; ſed qvid incommodi inde futurum, *acutè providebat.* Prudentiæ Domini Electoris providæ eventum reſpondiſſe, nemo eſt, qvi inficias ibit! Pari ratione in aliis rebus *exqviſitâ prudentiâ miro in* pernoſcendis hominum ingeniis, & *acerrimo* in ponderandis rei cujusqve meritis *judicio pollet*, ita ut plurimi in maximis negotiis expediendis *prudentiam & animi ſui magnitudinem* experti ſint. Propter ejusmodi dona inſignia, *in Sereniſſimum Electorem* collata, *qvòd ipſe Heros prudentiâ ſummâ* præditus ſit, à rectè ſentientibus *ſummo honore & exiſtimatione digniſſimus* judicatus eſt, ita ut *Imperatores, Reges, Electores & Principes ipſius Serenitatis amicitiam expetiverint. Rudolphus & Matthias Imperatores* ipſum ſummis honoribus, *qvibus aliqvis in ſummâ eminentiâ conſtitutus* exornari poſſit, digniſſimum exiſtimarunt. *Ferdinandus II. & III. Imperatores egregiis elogiis & encomiis*, qvæ regem decent, ipſius Serenitatem condecorarunt. *Electores Imperii imperatorio diademate ipſius Sereniſſimam Excelſitatem dignam eſſe, qvam dignitatem ſummam*, etiam mortuo Dn. Rudolpho ipſi obtulerunt, *rectè judicàrunt.*

Prudentia Dn. Electoris provida.

Effectus prudentiæ.

Imperatoria dignitas ipſius Serenitati ab Electoribus Romani Imperii oblata referente Dn D. Matthia Hoë τῷ νῦν ἐν ὁσίοις.

D. Ludowicus Camerarius, Conſiliarius Palatinus, anno M. DC. XVI. die Lunæ poſt primam Dominicam Trinitatis ſolenniter teſtatum fecit, nimirùm *ſe inſignia animi & ſummi ingenii dona in Electore Sereniſſimo Saxonico non poſſe ſatis admirari*; ejusmodi enim ἀγχινοία & intellectus acrimoniâ Dominum Electorem præditum eſſe, *ut in graviſſimis diſcurſibus de rebus maximis inventus fuerit expeditiſſimus.*

Comes de Turre dictus, anno M. DC. XIII. tertio die Menſis Aprilis *publicè eſt confeſſus, ſe Deo gratias agere, qvòd Sereniſſimum Saxoniæ Electorem & videre & colloqvi cum Serenitate ſuâ* ipſi conceſſum fuerit; ſe enim *in tanto Heroë omnia inveniſſe, qvæ tantam ſummam Imperii Romani columnam decerent.*

Comitis de Turre judicium.

CAPUT TERTIUM.

De

Pulcerrimâ virtute, qvæ eſt H-
militas.

Ipſa [illegible] admo[illegible] nos de[illegible] milit[illegible] ſtand[illegible] Deſſ[illegible] hujus [illegible] in [illegible] nocet [illegible] Præ[illegible] con- ejus [illegible] ducti [illegible] pluri. mum [illegible] vindicat [illegible] nim ſibi qviddam di- vinum [illegible] Phil. 2. v. 8.

Cùm natura, qvæ mutis & brutis
bus *villos & vellera, pennas & alia tegumen*
num hominem nudum naſci voluit, & cunc
egenum, & ipſo vagitu cunctorum fidem & opem im
ſatis clarè nos monuit, *non ad ſuperbiam, ſed ad conte*
nimi modeſtiam nos eſſe genitos. Eſt autem *humilitas*
vitam tranqvillè traducendam, ut hac unâ qvi carue
umbras, ac ne umbras qvidem videatur conſecutus. *Il*
florueris, omnium virtutum complexionem qvanda
rem penitus comprehendiſſe videatur.

Humilitas enim divinum qviddam ſibi vendicat;
accedit ad omnipotentem Dei viventis Filium, qvi in
ta obediens factus Deo Patri, ad mortem usqve cruci
vit. Eo nomine *humilitas multa eſt digna laudibus*, m
brata encomiis; qvia omni parte *eſt venuſta*, & *inco*
critudine ſe conſpiciendam præbens, omnes ad ſe & i
trahit.

Julij Cæſa-
ris exem-
plum.
Dion Caſſi
us lib. 37. p.
52.

Sic promtiſſimus erat *Julius Cæſar* ad unumqv
viliſſimum hominem demerendum: ac ſi inſtituerat,
micitiâ potiretur, nullum neqve ſermonem nec ac
mittebat; *ſolicitus de ea humilitate*, in qvam ſe impra
mittebat, qvia ex ea *potentiam poſtmodo adipiſceb*
inter qvos primus fieri moliebatur, *hiſce ſeſe ultro per*
veram inſinuabat, eapropter plebi Romano charus
rat.

Humilitas
confertur
Smaragdo

Humilitas eſt Smaragdus; cum herbis & gramin
ditatem certat *Smaragdus*; imò etiam qvarundam he

rem non rarò ſuperat: Ad eundem modum *& humilitas ſeſe* usqve ad terram dejicit. Pari ratione Abraham ſeſe dimittit: Auſus ſum, dicit, alloqvi Dominum, tametſi *ego ſim pulvu & cinis*, Gen 18. v. 27. *Minor ſum, Domine*, cunctis miſerationibus tuis, dicit Jacobus, Gen. 32. v. 10. Nullus gemmarum color, oculis æqvè placet atqve Smaragdi viror. Sic etiam *humilitas Deo mirificè placet*, adeò, ut humilibus det gratiam, 1. Pet. 5. Smaragdi reperiuntur, ſpeculi ſpeciem referentes; nam imagines rerum repræſentant; *Sic etiam humilitas Domini noſtri Jeſu Chriſti animum humilem repræſentat*; dicit enim Salvator: Diſcite à me, qvia mitis ſum & *corde humili*. Smaragdus vires habet præſtantiſſimas, veneno reſiſtentes: Pari *modo humilitas vires præbet* adverſus ſuperbiæ venenum noxium.

propter ſeqventes rationes. 1. propter virorem ſeu viriditatem 2. propter oculorum recreationē 3. propter imaginum repræſentationem. 4. propter vires veneno reſiſtentes.

Majori verò laude digniſſimus Elector noſter Sereniſſimus, qvi ex Verbo DEI didicit, qvod præcipit; *Humilitatem animo vobis infixam habete*; qvæ etiam *Deo mirificè* placet, utpote, qvi humilibus gratiam ſuam confert, 1. Pet. 5. *Hac virtute ductus, regiam dignitatem oblatam ſuſcipere noluit*; probè perſpectum habens, illam in *Romano Imperio cum Electorali dignitate pari paſſu ambulare.*

Accommodatio & applicatio.

Superbiam verò *Sereniſſimus noſter* cane pejus & angvi devitat; probè cognitum habens, *ſuperbiam eſſe furiam*, cujus oculi avaritiæ flammis æſtuantes; manus rapaces, *ungves leonini*; cujus membra variis pennis tecta, nunc avis Junoniæ, nunc criſtas attollentes gallinacei. *Imò ſuperbia talis eſt furia*, qvæ incipit *à ſerpente à qvo progenita, à qvo enutrita*, & deſinit in colubrum, in fine veneno atroci repletum; *qvia ex plurimis* vitiis conflata, magnas in mundo dat turbas, qvod bellum germanicum annos ferè triginta duos durans, ſatis ſuperqve teſtatum fecit.

ὑπερυπτωτις ſuperbia. Superbia à ſerpente progenita.

Verùm ab ejusmodi humani generis peſte longè atrociſſima alieniſſimus eſt Elector noſter Sereniſſimus; utpote qvi *tam infimos qvàm ſummos ſuo dignatur colloqvio*. Luxum qvoqve & mutationem veſtitus, *ad figuras & formas Gallorum & Italorum compoſiti*, ex *animo deteſtatur*: mavult enim *virtutibus & honeſtis moribus pollentem Principem Electorem* eſſe, qvàm auro, gemmis & purpurâ radiantem. Et qvid aliud eſt veſtitus luxurioſus, qvàm *donorum*

Superbia eſt generis humani peſtis.

Deſcriptio veſtitus luxurioſi.

...profuſio, ſuperbiæ vexillum, *fomes libidinis, pudicitiæ ru*
...am - - - - *Fœmina culta nimis, fœmina caſta minus.*
Qvid aliud eſt *ſuperbia in veſtitu*, qvàm argumentum
...*teſtimonium amiſſi pudoris, verecundiæ perditio*, Dei offen
...num confuſio, domus detrimentum, *familiæ naufragium.*
Hęc omnia perpendens Sereniſsimus Dominus Electo
...tutiones ſumptuarias & veſtiarias conſcribi juſſit, *luxum*
...ciis, conviviis & veſtitu ſeverè prohibentes: ſed qvia plurim
...oluerunt, ideò DEUS immiſit pœnas bellorum in Germa
...qvibus *graſſatores milites* ſuperba veſtimenta tàm vi
...qvàm mulierum, tàm adoleſcentum, qvàm virginum, tàm
...qvàm pauperum *totis plauſtris è regionibus noſtris* abſtule
...abduxerunt.

Conſtitutiones ſumtuariæ & veſtiariæ. Churfürſtliche Policey und Kleiderordnung.

Iſtos verò, qvi in propugnaculis habitantes, *DEI &*
...magiſtratus mandata factu ſuperciliofo ſpernunt, & ſuperb
...veſtitu nunqvam depoſuerunt, *pœna manebit infernalis*; q
...met Salvator teſtatur, Marc. 7. v. 7. qvòd etiam ὑπερηφα
...perbia in numerum iſtorum vitiorum pertineat, qvæ inq
...hominem. Jam verò *nullum immundum, qvod inqvinat*, int
...vitam æternam, Apocal. 21. ἀτιμία qvoqve ingens ineſt ſu
...qvippe prohibita, Eſa. 3. *Huc accedant*, qvi dicunt, qvaſi ve
...curam gerat meæ ſuperbiæ & mearum veſtium ſuperbaru
...credulitatis hæc vox eſt, qvam Spiritus Sanctus in verbi
...tione arguit, Johan. 16. Ideoqve *qvia ejusmodi contemtore*
Sancto reſiſtunt, iram Dei in die juſti judicii ſibi theſauriza
...2. Qvi enim *non habent Chriſti Spiritum*, hi non ſunt Chri
...habent cum ipſo partem, Rom. 8. Chriſtus verò Salvator
...humilis, & iſti ſunt ſuperbi? Qvæ verò communio vel co
Chriſti cum Belial?

In propugnaculis habitantes milites in regione graſſantes ſloccos fecerunt.

Apoc. 21, 27. τιμητίς.

Rom. 8. 6. 9.

2. Cor. 6, 15.

Egregià igitur laude ſe dignum oſtendit Sereniſſimus,
...mnia ſua facta ad humilitatem refera[t], eo ipſo demonſtra
virtutem pulcerrimam ipſius animo infixam hærere, & Sir
...gulam eſſe vitæ ipſius normam: *Qvantò major es*, inqvit, t

miliorem te geras; & *Dominus tibi favebit.* Dominus enim eſt altiſſimus, & *admiranda facit per humiles*, Sir. 3. v. 20.

CAPUT QVARTUM.
De
Magnanimitate & fortitudine.

OBfirmati longâ cogitatione animi pacem qvavis victoriâ anteferendam qvidem exiſtimant: Verùm *qvando ſuperiori magiſtratui neceſſitas imponitur*, ut ſubditi ab hoſtium incurſionibus, deprædationibus & vitæ periculis reddantur tuti, *in ejusmodi neceſſitatis caſu fortitudo eſt in excelſo & magno animo poſita*, qvæ pro juſtitia & æqvitate, qvæ pro communi utilitate pugnat, qvæ pro honeſtate & trium hierarchiarum incolumitate & dignitate qvæqve pericula ſubire parata eſt; & ideò mortem, ejusqve dolores contemnit. *Fortitudo eſt*, qvæ injurias & pericula *à religione*, à ſubditis, à patria propulſat; eiqve conjunctam habens magnanimitatem, nullo metû frangitur, nulla cupiditate labefactatur; qvæ nunqvam in adverſis perturbatur, qvæ ſe invictam à bellorum motibus præſtat.

Pax cuivis victoria anteferenda.

Fortitudinis deſcriptio.

Fortitudo & magnanimitas ſunt conjuncta.

Qvanam & qvalis eſt illa virtus, qvæ viri maximè propria eſt? *Fortitudo.* Qvalis eſt illa virtus, qvæ res humanas deſpicit, atqve infra ſe poſitas eſſe arbitratur? *Fortitudo & magnanimitas. Qva eſt illa*, qvæ nulla fortunæ fulmina pertimeſcit, neqve ullâ ægritudine concutitur; neqve ullis unqvam malis cedit, ſed contra ea ſemper audentior inſurgit? *Fortitudo & magnanimitas. Qvanam eſt illa virtus*, qvæ non hoſtem modò, ſed terrorem qvoqve mortis, omnibus mortalibus commune malum, deſpicit & calcat? *Fortitudo.*

Fortitudo. 1 Res humanas deſpicit 2. Nulla fortunæ fulmina pertimeſcit. 3. Mortem & ejus terrorem deſpicit.

Qvinam illi, qvi pro aris & focis vitam exponere non dubitant, & ſuâ ſponte ſe periculis objectant, neqve expectant, ut ab aliqvo excitentur, ſed ultrò alios qvoqve excitant? *Fortes & magnanimi.* Qvinam illi, qvi laudis & gloriæ cupidi, vitæ & ſangvinis

Fortes. 1. pro aris & focis vitam exponunt.

pro-

prodigi,Dei memores,ſui verò immemores,in victoria
Dei virtute victoriam poſitam judicant? *Fortes & magn*
nam illi,qvos non arma,non gentes, non inacceſſæ rup
ceanus ipſe debilitare ac proſternere poteſt? *Fortes &*
Qvinam illi, qvos *nec molliunt voluptates*, nec *pericu*
unqvam; qvi mortem per decus & honorem obitam in
tis inſtar; vitam per dedecus retentam, qvavis morte
bitrantur? *Fortes,animoſi & magnanimi.*

Fortitudo Sapphirus eſt,cœleſtem colorem reſpic
eſt omni ferè ex parte ſimilis, cœli coloris etiam ſupre
dinem imitari dicitur: *Sic fortis & magnanimus nihil*
tat,ſed ad fortia facta animum applicat. Sapphirus c
des pollet, & triſtitias avertit: *Sic etiam magnanimit*
fraudes non timet, ſed contra easdem audentior fert
clades,ſubditis triſtitiam afferentes, avertere nititur.
Principes corporis partes fovet & aſſervat; Similiter
tas Eccleſiaſticum,Politicum & Oeconomicum ſtatum,ut
puas Chriſtianæ Reipublicæ partes ſervare allaborat.
prodeſt adverſus ſcorpionum ictus; Sic *Magnanimit*
hoſtium conatus. Sapphirus febri laborantes adjuvat, a
ſantibus cordis venis; pari modo magnanimitas timo
tes confortat,& ſubditis nutantibus conſolationem af

Fortitudinem ſuam demonſtravit Sereniſſimus Dom
bellum movere juſſus ab Imperatore in eos, qvi inob
rebellione refractarii pertinaces permanſerunt,qviqve
& manſvetudinis omnia ſuperciliosè contemſerunt; ec
Cæſarem,tùm Cæſaris inclutum & potentiſſimum Comm
ſtiliter impugnare non tantùm exorſi ſunt, ſed etiam p
Hos *ad obſeqvium debitum ſeveris mediis compellere*, vel
facinora punire licet. Sic etiam David Rex reſtitit Saul
ſolonæis,utut religionem veram profesſis. *Illa Severitas*
ne conſtanti extorta *non eſt ſævitia vel tyrannis*. Severita
civitate nonnunqvam ſalutaris eſt; ſævitia verò ſemper
Eſt autem *Severitas,virtus inflexibilis circa pœnarum*

3. Laudis [redacted]
gloriæ c[redacted]
pidi.
3. Qvos [redacted]
ceanus [redacted]
poteſt d[redacted]
litare.
4. Qvo[redacted]
la per[redacted]
fervent[redacted]
Fortit[redacted]
confer[redacted]
Sapph[redacted]

Forti[redacted]
cum [redacted]
Deo, [redacted]
aſtic[redacted] po
litic[redacted] Oe
cono[redacted]icum
ſtat[redacted] ſer-
vare alla-
borat.

Πλὴν δεῖ-
της.

Malo nodo
durus qvæ-
rendus eſt
cuneus.

Diſtinguen-
dum eſt in-
ter ſeverita-
tem & ſævi-
tiam.

qvando recta ratio hoc reqvirit. Hæc regem decet, majeſtatem præſtat, & dignitatem auget.

Rebus ibidem *per Dei gratiam* peractis, & ad devotionem Cæſaream ſubditis illis perductis, *Pontificii pro hoc officio malam Domino Electori referebant gratiam. Nam Monachi & moniales reditibus monaſteriorum* in his regionibus inhiabant: *Pontificii verò & Jeſuitæ* per conatum monachorum, *ſanæ doctrinæ Lutheranæ & veræ religionis jugulum* petebant; ideoqve omnem movebant lapidem, ut *edictum de reſtituendis bonis Eccleſiaſticis bello Bohemico immiſceretur.* Qvorum machinationibus cùm *Electores & Principes Evangelici maſculè ſeſe opponerent*, edicti executio Comiti de Tilli demandabatur.

Pontificiorum ingratitudo.

Edictũ bello Bohemico immiſcebatur.

Verùm ob oculos poſitam habebat *Sereniſſimus Elector crudeliſſimam illam lanienam*, qva in Magdeburgenſis urbis incendio, *mariti* cum uxoribus, *fratres* cum ſororibus, *parentes* cum liberis, *Domini* cum ſervis, *matresfamilias* cum ancillis *miſerandum in modum perierunt*, qvæ clades horrènda *omnibus aqvis in Oceano* orientali & occidentali fluentibus, omnibusqve *in Danubio, Albi & Rheno*; omnibus etiam in Mulda, Sala & Mœno, Odera & Weſera *aqvis fluentibus nunqvam ſatis poteſt deplorari.* Ponderabat etiam ipſius Sereniſſima Excellſitas, nihil à chriſtiana charitate abeſſe longiùs, *qvàm otioſè ſpectare cultus divini depeculatum, qvem templa; regionum populatum, qvem agri*; horrendam labem, *qvem fœminæ & virgines*; nefandam ſervitutem, *qvem cives*; animarum interitum, *qvem ſubditi*, ad apoſtaſiam coacti, *videbantur ſubitari*; ideoqve animi magnitudinem iterum oſtendebat ipſius Serenitas. Et poſtqvam cum Sereniſſimo rege Sveciæ, τῷ νῦν ἐν εὐλογίαις, conſilia contuliſſet, *tandem exploratojudicio, Sereniſſimus Saxoniæ Elector decrevit*, univerſali prælio cum Ligiſtis de ſumma re eſſe dimicandum. Qvocirca in *Domini Jeſu nomine, Deo in auxilium noſtrum prius vocato*, prælium inchoatum, præclara, qvæ nobis ceſſit, ſecuta eſt victoria. Qvis jam non admiretur *Sereniſſimi Electoris fortitudinem & animoſitatem?* Qvi *cum à Deo immortali, ſummo vitæ & militiæ præfecto*, clypeum impenetrabilem, *fortitudinem* acce-

Urbis Magdeburgenſis incendiũ acerbè defletur.

Subditorũ interitus avertendus.

An. 1631. 7. Sept. Victoria per Dei gratiam nobis ceſſit.

Admiranda Serenitatis Electoralis fortitudo & Magnanimitas.

erit; à ſuo ipſius Electoratu, tanqvam *Lutheranorum po-*
propugnaculo univerſali, capitalium Lutherani nominis
undiqve inſultantium immanitatem *per Dei auxilium*, *S-*
egis Svecii copiis adjutus, & in prælio Lignicenſi, *Dei ope*
o propulſavit.

Te prece principium cum prece finis erit.

Pro tam inſignibus beneficiis, Deo τρισυπος ἀτω ſ-
mis referamus & habeamus gratias immortales, dicentes
anima mea Domino, & ne obliviſcaris ullius beneficioru-
103. v. 1. 2. Benedicam Domino omni tempore; jugiter la-
rit in ore meo, In Jehova jactabit ſe anima mea; audient
ti, & lætabuntur.. Magnificate Dominum mecum, & ex-
nomen ejus pariter, Pſal. 34. v. 1. 2.. Vota qvoqve ad De-
potentem faciamus pro Sereniſſimo noſtro Electore ſer-
magnanimitate & fortitudine poſthac qvoqve eundem i-
& armare velit; ut hoſtibus nominis ſui ſacroſancti ma-
ſtere valeat, nec non ſubditos & ditiones ſuas ab omni-
bus, interitum & ſangvinem noſtrum ſitientibus tutus pr-
tas tectasqve cum bono Deo conſervet. Qvod anno qvo-
milleſimum ſexcenteſimum qvadrageſimo primo Dei au-
ſtitit, dum ipſius Serenitas urbem ſuam hæreditariam, G-
è manu Wanckii & ipſius militum vi bellica, non ſine
ctoria eriperet. Exoptemus igitur omnes animitus

Gorlitium è manu V. Wanckii ereptum.

Floreat hoc ævo magis undiqve & undiqve SAXO
Floreat æternùm pius undiqve & undiqve SAXO.

De his & aliis expeditionibus fuſius dictum libro præc-
cundo. Sed & in ſeqventibus ζωῇ Θεῷ pluribus!

CAPUT QVINTUM.

De

Induſtria & diligentia, tales conficiendi res, qvi Principem Electorem decent.

Otia dant vitia, & ſunt ignavi ingenii ſigna.

OTium ἀεργὸν ingenii ignavi ſignum eſſe, vetere-
tuerunt; qvod etiam totius corporis diſſolutio-

ſeqvitur. Nam ita evenire ſolet, ut Poëta canit:

Cernis, ut ignavum corrumpant otia corpus.

Otii ignavi incommoda

Qvid eſt, qvod, ſicuti occulta teredo lignum, animum exedit & conſumit? *Otium.* Qvid eſt, qvod imbecillum & fluidum corpus reddit? *Otium.* *Rivo* platanus, *unda* populus, *rana* limoſa humo, ſed *libido gaudet otio.*

Homo eſt magnum divinum miraculum & minor mundus.

Otium eſt, qvod graviſſimum paupertatis onus attrahit. *Otium eſt, qvod à tergo omnia*, qvæ concipi, qvæ dici, qvæ committi poſſunt, *mala* comitantur: Rectè igitur ſtatuitur, hominis, *magni illius divini miraculi & minoris mundi*, ingenium otio cariem qvaſi ac ſenium contrahere, eodem qvoqve corpus ipſum corrumpi.

Φιλοπονίας commoda.

E diverſo, *Φιλοπονία egregiis & naturis & ingeniis ineſt.* Omnes etiam rectè ſentientes arbitrantur, numen divinum vim qvandam ſummam latentem labori indidiſſe: Inchoata enim labor aggreditur perficienda; ſqvalida labor limat, limataqve expoliat. Qvicqvid vel terra alit nobile, vel Sol videt inſigne, vel *DEUS fabricatus eſt egregium, per laborem è tenebris in lucem* eſt vindicatum, & ex induſtria emanavit. Qvocunqve oculos convertimus, vel *laboris nos extimulat nobilitas*, vel aures exhilarat *laboris ſuavitas*, vel aciem mentis *exſuſcitat utilitas*, vel animum radiis ſuis colluſtrat *ſplendoris claritas*, vel intellectus caligini lucem affert laboris & nobilitas & ſvavitas, utilitas & claritas. Illius enim virtute efficitur, ut qvæſtiones intricatæ in omnibus diſciplinis perpoliantur, artes vigeant, floreant lingvæ.

Laboris nobilitas, ſuavitas, & utilitas ponderanda.

Simulacra & imagines laboris in natura.

Qvis Solem feriatum, aut Lunam ceſſantem dixerit? Animadvertimus enim hujus reverſionem nocturnam, & illius diurnam, laborum vocationis eſſe ſpecimen. Lunæ cum Sole congreſſus & regreſſus mutationes lucis ſortitur, *nunc creſcens, nunc decreſcens*; laborum in hierarchiis conjunctionem interdum fieri debere, qvis abnegabit. Uterqve ubi totum ſuum confecit & peragravit orbem, annuum ſpacium facit hic, illa menſtruum; ſic etiam hominis Chriſtiani annuus labor tandem in orbem redit. Sidera & ſigna cœleſtia, qvorum *alia certis infixa ſedibus, non moventur* loco; alia ſunt & vocantur errantia; omnia tamen eodem rapta

Effigies laboris continui & honeſti.

m ... tu, ab ortu ad occaſum commeant, viciſſi[m]
ap ... x-iuntur, antevertunt, ſubſeqvuntur, certè
h ... neſti qvandam habent & obtinent effigiem.

Typus Φιλοπονίας

Φιλοπονία Chalcedonius eſt;
c ... alcedonius: *Φιλοπονία* multos morbos aufer[t]
l ... pis calefactus feſtucas trahit: *honeſtus labor* co[…]
... as tollit: Atræ bilis ſym[…]

Ocia ſi tollas, periere cupidinis arcus.

Chalcedonius triſtitiam pellit, Franc. Rueus de ge[…]
Labor in vocatione aſſiduus paupertatis triſtitiam a[…]
Canit:

Impiger extremos currit Mercator ad In[…]
Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per i[…]

Sereniſſimus Dn. Elector Φιλόπονος in Eccleſia.

Ejusmodi Φιλοπονίαν per Dei gratiam ineſſe [...]
...o *Electori noſtro*, ipſa experientia loqvitur. Diligenti[…]
ſummam adhibuit *in cultus externi & interni adornati*[…]
ſium à ſubditis averſione, *in laudis & gloriæ divinæ prop*[…]
in verbi divini & veræ Religionis Lutheranæ conſervand[…]
in ſchiſmatum & diſſidiorum compoſitione, *in publicaru*[…]
demandam celebratione, in crebra, eáqve ſeriâ veræ p[…]
præcepta exercitatione. *O ſacram curam!* O piam dilig[…]
O ſanctam induſtriam!

Φιλόπονος in Politia.

Sereniſſimus Dominus Elector *in ſummi officii Electoralis e*[…]
ne. *Ingenium accepit à Deo ad omnia ſumma natum.* Ad Φύσ[…]
optimam acceſſit μάθησις καὶ ἄσκησις. Multa *didicit ipſius S*[…]
ſima Excelſitas ex verbo Dei; ex legum fundamentalium Sa[…]
mani Imperii obſervationibus; ex tot legatorum propoſitio[…]
& appoſitis reſponſionibus. Experientiam igitur diuturnam
mnibus hiſce acqviſivit inſigniter commendandam, ut in omn[…]
Sacri Romani Imperii & Electoratus ſui advenientibus nego[…]
fundamenta conſiliorum & rationes deciſionum ſecundum intelle[…]
illuminatum probè ſpectare & percipere, nec non decidere poſ[…]

Hora audiendi Conſiliarios ſunt

Certis horis Serenitas ipſius vel intimos, vel Eccleſiastico[…]
vel Cameræ, vel aulicos Conſiliarios audit. Ad deliberation[…]

ca[…]

cauſarum vel *Romani Imperii vel Electoratus laudatiſſimi ſalutem* concernentium in caſu neceſſitatis ultrò accedit: multas horas in deliberandis negotiorum graviſſimorum difficultatibus conſumit. Legendo qvadraginta, qvinqvaginta, ſexaginta folia magna continuè & absqve tædio attentè abſolvit. Protocolla ſua habet Sereniſſimus Elector earum rerum, qvæ ad Cæſarem, qvæ ad Romanum Imperium, qvæ ad Electoratum Saxonicum, qvæ ad reliqvos Dominos Electores, qvæ ad illuſtriſſimos Generos & ad alios principes pertinent; imò protocolla talia, qvæ ad Politiam & Oeconomiam ſpectant.

ſingulariter diſpoſita.

Diligentiam ſummam adhibet Sereniſſimus Elector *in Oeconomia.* Univerſus Electoratus Saxonicus, qvid aliud eſt, niſi Oeconomia latè patens? Novit ipſius Electoralis Serenitas Academiarum Profeſſores; tenet ipſorum qvalitates laudabiles. Tenet Conſiliarios & ipſorum præſtantiam; callet humorem præfectorum, qvæſtorum actuariorum & omnium miniſtrorum; ſcit reditus præfecturarum & prædiorum; novit rationem cum uſu & fructu adminiſtrandi œconomiam in præfecturis & prædiis; & ut omnia candidè ubivis adminiſtrentur, in votis habet. Eſt enim *Princeps antiqvâ virtute & fide*; Ein Fürſt eines alten Teutſchen auffrichtigen Gemüths. Qvi etiam candorem & integritatem miniſtrorum diligit. Man gehe nur dieſem hochlöblichſten Churfürſten richtig unter Augen/ qvi clementiam tanti Principis Electoris exoptat. Et ut verbo dicam, *præcipuo naturæ munere aptus eſt ad perferendos labores*; ideoqve nullum laborem principe Electore dignum recuſat, nullam difficultatem reformidat. *Sic colligit uvas ſalutis publicæ; ſic metit fructus* Electoratus Saxonici: *ſic colligit in omnibus roſas benedictionis divinæ.* Ac licèt ſpinæ bellicorum motuum hactenus fuerint exortæ, iſtas tamen Deus cœleſtis hortulanus ita averruncavit, ne ipſius Serenitati Electorali vel Sereniſſimæ Conjugi, vel Illuſtriſſimis liberis nocerent. Qvia enim Deum impensè diligunt, ideoqve timentibus Dominum omnia in optimam partem cooperantur.

Φιλόπονος in Oeconomia.

Churfürſtliche Durchlauchtigkeit iſt ein rechter alter Teutſcher.

Uvas colligit; fructus metit; roſas decerpit.

Rom. 8, 28.

CAPUT SEXTU

De *Liberalitate Sereniſſimi Dom* *erga miniſtros Eccleſiæ, e* *& alios.*

Seculum hoc mare qvoddam
talium vita qvaſi cymba vehitur imbeci
ſius, qvò naufragium pertimeſcendum ma
Eoqve beneficentiâ ſuccurrendum eſt periclitantibu
u te *proximè ad Deum accedimus*. Beneficentia igitur
n vita nihil melius, præſtantius nihil: Τὸ γὰρ εὖ ποιεῖ
ατι κοινὸν ἔργον ἄνθρωπος καὶ θεός; Bene aliis face
habent homines cum Deo commune, Syneſius epiſt. 31.
ίον οὐδὲν ἄνθρωποι θεῷ δέ ἐστιν, ἢ χαριζόμενοι; nunqvam
Propius ad Dei ſimilitudinem accedunt, qvàm cum ſum
Philo lib. de jud. p. 557. B. Sic Clemens Alexandrinus lib.
96. dicit: Homo benefaciens eſt Dei imago; εἰκὼν τοῦ θε
ος εὐεργετῶν. Et hac in parte etiam *benefaciens ſummo*
beneficio; qvemadmodum gubernator ſimul ſubditos ſe
ipſe qvoqve ſervatur. Nam *benevolentia beneficiis maximè c*
Secundo autem loco *voluntate benefica movetur benevolent*
nisi forte res non ſuppetit, Cic. lib. 2. off. c. 9. Vehementer au
Amor multitudinis commovetur ipſâ famâ & opinione liberali
beneficentiæ, juſtitiæ, fidei, omniumq; earum virtutum, qvæ ad m
ſvetudinem morum pertinent. *Ptolomæus Antigoni præfectus*
ximè celebratur, clementiæ ſtudioſus & beneficus. Qvod etiam
honoris & potentiæ incrementa plurimùm ei commendavit, & ut
multi amicitiam cum eo jungere vellent, effecit. Nam & *Seleucum*
Babyloniâ ejectum honorificè excepit, ſuamqve cum ipſo felicitatem
communicavit, & milites ad recuperandam priſtinam Satrapiam
illi conceſſit. *Liberalitas cum beneficentia eſt Chryſolithus.* Tradunt
conferre Chryſolithum partubus reſpirationis, & aſthmaticis pro-
deſſe;

Diod. Sicul. lib. 16. c. 3.

Beneficentia confertur Chryſolitho

deſſe; puſillitatem qvoqve auferre. *Aſthmatici verè ſunt, qvi paupertatis onere oppreſſi*, ſub crucis & calamitatum mole ingemiſcunt. Puſillanimitate tentantur, *qvibus alimenta*, & unde cum uxoribus & liberis vivant, *deſunt: his certè liberalitate & beneficentiâ ſuccurrendum.*

Homines autem benefici & liberales eſſe debent, non ſpe aliqva compendii, *ſed amore & ſtudio honeſtatis.* Qvemadmodum enim, ut *amicitiam non ſpe utilitatis amplectimur*; ſic benefici & liberales non gratiæ recipiendæ ſtudio eſſe debemus. Nam *beneficum & liberalem Cicero* in Lælio c. 9. *appellat* non eum, qvi beneficia fœneratur, *ſed qvi benignè facit, nullâ tacitâ ratione* ad utilitates ſuas redundante. *Agell. lib. 17. cap. 5.*

Fabricio Romæ conſulatum gerenti Pyrrhi regis medicus per epiſtolam promiſit, ſe jubente ipſo Pyrrhum veneno necaturum. *Eam epiſtolam Fabricius Pyrrho miſit*, juſſitqve animadvertere, peſſimè ipſum & de amicis judicare & de inimicis. Cùmqve inſidiis cognitis Pyrrhus medicum ſuſpendiſſet, & *Fabricio captivos gratis reddidiſſet*, illos non accepit Fabricius eâ conditione, ſed totidem captivos reddidit, ne mercedem beneficii accipere videretur. Hac de re aliud exemplum audiamus. *Hiero Syracuſanorum rex*, auditâ clade Romanorum, qvâ apud Thraſymenum lacum afflicti erant, *trecenta millia modiorum tritici, & ducenta millia hordei, auriq; ducenta & XL. pondo urbi* Romanorum muneri miſit, Val. Max. lib. 4. cap. 8. Neqve ignarus verecundiæ majorum apud Romanos, qvòd nollent accipere; *in habitum victoriæ id formavit*, ut eos religione motos munificentiâ ſuâ uti cogeret; voluntate mittendi prius, liberalis; *iterum providentiâ cavendi*, ne remitteretur, clariſſimus. *Plut. in Ap. pag. 195.*

Verùm *Sereniſſimus noſter Elector multis paraſangis poſt ſe relinqvit ethnicos*; utpote qvi *ex verbo Dei* didicit, *Deum reqvirere à Principibus*, ut ſint *Eccleſiæ & ſcholarum nutricii*, juxta dictum, erunt reges *nutricii tui, & principes* nutrientes te, Eſa. 49. v. 23. Sic David Pſal. 41. v 2. Beatus, inqvit, qvi attendit ad egenum ſive attenuatum; *tempore malo liberabit eum Dominus.* Jehova ſervabit eum, & reſtituet eum vitæ. Frange eſurienti panem tuum, & paupe- *Παιδαγωγία καὶ ὁμοίωσις. Eſa. 58. v. 7.*

ejectos introducas in domum tuam: cùm videris n
-gas eum! à carne tua non abſcondas te. *Tunc erumper ve*
ra lux tua, & ſanitas tua penitus efflorescet, & anteibit te
tua. Et *Salvator noſter deſideratiſſimus* præcipiendo prom
cunqve *ad bibendum dederit uni ex paſillis poculum aq*
tantùm, in nomine diſcipuli, Amen dico vobis, non perd
mercedem ſuam, Matth. 10. v. 42.

Munificentia Electoralis ſigna.

Non ſolum verò *aqvæ frigidæ poculum*, ſed & *plura*
tiæ Electoralis ſigna Sereniſſimus noſter præbet. Eccleſiarum
larum miniſtros in civitatibus & pagis, *qvotannis lautè*
trit & ſuſtentat de reditibus tributorum ex cerviſia collat
tium. Annus hic eſt ſupra milleſimum ſexcenteſimum q

Propter pacem exoptatam nobis à Deo redditam primū exemplar correxi & hoc auxi.

ſimus primus, qvo hæc *Admiranda Divina Saxonica itera*
dum deſcripſi; à primo regiminis ſui laudatiſſimi anno
hoc tempus, *continuos annos qvadraginta & unum, Seren*
minus Elector, Eccleſiæ Lutheranæ columna & nutritor m
ſimus aliqvot millia aureorum hac ratione per illud jam
tiæ ſuæ nominatum medium, *Eccleſiarum & Scholarum*
donavit & diſtribuit, ut eò melius ſeſe cum liberis ſuis ſ

Electoratus Saxonicus per DEI gratiam latiſſimè ſeſe extendit.

poſſent. Perpendat velim qvilibet, qvàm latè patens hi
tus ſit, *qvot millia parochiarum in eo contineantur; atta*
miniſtri Eccleſiaſtici, in templis & ſcholis docentes, in ci
pagis illâ Sereniſſima munificentia fruuntur; *ò munific*
ctoralem ſummis laudum præconiis exornandam!

Stipendia Electoralia in ſtudioſos Academicos collata.

Qvot pauperes ſtudioſos *aluit Sereniſſimus in utr*
miâ Electoralibus ſumtibus? numerus in utraqve Acade
rit usqve ad centum & qvinqvaginta ſtudioſos, qvor
ſingulis annis triginta, qvidam qvadraginta, qvidam qv
qvidam nonaginta, immò & centum florenos acceperun
tatem nunqvam ſatis prædicandam! Hac ratione parent
ris ſortis filii, in Muſarum caſtris militare, cùm Muſis &
nuum Commercium habere, & SS. Theologiæ opera
potuerunt.

Qvot Studioſi ex aliis regionibus, regnis & princ

tramq; Academiam convolarunt, ut liberalibus artibus & lingvis variis ingenium excolerent. *Illis qvoq; Electoralis munificentia* in menſis communibus cibum prębendum vili precio ordinavit. *Reliqvos ſumtus ipſe Elector Sereniſſimus* de propriis reditibus donat. Hac ratione ex utraqve Academia, tanqvam *ex eqvo Trojano Sacri prodierunt milites*, qvi in Germania & aliis regnis *prælium Domini contra Antichriſtum Romanum & ejus aſſeclas, ut & contra Calvinianos*, Cinglianos, Arianos, Photinianos &c cum inſigni Eccleſiæ emolumento præliati ſunt. *O beneficentiam Electoralem nunqvam ſatis laudandam!* Hac in parte Sereniſſimus noſter Imperatoris *Tiberii affectum* refert. Actæ enim illi ſunt grates apud Senatum, ab Illuſtribus, qvia ſine ambitione aut proximorum precibus, *ignotos etiam munificentiâ ſuâ juverat.*

Menſarum communiũ fundatio.
Præliũ Domini qvinã præliãtur?
Sereniſſimq noſter Imperatoris Tiberii affectũ refert.
Tac. l. 4. Anno C 64.

Qvot pueros & adoleſcentes in *tribus Gymnaſiis Electoralibus, Portæ, Miſenæ & Grimæ Sereniſſimus Dn. Elector*, cum qvindecim Magiſtris & Præceptoribus enutrivit, & ſalubriter ordinavit, ut in Theologia ex verbo Dei, in Philoſophia, in diſciplinis, liberalibus artibus & lingvis imbuerentur. O munificentiam Electoralem omni laude majorem!

Adoleſcentum in tribus Gymnaſiis Electoralibus alimẽtatio.

Qvot *viduas & orphanos* miniſtrorum Eccleſiæ demortuorum nutrivit *Sereniſſimus Elector* peculiaribus ad illam diſtributionem ordinatis reditibus? *Noluit enim Sereniſſimus Elector aurum* & argentum in theſauris cuſtodire, ſed in medium protulit, ut benignitate ſuâ ſoletur inopes. *Et hac in parte ingenium Sereniſſimus Elector cum Cyro rege commune habet*, Xenophon. lib. 8. Cyropœd. p. 154. Subditi enim tale præconium huic concinnabant; οὐχ ὁ Κύρου τρόπος τοιοῦτος ὅλως χρηματίζεσθαι, ἀλλὰ διδοὺς ἢ κτώμενος ἥδεται; *Ingenium Cyri non eſt tale, ut ditari omninò velit, ſed dando magis, qvàm poſſidendo lætatur.*

Viduarum & orphanorum nutritio.

Qvotannis etiam *Sereniſſimus* noſter ab aulicis & ſubditis invitatur *ad nuptias, ut per legatum* in illis compareat.* Ibi certè parcus & tenax non eſt, ſed *Serenitatis ſuæ Electoralis legati adſunt, poculaq; aurea vel argentea, vel pecuniam certæ qvantitatis* novis conjugibus ipſius *Sereniſſimæ Excelſitatis nomine donant.* Et hoc

Invitatus Dn. Elector ad nuptias donaria mittit.

ipſum fit *in Dei optimi maximi honorem & gloriam*, qvi conjugium in paradyſo ſancivit, & hactenus contra inferorum portas conſervavit. *Fit idipſum in Domini noſtri Jeſu Chriſti laudem & concelebrationem*, qvi primo ſuo miraculo conjugium & novos conjuges cohoneſtavit. Idem beneficium ingens *Sereniſſimus Dominus Elector mihi qvoq; indigno clementiſſimè præſtitit*, cum anno CIↃ IↃC XL. ad ſecunda matrimonii vota tranſirem, *& per legatum præſtantiſſimum, Ampliſſimum & Excellentiſſimum Dominum arcis Præfectum, Chriſtophorum Wildvogelium poculo aureo me indignum gratioſiſſimè* donavit. Qvod beneficium ampliſſimum *Deus πελύελε⊙ Ipſius Sereniſſimæ Excelſitati benedictione ſua largiſſimâ compenſabit*; qvod ut fiat, votis meis calidiſſimis *à Deo omnis boni largitore impetrare non deſinam O munificentiam Sereniſſimi Electoris ad cœlum usq; tollendam!*

** Hoc loco addidit Dn. D. Hoë ſeqventia: Nonnunqvam ipſemet cum Sereniſſima conjuge, cum Illuſtriſſimis filiis & filiabus comparet: qvod factum eſt anno 1629 in nuptiis filiæ meæ ſecundo genitæ. Anno 1633. in nuptiis Filij mei primogeniti: nec non in nuptiis Filiæ meæ natu minimæ, anno 1640. ubi per biduum, cum omnibus fuit αὐτοπροσώπως nuptiis interfuit.*

Dona ad baptiſteria promtiſſimè miſſa. Qvoties invitatur *Sereniſſimus Dominus Elector ad Baptiſteria, ut patrini & ſuſceptoris munere* ibidem fungatur. Tunc qvoqve legatos ſuos adeſſe jubet clementiſſimè, & *munera precioſa baptizati infantis parentibus gratioſiſſimè offerri curat.* Hæc beneficia ſunt parata, nullâ morâ occurrentia [Seneca l. 2. de benef. c. 1.] ideoqve gratiſſima. *Offeruntur enim à Sereniſſimo, hilari vultu, ſerenâ facie*, [Caſſiodor. de amic. p. 1160.] qvi ſermone jucundo munificentiam ſuam condire ſtudet, & *qvaſi voluntatem petentis præſagiens occurrit, imò ejus deſiderium præcurrit.*

Hoc loco iterum addidit Dn. D. Hoë ſeqventia: Anno 1616. filiam meam natu minimam. anno 1620. filium meum jam natu maximum; anno 1629: neptem ex filia primogenita, Sereniſſimus Dominus Elector αὐτοπροσώπως ſuſcepit.

Beneficentia Electoralis erga exules. Et qvod primo loco ponendum fuerat, *Sereniſſimi noſtri beneficentia qvoq; ad exules*, qvi propter verbum Dei ſalvificum, & pro-

Digitized by Google

propter Jeſum Chriſtum, qvem confitentur, exilium paſſi ſunt, ſeſe extendit, qvos magno numero in Electoratu ſuo clementiſſimè recepit, & ut à civilibus tributis aliqvot annos omnino liberi eſſent, gratioſiſſimè mandavit. Singulare qvoddam exemplum hoc loco ut enumerarem, pietas juſſit. Romæ qvondam in media abominationum Antichriſti, Cardinalium & monachorum abominandarum colluvie, in collegio Germanorum pontificio, gratis enutritus & edoctus Reverendus & Clariſſimus vir, *Doctor Franciſcus Albanus*, cùm horrendam idololatriam, faſtum & ſuperbiam Papæ, Cardinalium & monachorum, & *totam urbem nefando idolorum cultu & adoratione plenam* cerneret, de Eccleſia Romana, an vera ſit, incepit dubitare. Poſtea in civitate Bohemica, qvæ vallis Joachimica nominatur, *Lutheranorum ſcripta, verbo Dei corroborata*, confutandi ſtudio legens, ſed *à Spiritu S. illuminatus*, papatum, horrendarũ blaſphemiarũ barathrũ, deſeruit, & doctrinam verbi divini, in Auguſtana Confeſſione invariata ὁλοψύχως recepit, & pro æterna veritate confeſſus eſt. Is Dreſdam veniens, & ad veram Lutheranam Eccleſiam accedens, ſingularem Sereniſſimi Domini Electoris, ut & Serenisſimæ Electoralis conjugis *munificentiam*, eamqve ſummam expertus eſt; qvam etiam per reliqvum vitæ ſuæ tempus, ſumm s prædicavit encomiis. Et qvis omnes præſtitæ liberalitatis Electoralis modos & rationes recenſere valeret?

Exemplum D. Franciſci Albini.

Ejus dubitatio de Eccleſia pontificia.

Papatus, horrendarũ abominationum barathrum.

Verè *hæc ſunt Admiranda Saxonica*, qvibus Deus omnipotens Sereniſſimum Dn. Electorem exornavit. *Admiratione enim dignum eſt*, qvod tam exulcerato tempore, ubi omnia æraria Electoralia erant exhauſta, bellorum iſtorum injuriâ, nihilominus tamen ipſius Serenitas Electoralis potiorem Eccleſiæ & ſcholarum miniſtrorum rationem, qvàm ſuæ ipſius perſonæ Serenisſimæ habuit, modò ut illi alerentur, ſufficiebat ipſius Serenitati Electorali: ô liberalitatem nunqvam ſatis prædicandam!

Admiranda Divina Saxonica.

Qvòd verò *omnibus ad petitiones ſuas Dominus Elector* ſatisfacere non potuit, id illi ipſi *calamitoſo*, *conclamatisſimo & exulceratisſimo tempori* tribuendum eſt, in qvo hoſtes incurſionibus ſuis præfecturas Serenitatis ſuæ opulentisſimas & prædia inſtructisſima

πρόληψις, in qva tacitæ occurritur objectioni.

Digitized by Google

ma devaſtarunt; nec non dèprædationibus, nefandis incendiis, caſtella & pagos, ad illas præfecturas pertinentes, funditus diripuerunt, ut ab hinc annis viginti, &. qvod excurrit, à præfecturis illis Sereniſſimus ne obulum qvidem accipere potuerit. Voluntas igitur benefaciendi adfuit; facultas defuit. Qvamobrem ſubditi hac in parte ſuam patientiam ſubjectiſſimo ſtudio declarare debent, & operam dare, ne de Sereniſſimo Electore ſiniſtrè vel judicent, vel loqvantur; Sed omnia potius in optimam partem interpretentur..

Fons Electoralis beneficentiæ non exaruit, ſed apertus eſt

Et qvamvis aliqvi *fontem beneficentiæ Electoralis obſtruendum* eſſe, propter bellica impedimenta ſtatuerent; *ipſis tamen Sereniſſimus reſtitit*; atqve ita *fons Electoralis munificentiæ non exaruit*, ſed viciſſim per rivulos in Eccleſiarum & Scholarum miniſtros, ut hactenus factum, derivatur ſummâ & indelebili Sereniſſimi Domini Electoris noſtri, Patriæ Patris munificentiſſimi cum laude & gloria. Sic Deo noſtro benedicto & glorioſiſſimo pariter atqve hominibus gratioſus, hiſce rivulis iterum apertis, mirificè jucundus factus Dominus Elector, miniſtrorum Eccleſiæ & Scholarum Evergeta poſt Deum magnus vivat, & perducat vitam ſeros ad Neſtoris annos; vivat feliciter; multos adhuc annos poſſideat Electoratum pacificè; *videat* filios filiorum ſuorum Illuſtriſſimorum. *Pacem & jam vidit* ſuper Electoratum, & in univerſa Germania;

Dominus Elector cum gaudio vidit pacem in Electoratu ſuo & in Germania.

pro qvo *beneficio ineffabili Deo τρισυποςάτῳ ſit laus, honor & gloria per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ſeculis nunqvam finiendis. Vive, vive, Elector Sereniſſime, Eccleſiæ Lutheranæ columna, & miniſtrorum ejus nutritor & Evergeta, Pater patriæ, ſalus afflictorum, aſylum derelictorum*, legum protector, pacis inſtaurator; *vive, vive, & ut fiat, votis devotis & ſupplicibus ὁλοκαρδίως* ex Pſalmo vigeſimo ingemiſcimus:

Jeſus adeſt cœptis; caſusq́; in proſpem vertit.

Annuat oranti, Dominus, Tibi, JANE GEORGI;
Det, qvæcunqve rogas, adverſaqve ſpicula ſortis
Avertat capite atq́; tuo, capite atq; tuorum;
Teq́; Sionéa tueatur ab arce, potenti
Robore, qvò firmis animis & pectore forti.

Stet

Stes contra qvemvis, ceu murus aheneus, ictum.
Cæl tùs accendat gratę libamina mentis,
In plauſusq́; precum convertat thura tuarum.
Qvicqvid agis, benè ſit; Tua ſemper vota ſecundet,
Conſiliiqve tui qvodvis felicitet omen:
Faxit, ut æternos tecum faciamus ovatus,
Atqve ipſi pro Te ſolvamus vindice grates.
Audiat, auxilioqve precum ſpem prævolet, & Te
Proſperet in votis, reſeretq́; ſacraria cœli,
Divinæqve auræ Tibi cœlitùs impleat imbrem.
Curribus & turmis alius confidat & armis,
Bellantumqve ſibi numerum ſubducat eqvorum:
Nos juvat in Domini confidere nomine, ab illo
Duxqve ducisqve boni victoria provenit uno.
Terga dedere hoſtes; *nos autem ſtamus & illi*
Interiêre armis fulti; *nos Numine tuti*
Vivimus: à Domino benedictio Principis; Ille
Annuat, & noſtris addet ſua pondera votis.

Chriſte tibi plaudo reduci, autoremq́; ſalutis Patrium cano Deũ!

JESUS Mittit opẽ, ſancti reſerans ſacraria cœli.

Nos humilis favor ætherius penitusq́; jacentes Extollit, & ſuo ſuſtinet numine.

CAPUT SEPTIMUM.

De

Studio pacis publicæ, qvam Sereniſſimus Dn. Elector ſemper qvæſivit.

PAce publicâ mortalium generi *ab immortali Deo* nihil majus, nihil melius, *præſtantius* nihil, neqve optatius dari in hac qvidem vita poteſt. *Carol. V. in proœm. leg. rer cap. §. 1. Cic. Phil. 13.* Dulce eſt nomen pacis; res verò ipſa cum jucunda tum ſalutaris.

Pax hominum genetrix, pax eſt cuſtodia rerum,
Pax aperit *juris juſtitiæq́; forum.*

In pace omnes res meliori ſunt loco; *civium bona* à direptione tuta; *agri à vaſtationibus* liberi; *ædes ab incendiis* immunes, *vacui à mor-*

Pax una triumphis eſt centum melior.

tis periculo viri & mulieres, motuum atqve turbarum omnium *expers vita communis*. In qvam ſententiam jubet *Spiritus Sanctus* in ſacra pagina, ut Chriſtiani pacis ſervandæ causâ de jure ſuo aliqvid remittant; conſiderantes, eundem nobis *in cœlis Patrem*, totius univerſitatis conditorem, eundemqve qvoqve nobis, *qvi Chriſto nomen dedimus, redemtorem*; eundemqve nobis *ſanctificatorem*, qvi errantibus ignoſcit, veniamqve lapſis confert. Sic *Spiritus Sanctus* præcipit; Qvi vult vitam diligere, & dies videre bonos, declinet à malo, & faciat bonum, qværat pacem, & perſeqvatur eam, Pſ. 34. v. 13. 1. Pet. 3. v. 11. *Et D. Paulus præcipit:* Si fieri poteſt, qvantum in vobis eſt, cum omnibus hominibus in pace vivite, Rom. 12. v. 18. Exorta verò contentione, *Salvator præcipit*; abi, prius reconcilieris fratri tuo; habeto benevolentiam cito cum adverſario tuo, dum in via cum illo es conſtitutus, Matth. 5. v. 24. Sed nos uberiùs metaphoram & ὁμοίωσιν perpendemus.

Sardius cõfertur pacis ſtudio. *Studium pacis eſt Sardius*, qvi iſta gemma utuntur, à veneficiis & maleficiis eos adſerit, Franc. Rueus de gem. lib. 2. c. 6. *paci qvi ſtudet, is à multis vitiis*, qvietem & tranqvillitatem enecantibus, longè abeſt. Sardius ſangvinē è naribus fluentem compeſcit: ſimiliter & *ſtudium pacis cruentis conſiliis reſiſtit*. Sardius animo lætitiam affert: Pari modo *pacis ſtudium in choro, foro & thoro omnes* exhilarat.

Sententia Serenitatis Electoralis de pace. Ejusmodi præclara de pace ſemper fuit *Sereniſſimo Domino Electori ſententia*. Cùm enim in *bello Bohemico per ſeditionem orto*, incendium longè lateqve ſeſe diffunderet bellicum, & ſub contributionis ſpecie, multæ *Sacri Romani Imperii provinciæ* exhaurirentur; qvidam verò, qvi *cauſæ Bohemicæ patrocinium* ſuſcepiſſent, ita eſſent cohercendi, ut juſta in iſtos bellica animadverſio eſſet ſuſcipienda; toto *illo tempore Sereniſſimus Elector* ditionum ſuarum fines, & in illis ſubditos ſuos *Dei auxilio in pace* conſervavit.

1\. Qvæ v. cauſa fuit, cùm ipſius Serenitati Electorali corona regni Bohemici offerretur, ut illam conſtanter repudiaret? *Amæniſſimæ*
2\. *pacis ſtudium.* Qvænam ratio ſubeſt, qvòd Elector Saxoniæ cum aliis Electoribus & Principibus conventum egerit Mulhuſinum,

anno

Digitized by Google

anno M.DC.XX. ut Fridericus V. Palatinus Elector de reddenda
Cæſari Coronâ Bohemicâ admoneretur? *Studium pacis indefeſ-* 3.
ſum. Qvid impulit Sereniſſimum, ut publicato edicto, legationem
ad Cæſaream Majeſtatem mitteret, *atq; ejus abolitionem ſubmiſſo*
ſtudio qværeret, ſolenniter proteſtatus, ſe illud bonâ conſcientiâ
calculo ſuo comprobare neutiqvam valere? *Serium pacis conſer-*
vandæ ſtudium. Qvænam cauſa fuit impulſiva, qvæ Serenitatem E- 4.
lectoralem commovit, *ut bellum defenſivum ſuſciperet*, & à ſubditis
ſuis illo ipſo omnem tyrannidem immanitate barbaram averte-
ret? *Ut regionibus ſuis pacem amiſſam reſtauraret.* Qvidnam excita- 5.
vit ipſius Serenitatem Electoralem, ut exercitus Svecici generali-
bus belli Ducibus, in tractatione pacificâ, *XXV. tonnas auri offer-*
ret, cum promiſſione ampliori, ſeipſum, utpote Imperatoris Invi-
ctiſſimi & Sacri Romani Imperii *Commiſſarium Ordinarium* ali-
qvot auri tonnas adhuc additurum? *Studium pacis recuperandæ u-*
tiliſſimum & maximè neceſſarium.

JUBILUS PANEGYRICUS.
De pace religionis & regionum, per Dei gratiam anno Jubilæo M.DC.L. Eccleſiis, Germaniæ, Romano Imperio & Electoratui Saxonico plenariè reddita.

QV*od bene vertat æternus Deus, Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qvod Eccleſiæ Lutheranæ Evangelicæ*, Romano Imperio, *Germaniæ & Electoratui Saxonico* felix & fauſtum ſit & permaneat, *per Dei gratiam* pacis tractatio Oſnabrucci & Monaſterii eò tandem eſt perducta, ut anno M.DC.XLVIIJ. die XXIV. menſis Octobris, *inſtrumentum pacis ab omnibus partibus receptum*, & omnium ſubſcriptione fuit confirmatum. Ideoqve *Serenitas Electoralis* clementiſſimè mandavit, *ut in univerſo Electoratu*, in omnibus civitatibus & pagis publicum *feſtum Euchariſticum* celebraretur, gratias agentes pro pace illa exoptata & diu deſiderata, *à clemen-*

Qvando pax omnium conſenſu concluſa?

tiſſi-

Digitized by Google

tiſſimo Deo nobis reddita; qvod etiam ſolenniter *in hoc Electoratu Anno M.DC.L.* die XXII. menſis Julii, feſto die Mariæ Magdalenæ, ad formam feſtorum Euchariſticorum, qvorum præcedenti libro ſecundo facta eſt mentio, celebratum fuit. *Sicq; Deo noſtro benedicto & glorioſiſſimo à Magiſtratu ſupremo* & ſubditis pro tam inſigni beneficio publicè ſunt laudum ſacrificia oblata.

Feſta Eucharistica ſunt deſcripta lib. praec. cap. 8.

Elector Saxoniæ verus Janus.

Eqvidem inſigne gaudium, exultationem & læticiam non contemnendam percepi in hoc feſto Euchariſtico, propterea, *qvod Sereniſſimo Domino Electori à Deo datum & conceſſum fuit, videre pacem ſuper Iſraëlem, Pſal. 126. Vidit Electoralis Serenitas tempus gratioſum ante bellum Germanicum*; vidit tempora conclamata & calamitoſa, tota belli germanici duratione; *videt etiam per Dei gratiam tempus gratioſum finito bello Germanico*, videt pacem exoptatam redditam: & ut *videat adhuc diutiſſimè votis omnibus exopto*. Et ut aliqvo modo gaudium illud exponerem, placuit, meum qvoqve ἐπιβάλλον μέρος de *pace publica germanica* hoc loco ut adderem.

Cauſa efficiens, læti auguſtiſſimæ pacis adventus.

Conſideranda igitur ante omnia venit *læti auguſtiſſimæ pacis adventus cauſa efficiens, qvæ eſt Deus unus, ſolus, verus, miſericors & miſerator Dominus*; A Domino factum eſt illud, & eſt mirabile in oculis noſtris, Pſal. 118. v. 23. *Hæc eſt dies, qvam fecit Dominus*, exultemus & lætemur in ea.

Oſtendit Deus 1. ſuã omnipotentiam.

Oſtendit itaqve *Deus hoc opere admirando, I. ſuam omnipotentiam*: qvod omnes homines per XXX. annos belli germanici non potuerunt producere & præſtare, *id fecit Deus omnipotens*; intellexerunt homines, qvòd hoc ſit Dei opus; ad imitationem Pſalmi 64. v. 10. Oſtendit

2. ſuum auxilium.

II. Suum auxilium; A Domino auxilium noſtrum, qvi fecit cœlum & terram, Pſal. 121. v. 2. qvi operatur ſalutes in medio terræ, Pſal. 74. v. 12. cuncta Dei in melius vertere dextra poteſt, Pſal. 77, 11. *Deus qvidem onus* (1. crucis, 2. vocationis, 3. mortis.) *nobis imponit*, ſed etiam eſt *Deus ad ſalutes*, Pſal. 68. v. 20. exultat cor meum in ſalute Domini, Pſal. 13. v. 6. promtiſſimè nobis auxilium affert. Deus oſtendit nobis

III.

Digitized by Google

III. Gratiam & miſericordiam ſuam. Promeriti eramus æternam damnationem peccatis noſtris; ſed *gratis propter Chriſtum vertit Deus æternas pœnas* in virgam ejusmodi paternam bellum videlicet: Miſericors & clemens eſt Dominus, longanimis & multæ miſerationis, Pſal. 103. v. 8. *Deus miſertus eſt Eccleſiæ ſuæ* graviter afflictæ; *tot viduarum, tot orphanorum, tot parentum, tot liberorum, tot oppreſſorum, tot exulum, tot matrum, tot virginum, tot hominum innumerabilium Deus eſt miſertus,* & dixit, σπλαγχνίζομαι ἐπὶ τὸν ὄχλον, Marc. 8. v. 2. & miſit pacem διὰ σπλάγχνα ἐλέους, Luc. 1. v. 78 Oſtendit ulterius

3. Gratiam & miſericordiam ſuam

IV. Promiſſionis ſuæ veritatem; οὐκ εἰς τέλος ὀργισθήσεται, οὐδὲ εἰς τὸν αἰῶνα μηνιεῖ; Non in ſempiternum litigabit, neqve in æternum comminabitur, Pſal. 103. v. 9. & ſeqq. non ſecundùm peccata noſtra fecit, neqve ſecundum iniqvitates noſtras nobis retribuit, ſicut pater filiorum, ſic noſtri miſertus Dominus. Ergò ὑπερύμνητος καὶ ὑπερένδοξος ὁ Θεός; *& ſuperlaudabilis & ſupergloriosus in ſecula Deus noſter altiſſimus & miſericors.* Et qvia venit diu deſiderata laudum divinarum hora; ideoqve laudamus *DEI potentiam,* prædicamus *Dei auxilium;* omnes populi *laudate Dominum;* jubilate Deo omnes Germaniæ regiones; exultet cœlum; ſacro divino gaudio omnes jubilate ingenti lætitia, Pſal 96. & 98. Moveatur terra præ gaudio; *montes exultate in Domino,* ſicuti agni ovium, Pſal. 114. v. 4. omnes valles celebrate Dei bonitatem & benignitatem.

4. Promiſſionis ſuæ veritatem.
HERR / nun iſt die langgewündſchte Zeit des danckens / die langgehoffte ſtunde des Lobgeſanges herbey kommen.

Perpendamus etiam cauſas impulſivas *celebrandi Deum* πολυέλεον, qvæ ſunt duplices:

Cauſæ celebrandi Deum.

1. ἀναίρεσις κακῶν. *Gratis propter Chriſtum Deus remiſit peccata;* à cervicibus noſtris onus pœnarum ingens amovit, bella ſangvinolenta è Germaniæ finibus ejecit; Soli igitur Deo gloria.

1. Bona privativa.

Secunda cauſa impulſiva ſunt θέσεις ἐνεργημάτων; qvæ bona ingentia in locum pœnarum ponunt. *Deus conſolatus eſt populum* conſolatione prædulci; pauperum ſuorum miſertus eſt; ubertate domus gratiæ tuæ nos cumolaſti, *Domine; prævenisti nos in benedictionibus optimis,* Pſal. 20. v. 4. torrente dulcedinis tuæ nos po-

2 Bona poſitiva.

Ii taſti,

ſtra exultatione; nunc dicimus inter omnes; *magna, majora maxima, magnalia fecit Dominus* nobiſcum, Pſal.126. v.4 hinc facti ſumus gaudentes læticia ineffabili. *Gratias agimus tibi Deo noſtro benedicto & glorioſiſſimo* pro liberatione ex manu inimicorum noſtrorum, Luc. 1. v. 71. benedicimus nomini tuo pro omnium noſtrum conſervatione. Per te exortum eſt rectis lumen, Pſal.112. v.4. *exortus eſt Sol juſtitiæ*, Mal.4. v.2. Sol læticiæ præclaræ in mediis fortunæ adverſæ noctibus: claritas pacis amœniſſimæ apparuit nobis, mediis ex belli fluctibus.

Prima gratiarum actio.

Secunda.

Corde noſtra attollimus ad te Deum noſtrum miſeratorem, gratias tibi agentes maximas, qvod preces noſtras devotas exaudiviſti; qverimonias & ſupplicationes noſtras ſuſcepiſti corde paterno & φιλανθρώπῳ, gratias habebimus immortales, qvòd contentionum ignem deleviſti, *belli onus à nobis avertiſti, à jugo ſervitutis nos liberaſti*; qvietem nobis reddidiſti, *pacem auream reſtituiſti; cultum divinum ut religioſè conficeremus in pace*, ut panem noſtrum qvotidianum in pace comedentes, *agros qvoq; in pace* ſtudioſè excoleremus, perfeciſti; ô qvanta bona! ò qvanta ingentia dona!

Perpende ô fidelis anima inſignia hæc divina beneficia!

O qvàm precioſa eſt miſericordia & bonitas tua, Pſal.36. qvam exhibes iis, qvi in te ſperant; ad te levamus animam noſtram, & in te confidimus; ſuſcipe nos, ut vivamus, ſub umbra alarum tuarum nos protege: divitias *gratiæ tuæ* prædicamus, *charitatis tuæ dulcedines* extollimus; *magnitudinem miſerationum tuarum* laudum præconiis exaltamus. Pax erat ex Germania expulſa, & tu, Domine, eam propitius reduxiſti; *ah qvantus hic eſt theſaurus!* miſerationibus tuis nos cumulaſti; expulſo bello ſecuritatem & tranqvillitatem reparaſti; *ah qvanta hæc eſt beneficentia!*

Hæc bona & dona ex theſauro miſerationum divinarum ad nos pervenerunt.

Tertia.

Ideò *gratias agimus tibi Deo liberatori noſtro; tu es* noſtrum refugium & protectio, ne deſeras nos: Qvàm *diu cor noſtrum movetur*, bonitatem tuam oblivioni non trademus; *lingva noſtra tuum auxilium* non diſſimulabit, *qvàm diu ſpiritum* trahimus, *qvàm diu oculi noſtri* erunt clari & aperti, bonitatem tuam prædicabimus; *omnes venulæ, omnes ſangvinis guttulæ, laudis & gloriæ tuæ erunt buccinæ*, ſemper & absqve intermiſſione dicentes; *Deus noſter ſit benedictus*

dictus & glorioſiſſimus in ſeculorum ſecula: is eſt noſtra ſecuritas & tranqvillitas; noſter liberator & protector unicus; *turris fortiſſima nomen Domini*, Prov. 18. v. 10.

Preces aſſidua & devota accedãt neceſſe eſt. Primum votum devotum. Pacis deſcriptio. Adde pacẽ ſpiritualẽ; & verâ fide illam apprẽde; dicendo, juſtificatus fide pacem habeo cum Deo per Dominum Jeſum, Rom. 8. Sic habebis & bona æterna. Secundum votum devotum. Tertium. Domine reſtaura 1. Eccleſias & Scholas. 2. Artes & lingvas. 3 Regionẽ & civitates & pagos.

Sed & adhuc *unum eſt neceſſarium*, qvod benigniſſimè Pater per & propter *Jeſum Chriſtum, Dominum & Redemtorem noſtrum*, nobis non denegabis. *Pacem exoptatam, tuam pacem, tuam divinam pacem* ne à nobis auferas. Qvid enim eſt pax, niſi omnium bonorum comprehenſio, omnium dulcedinum abundantia; cornu copiæ omnium felicitatum temporalium: *qvicqvid* jucundum, *qvicqvid* laudabile, *qvicqvid* utile, *qvicqvid* neceſſarium, id omne *pax exoptata* continet. Hunc theſaurum, *Domine Deus Pater omnipotens conſerva*, & inter nos confirma; *illa pacis poſſeſſio nobis ſit ſempiterna*; tranqvillitatis utilitas fac ſit inter nos immortalis; *corrobora, Domine*, qvod incepiſti; *ad finem optatum perducas*, qvicqvid fœdus tuum à te ortum ſancivit. *Conſtringe pacis vinculo corda Cæſaris Romani, Regum, Electorum & Ducum Romani Imperii, & regnorum exterorum*; *reſiſte* omnibus, qvi oderunt pacem, *qvi in Romano Imperio diffidentiam reſtaurant*; fœdus contra te ineunt, *absq; te conſilium capiunt*, bellorum ſemina ſpargunt, iisqve delectantur. *Sint & permaneant coram te maledictio & opprobrium æternum omnes, qvi verbo tuo reſiſtunt*, & Eccleſiam tuam affligunt, hoc fine, ut illam opprimant, & funditus evertant.

Pacem exoptatam, tuam pacem, pacem tuam divinam noli à nobis auferre; pax nutrit, diſſenſio conſumit: ut *Pater nos* amplectere, ut Sponſus nos dilige, ut *amicus noſter optimus maximus* nos defende, ut omni potentiâ pollens nos conſerva.

Pacem chariſſimam, qvam omnes poſcimus, tuam pacem, divinam tuam pacem ad poſteros noſtros propaga; liberorum liberi ut hæreditate continua illam accipiant & poſſideant; *ô Domine Deus Pater omnipotens*, Eccleſiæ & Scholæ ſunt diſſipatæ, *congrega & reſtaura eas*: artes ingenuas & lingvas principales, qvę ruinâ minabãtur, *ad priſtinum vigorem exalta*; regio noſtra eſt deſolata, civitates exuſtæ, pagi diſſipati, *iſtos omnes ædifica*: dies triſtes ad finem fac properent; *dies boni & læti redeant*.

Feli-

Felicitate & benedictione Corona Sereniſſimum Dominum Electorem Saxoniæ, fac ut fruetur pace hac amœniſſima qvàm diutiſſimè; adde ipſius Serenitati Electorali dies & annos qvàm plurimos, ut videat pacemſ per Iſraël omnibus diebus vitæ ſuæ, & videat filios filiorum & liberorum ſuorum Illuſtriſſimorum.

4 Votum devotū pro Sereniſſimo Dn. Electore.

Tandem & hoc, obſecramus, perfice, ô DEUS τελειωτότατε, *averte, ne pace hac abutamur ad impietatem, ebrietatem, libidinem, ſuperbiam & alia flagitia*; creſcat in pace *hac pietas*; devotione ſummâ in pace & tranqvillitate *perficiatur cultus divinus:* qvicqvid fuerit *pacis ornamentum, ſecuritatis fructus & odoramentum, tranqvillitatis fulcimentum, id omne effice & conſerva, ô Deus Pater, per Jeſum Chriſtum, virtute & efficaciâ Spiritus Sancti*, & ſic collaudab.mus nomen tuum ſacroſanctum corde & ore ſeculis infinitis, Amen.

Seqvitur devota precatio pro noſtra obedientia.

CAPUT OCTAVUM.

De

Veritate & Candore,

PAri paſſu ambulant *veritas & candor.* Ubi enim eſt veritas, candorem ibi qvoqve adeſſe, neceſſe eſt. Et ubi *candor dominatur, ibi à veritatis tramine ne latum qvidem ungvem diſceditur.* Eſt autem *veritas res divina & omnium bonorum principium, qvâ Deus nihil ipſo dignius* munus homini dare, vel eâ ipſâ nihil majus homo accipere poteſt.

Plutarch. de Ad. & Am. diſ. p. 49.

Veritatem ſalvificam ex verbo Dei diſcere homini chriſtiano convenit: ideò oremus cum Salvatore noſtro: *Domine, ſanctifica nos in veritate tua*, verbum tuum eſt veritas, Joh. 17. v. 17. Poſteà in communi vita, depoſito mendacio *loqvi debemus veritatem* qvisq; proximo ſuo; qvoniam invicem membra ſumus, Eph. 5. v. 25. *Veritatis qvoq; magna per ſe vis eſt:* ſuis copiis freta, ſuis præſidiis firma, *ſuis operibus pollet*; tenebras ab hominum animis diſcutit, omnem errorem eripit, & id, de qvo judicandum in *præclaram lucem collocat; ita ſemper illius nitor ſplendet.*

Duplex veritas
1. In Theologia.
2. in communi vita.

Ubi dominari debet veritas?
1. In animo & mente
2. In lingva
3. In factis

Oſtenſam autem veritatem t
dominium obtinet in animo & mente,
Dei & legibus ſcriptis ſecundum juſtum
Dominium obtineat in *lingva*, ut nihil
Dominetur in factis, ut homo nihil dica
ſuggerat ipſa veritas.

Typus veritatis eſt Hyacinthus.
Hyacinthus eſt peſtis amuletum.

Hyacinthus eſt veritas. Cordis virtu
pati ratione *veritas totum corpus cordis ci*
veritate conſiſtere neqvit. Hyacinthus à p
re, recondità ſuà proprietate geſtantem aſſe
tem qvi tuetur, communi populorum peſti, qv
ſtis. Hyacinthus igitur eſt peſtis amuletum, *qv*
penditur è cordis regione: *Sic candor & verita*
letum, ideoqve ſemper in pectore firmiter ſervan

Accommodatio & Applicatio.

Singulari qvoqve *laude dignus judicatur S*
nus Elector, & inter homines virtute ſuâ decorus
in dicenda veritate animum imperterritum ſervat

In cauſa Bohemica.

ut ipſius Serenitatem à veritatis tramite nec tempu
lus avocare, nec mentis perturbatio deterrere potue
Bohemica Serenitati ipſius profluebant verba ex veri
aperto pectore, dum ſtatuebat, ſemel juratam fidem Re
eſſe ſervandam, neqve ſeditionem approbandam. Sim

Interceſſit pro Eccleſia Auguſtana.

Electoralis Serenitas *pro Eccleſia Auguſtana intercedere*
rem & veritatem profitebatur, verba Electoralia ex fidi
ctore erant depromta.

Occupant Pontificii templa Lutheranorũ. Sed Serenitas Electoralis pro his intercedebat

Sciat etiam orbis chriſtianus, à Sereniſſima ipſius Exc
canam illam veritatem, ut ſemper, ita etiam tum tempor
cam & excultam, qvando Pontificii templa à Lutheranis & e
ſumtibus ædificata, Pragæ occupabant, & Eccleſiis Augu
Confeſſioni addictis in Auſtria & Moravia, religionis ſalvifica
ercitio interdicebant; ibi certè Sereniſſimus noſter ſermone
croſancto intercedebat pro iiſdem, ita ut veritatis confeſſio pub
ca coram omnibus apparuerit clara & perſpicua.

Veritatem qvoqve publice confeſſus eſt *Sereniſſimus Elect*

po

Poſt edicti publicationem.

poſt edicti promulgationem, dum *legationem ſplendidam ad inviƈtiſſimam ſacram Cæſaream majeſtatem miſit*, ſignificans, *ſuam Serenitatem* edicto iſti, *ſuffragio ſuo non poſſe adſtipulari.*

Proteſtatio autoris.

In optima verò & ſolenni juris forma hoc loco proteſtor, me *Sacratiſſimam Cæſaream Majeſtatem hoc loco neqvaqvam* intelligere; nam *illam veriſſimè excuſatam habeo*, qvia ipſius Majeſtati *Biblia ſacroſancta*, ut & *B. Lutheri ſcripta legere non concedebatur*, aliàs zelum oſtendiſſet pro domo Domini! *ſed cum Pontificiis & Jeſuitis mihi res eſt*, qvi nomine imperatorio ſunt abuſi ad *evertendam veræ religionis Lutheranæ veritatem ſalvificam.* Sic Pupillæ Evangelicæ Apologia principalis Sacram Cæſaream Majeſtatem excuſat his verbis: Lieſſe man den itzigen Römiſchen Keyſer zu/ daß Ihre Keyſerliche Majeſtät ein gut Evangeliſch Buch von den fürnehmſten Artickeln/ ja nur Georgii Caſſandri gutachten leſen dürfte/ (welcher Caſſander der Römiſchen Catholiſchẽ Lehre zugethan/ und Keyſer Ferdinando dem Erſten/ ſo wol Keyſer Maximiliano dem Andern über alle maſſen lieb geweſen/) kein Zweiffel iſt/ es würden Ihre Keyſerliche Majeſtät/ dero erleuchtetem Verſtande nach/ ſehen und befinden/ wie ungütlich uns bißhero geſchehen/ und wie zur höchſten Ungebühr unſere Lehre verketzert worden. Aber ſo weit laſſen die Jeſuiten keinen weltlichen Potentaten kommen/ viel weniger verſtatten ſie ihnen/ die H. Bibel zu leſen/ ſo gröſſe ſorge tragen ſie/ man möchte ihre handgreiffliche Irthume ſehen und mercken. Sic excuſat *B. Lutherus Imperatorem Carolum V.* im fünften Theil ſeiner Jeniſchen Bücher: Erſtlich muß ich den lieben Keyſer Carl entſchuldigen. *Et fol. 298. fac. B.* So will ich hiermit nicht den frommen Keyſer/ noch die frommen Herren/ ſondern die Verräther und Böſewichter gemeynet haben/ ſo unter Keyſerlichen Namen/ ihren verzweiffelten boßhafftigen Muthwillen fürnehmen zu vollbringen/ ꝛc.

Pupillæ Evangelicæ Apologia cap. 7. pag. 38.

D. Lutherus Tomo 5. Jenenſ. Germ. fol. 280. & 281.

CA-

Digitized by Google

CAPUT NONUM.
De
Honore Cæſari præſtando.

... ſaluta- ... pro- ... tatibus ... felicibus ... in ... ibus.

R Erum naturam *ſine ordine certo* conſ
non poſſe,nedum imperia,nemo niſi amens negave
Ubi enim ordo non eſt,nec ſervatur,ibi *confuſionem,o*
malorum chaos,exiſtere neceſſe eſt. Si verò oculos ad ſuperior
tollere,ſi ad inferiora demittere velimus, *omnia ex Dei Opt.*
Sapientia & conſilio, ſuo ordine fieri & ſuſtentari animadverti
Machina perpetuo cœleſtis *ab ordine* pendet. Elementa *ordin*
diſpoſita ſentimus & videmus. *Ignis ſuperiorem locum tenet; a*
qva, huic terra ſubjacet. Nox ordine diem ſeqvitur. *Veri æſtas,*
Autumnus ſuccedit; *Hyems hunc mox excipit.* Corpus human
partium aptè inter ſe cohærentium juſto ordine conſtat. Qvi
dem nec eſſe, nec conſervari poteſt, *niſi à ſuperiore qvodam* inſti
tur & ſuſtentetur. *Meritò igitur Deum, mundi & rerum in eo*
tentarum Creatorem, & ordinis autorem veneramur.; Sicut &
regnis & regibus conſtituendis, gubernandis & diſponendis *ſu*
mam cauſam efficientem eundem agnoſcimus. Hinc rerum natu
Uni paret, *Deo ſcilicet omnipotenti, omniſcio, Archiguberna Sap*
tiſſimo. Si animalia ſpectemus, qvædam ſuum ducem & unum
bent, ut Grues, Apes & alia. Qvid multis?

...eus glorio- ...mus or- ...s autor.

...ov. 8, 15.
...an. 2, 21.

Ordo vigor rerum, rerum pulcerrimus ordo
Conſervat, mundi machina qvicqvid habet.

Deus ſibi in homines abſolutiſſimũ imperium reſervavit.

Proinde *Deus Opt. Max.* qvemadmodum hominem reb
ſe creatis, ut eis dominaretur, *præfecit;* ita ſibi in eum, *liberum*
abſolutiſſimum reſervavit Imperium, qvò ipſius, *tanqvam Creat*
& primi Motoris divinã Majeſtatem laudaremus, ſapientiam il
adoremus, & providentiam in gubernando hoc univerſo admi
remur.

Imperatoris Romani electio eſt

Ejusmodi *opus gratuitum admirandæ providentiæ divinæ*
militer agnoſcimus & adoramus, qvòd *Deus hicce mundi ſeneſce*

temporibus in Romano Imperi[…] *Senatum Sereniſſimum Electorum & Septemvirorum Sereniſſimoru*[…] *inſtituit*, penes qvos eſt Imperatoris Romani electio. Qvod inſtitutum anno poſt noningenteſimum nonageſimo octavo factum eſt, per Imperatorem *ſummâ ſapientiâ præditum, Othonem tertium*. Soliti fuerant Itali à multis annis creare reges, imperatoribus adverſos; *qvod Impp. Pater & Filius, Othones, ſuâ poteſtate ſuſtulerant*, & in ordinem redegerant. Cives Romani anteà Conſulem & prætores creaverant; hi poteſtate qvadam tribunitiâ & urbem exhauſerant, & *nobilitatem malè tractaverant*; & ita magnorum in Imperatores ſuſceptorum bellorum fuerant autores. Qvam *tyrannidē omnem Imperator Ottho III. ſuſtulit*, & ita in poſterum minuit, ut nullus ad eum honoris gradum, qvem iſti habuerant, poſtea unqvam aſcenderet. *opus admiranda providentia divina.* *Cauſæ iſtius ordinationis impulſiva.* *Ottho tertius Imperator ſapiens.*

Habent igitur poteſtatem *Imperatores Romani*, in urbe Roma *Conſules & Prætores*, imò *totum Senatum* conſtituendi. Invenit etiam *Ottho tertius* conſilium ſalutare & ſapiens *de conſtituendis viris gravibus & prudentibus*, in qvorum poteſtate eſſet, regem ſummo in terris honore dignum, *ſive Imperatorem* eligere. *Qvousq; ſe extendat Imperatoris Romani potentia?*

Ad hanc dignitatem Electoralem inter politicos Principes evexit *Imperator Ottho III. Palatinum de Caroli ſtirpe* deſcendentem, qvem ſummo illo honore affecit propter nobiliſſimam proſapiam, & excellentium virtutum memoriam. *Saxonicos & Brandenburgicos Principes* extulit, propter fidem bellis Ungaricis, Boēmicis, Slavicis & Danicis ſpectatam, eorumqve terram virorum fortiſſimorum patriam aliis antetulit nationibus. *Leges fundamentales in Romano Imperio cōcernunt etiam electionem Imperatoris Romani.*

In hac Electorali dignitate hoc tempore, per Dei gratiam eminere conſtat *Sereniſſimum & Potentiſſimum Principem ac Dominum, Dn. JOHANNEM GEORGIUM, Sacri Romani Imperii Archimarſchallum & Electorem, creandis Romanis Imperatoribus ſeptemvirum, qvi Eccleſia Lutheranæ columna & patronus, poſt Deum Opt. Max. eminentiſſimus & chriſtianiſſimus: vivat, vivat cum bono* **DEO** ſeros poſt Neſtoris annos. [illegible] ϗ [illegible]

B. Petrus inqvit: Timete Deum, honorate regem. Hoc dictum ſemper magnificit *Sereniſſimus Saxoniæ Elector Chriſtianus* II. *1. Pet. 2,18.*

ὁ νῦν ἐν ὁσίοις: cujus Sereniſſima Ex[illegible]lſitas pro
no uſa eſt hoc inſigni dicto; *Time D[illegible]um, honora*
tione his veſtigiis laudatiſſimis inſiſtit *Sereniſſim*
hannes Georgius, qvi ſummo honore proſecut
proſeqvitur *invictiſſimos Romanorum Imperator*
ſuperqve demonſtravit toto illo laudatiſſimi
pore.

Honoravit autem Cæſarem Sereniſſimus
modis:

I. Imperatoriam dignitatem ipſi oblatam
qvemadmodum iis hac de re conſtat, qvi ante
Matthiæ, deliberationibus graviſſimis interfue

II. Coronam Bohemicam, cum univerſo reg
ſpuendo. Cùm enim Comes de Schlick ad ipſiu
celſitatem accederet, & de oblatione regni Boh
dinum nomine, verba faceret, *Sereniſſimus noſt*
ſuſpectam habuit, & oblationem iſtam toto cor

III. Conventum Electorum & Principum
Mulhuſii congregatorum, *ſuâ præſentiâ cohon*
cum V. Electorum Palatinum paternè admoner
Bohemicam Imperatori Ferdinando II. ſuis qv
imperatoriam dignitatem evecto, redderet, & *r*
ret. Obſervavit igitur Serenitas ſua Electoralis
ni & Redemtoris noſtri mandatum; *Reddite Cæ*
ris. Utinam Elector Palatinus his admonitionib
cum dediſſet, qvàm multæ myriades animarun
interitu temporali & æterno eſſent liberatæ.

Matt. 22, 21

IV. Commiſſionem Cæſaream ſuſcipiendo

IV. Cæſaream commiſſionem ſuſcipiendo in
ſaream devotionem ducatibus Sileſiæ & utro
Luſatiæ, vel blandis verbis, vel atrocibus pœnis.
tus belli eſt anceps; ſic etiam commiſſio illa grav
rebat, nec non ingentes ſumtus reqvirebat. *Att*
Cæſari debitâ, nec periculum nec ſumtus *Electore*

V. Agẽdo & patiendo.

V. Agendo & patiendo; ut Apologia princ

angelicæ loqvitur: Alle Welt muß itziger Churfürſtlichen Durchlauchtigkeit zu Sachſen/ und andern vielen Evangeliſchen Ständen des Reichs Zeugnüß geben / daß ſie *faciendo & patiendo*, Reſpects gnungſam ihrem Keyſer erzeiget haben.

Apol. princ. pupil. Ev. Ang. c. 16. p. 169.

VI. Copias Electorales ab occupatione urbis Pragenſis Anno 1643. revocando. Ita comparata erant arma Electoralia & Svecica tum temporis, ut Pragam & Regnum Bohemiæ occupare, & ulteriores progreſſus facere potuiſſent; ſed qvid aliud revocavit Electorem, niſi vinculum illud arctiſſimum honoris & obſervantiæ, qvo Electores Imperatori Romano obſtricti ſunt?

VI. Copias Electorales revocando.

VII. Et ut verbo dicam, *illam ipſam Imperatoris majeſtatem, & invicti Cæſaris nomen, ſemper ſummo habuit Sereniſſimus Elector in precio. Qvæ* duo jamdudum ſuccubuiſſent, niſi *Sereniſſimus ſua autoritate, eadem conſervare laboraſſet.* Qvin potius jamdudum ſuccubuiſſet Romani Imperii moles, *niſi Æterni Numinis providentia Sereniſſimum noſtrum Electorem voluiſſet in hac tempora reſervare.* Hic enim ille eſt, qvi tantæ malorum undiqve ingruentium *tempeſtati occurrere auſus, tanqvam Salutare caſtrorum Sidus periclitanti affulſit patriæ, & tot procellis qvaſſatam Republicæ navim* ſingulari fortitudinis ac prudentiæ exemplo ſervavit. *Sereniſſimus noſter ille ipſe eſt, qvi ſua ſceptra Regibus, ſubditos dominis*, utrisqve pacem & ſecuritatem confirmavit.

VII. Majeſtatem & invicti Cæſaris nomẽ conſervando.

Teſtatus hoc fuit Pragæ, cùm illam anno M.DC.XXXII. occupaſſet, ubi profectò *Elector ab omni crudelitate, tyrannide, rapina & aliis exceſſibus*, qvi alioqvin à militibus exercentur, *prorſus abſtinuit. Arci Cæſareæ, ob reverentiam erga Cæſarem pepercit, & ne ſemel qvidem in illa pernoctavit: qvam animi moderationem multi magnates vehementer admirati ſunt.* In ipſa arce Cæſarea, *cùm ipſius Sereniſſimæ Excelſitati in cubiculo Cæſareo monſtrabatur, ubi Majeſtas Cæſarea noctu ſolita fuerat dormire, Serenitas ipſius caput denudavit, & illa loca tanqvam ſacra, aperto capite & ſummâ reverentiâ* vidit & cognovit.

Admirandũ Saxonicum

ἀξιομνημόνευτον peculiare.

Qvæ qvidem eò illuſtriora reputanda ſunt, qvòd non tam armis ac viribus, qvàm *prudentiâ & pietate* ſint confecta. Honor itaqve

qve Cæſari præſtitus inter magna, eaqve *ſumma* ... *ca* ab omnibus rectè ſentientibus refertur.

Ho[illegible]or Ca-ſar[illegible] præſti-tu[illegible] Marga-rit[illegible] con-fer[illegible]ur.

Metaphora qvædam in præcedentibus h ... ipſi tractationi, ut patet, eſt inſerta; ne verò & ... oblivioni tradatur, ſciendum, qvòd *honor Cæſa* ... *Majeſtati* præſtandus, *Margaritis poſſit* aſſimil ... principes cordis partes, ut & ſpiritus animales ... In Imperio Romano Imperator vel Cæſar cor ... igitur honore, à Sereniſſimo Electore, ipſiu ... recreari, & jucunditate inſigni affici, qvis eſt, q ... non eſt ſola, ſed multæ coacervatæ cor robora ... tes in honore Cæſari præſtito concurrunt. E ... tur alii, ſi fuſorum cadaveribus latè patentes c ... occiſorum ſangvinibus etiam ingentia flumin ... Electoris gloria tantò major exiſtimanda eſ ... vare, qvàm occidere; prodeſſe qvàm nocere; ... no Electori noſtro ingens ſurgit decus & orna ...

In[illegible] omul-ta [illegible] virtutes co[illegible] currunt

A[illegible]oſtrophe co[illegible]menſ[illegible] θ☉.

CAPUT DECIM ...

De

Sereniſſimi Domini Electoris ... *& Manſvetudine*

Humanitas regina multas habet pediſſeqvas.

NEmo, niſi experientiâ doct ... tum conjuncta *virtuti humanitas*, q ... *manſvetudini* permixta poſſint. *Hum* ... *multas habet pediſſeqvas*; qvales ſunt, *demiſſio* ... mitas, *morum facilitas*, auditus benignitas, *be* ... *compellatio*, frontis amœnitas, & ſi qvæ ſunt al ... decent; qvæ etiam hominem commendant. ... mo dictus, *humanitatem ſibi habeat commend* ...

Homo dictus ab Humanitate.

Manſvetudo illa cumprimis principem v ... cèt excelſum, inſignem & admirabilem natu ...

Prov. 16, 15. In lucida facie regis

rum tamen proximè accedit, ſi humanitate & clementia ſe ipſum commendet, & ſalutem det ſubditis. Nihil eſt tam laude dignum, qvàm *humanitas & clementia.* Nulla de virtutibus plurimis nec gratior, nec amabilior eſt *manſvetudine & clementiâ.* Nihil habet nec fortuna majus, qvàm ut poſſis; nec natura melius, qvàm ut velis conſervare qvàm plurimos. *O clementiam admirabilem, atqve omni laude, prædicatione, literis, monumentisq; decorandam!* Hanc virtutem Imperator qvoqve commendat, dicens; *nihil tàm peculiare eſt imperialis majeſtatis, qvàm humanitas, per qvam ſolam Dei ſervatur imitatio.* Sola enim hac virtute *Dei benevolentiam Princeps*, & circa genus humanum ipſius Clementiam imitatur, qvi qvotidianis hominum peccatis ſemper ignoſcere dignatur; vult pœnitentiam noſtram ſuſcipere, & ad meliorem ſtatum eam deducere.

Vilis eſt, cujusq; bo.. Sa lentia eſt veluti denſa nubes pluvia ſerotina.

L. ult. C. de donat. inter vir. & ux.

L. imperialis, 23. C. de nupt. 5.

Topazius eſt Manſvetudo. Iracundiam Topazius cohibere creditur; *humanitas verò multò magis.* Topazius vires habet contra ſangvinis eruptiones; manſvetudo reſiſtit iræ eruptionibus. Qvando vulneri Topazius admovetur, ſangvinem è veſtigio compeſcit; *humanitas cordi admota, irarum flammas ſedat.* Qvidam affirmare audent, qvòd manus, Topazium geſtans, ab aqva bulliente citra jacturam poſſit eripi; *qvia aqvæ fervorem usq; adeo temperet, ut ab ea omnem bullam mox pellat*: pari ratione *manſvetudo cum humanitate* omnes bullas irarum cordis ferventis aufert & tollit.

Manſvetudo confertur Topazio.

Irarum flammas ſedat.

Manſvetudinis & humanitatis laude ſplendet noſter qvoqve *Elector clementiſſimus*, in qvo eſt *manſvetudo cum animi demiſſione conjuncta*, eò qvòd ipſum neqve ferocem ingenii celſiſſimi magnitudo, neqve *ſuperbum Electoralis generis principalis dignitas*, neqve arrogantem maximæ autoritatis fama fecerit. *Sine faſtu, ſine inſolentia, ſine ſupercilio* admittit omnes, literas ſupplices ſubjectisſimo ſtudio humiliter offerentes. Hinc jucundum eſt ſubditis morigeris, *Sereniſſimum Dominum Electorem videre*, ſummæ oblectationis *loqventem audire, alloqvi familiariter* ſummæ felicitatis.

Applicatio.

Philippus Rex, Alexandri Magni Patens, poſtqvam Græcos deviciſſet, non defuerunt, qvi ei ſvaderent, *ut urbibus præſidia imponeret.*

σύγκρισις Sereniſſimi Electoris.

[redacted] rege [redacted] lippo, A[redacted] andri [redacted] parente [redacted] atus & [redacted] ines in [redacted] ſia & [redacted] ſatia.

ret. Reſpondit autem, malle ſe *diu benignum*, qvàm *dominum* perhiberi. *Majori laude dignus eſt* Sereni Saxoniæ, qvi ducatibus & ordinibus in Sileſia & L *ream devotionem perductis*, nec urbibus nec ſubdi *dia impoſuit, ſed vetera illorum privilegia, & obſerv* nitates confirmavit, eosqve omnes in libertate p tos, *inſigni manſvetudine & clementiâ eſt complexu*

[redacted] diti E- [redacted] oratus [redacted] onici.

Qvid dicam de ſubditis Electoratus Saxonic *vitatum* & pagorum *magnam rei familiaris jacturas* Certè *Sereniſſimus Elector* incredibilem clementia *tionem erga illos* demonſtravit, dum tributa *tàm ex* qvàm, qvæ *de agris & fundis* perſolvere debebant, a *annos*, non tantùm dimiſit, ſed etiam *ligna illis do* extruere, & rem familiarem de novo inſtaurare po manſvetudinem & *miſericordiam Electoralem exper ti*, qvorum bona crebris hoſtium incurſionibus, dire *prædationibus prorſus caduca facta fuerunt*, illis qvc *niverſaria omnia* remiſit ad aliqvot annos.

[redacted] eptio- [redacted] depra [redacted] iones [redacted] ſs.

De ſertorum bo[redacted]orum po[redacted]eſſores.

Si verò parentes cum liberis morte peremti fu nia & deſerta iſtorum bona relicta per aliqvot ann *parem humanitatem, clementiam & manſvetudinem deprædicant* illi, qvibus ad annos complures bon conceditur.

Simile appoſitum.

Et ut gubernator in magna navi omnia flectit convenienti motu; *ſimile qvid de noſtro Electore dixe* tas injurias devorando, *clementiâ & manſvetudine* tiam ſubditorum ita devicit, ut *cives eum non ſecus a beri ament, pro ejus vita & incolumitate ad Deum* vot non pro eodem caput ſuum ſummis periculis objic *nem profundere* minimè dubitent. *Qvis hujus Prin & clementiæ vitam negaret beatam? qvem fauſtis omnes boni proſeqvuntur.*

Boni principis encomium.

CAPUT UNDECIMUM.
De
Vigilantia.

OΥ δεῖ παννύχιον εὕδειν βȣληφόρον ἄνδρα: non decet integram noctem dormire virum, qvi aliis eſt à conſiliis. *Multò magis principem vigilantia decet.* Princeps eſt Sol & moderator omnium ſubditorum, ſummum Reipublicæ caput; pro ſubditorum *igitur ſalute vigilet*, neceſſe eſt.

Magiſtratus Politici dignitas & autoritas.

In aula Imperatoris Trajani, *floruit Plutarchus, Philoſophus celeberrimus, vir tùm vitá integerrimus*, tùm ſcientiis eruditiſſimus, tùm magnæ apud Romanos authoritatis. Nam *Trajanus laudi ſibi ducebat*, multos habere in comitatu ſuo ſapientes & eruditos. Præter cæteros *autem Plutarchus librum conſcripſit*, cui titulum fecit talem, *DOCTRINÆ PRINCIPUM!* eumqve Trajano Imperatori inſcripſit. Inter alia verò, qvæ notatu digna ibi habentur, ſententiæ qvædam inſignes in eo libro fuerunt conſignatæ; *inter qvas hæc præcipuè eminet*, qvando ſic dicit:

ἀξιομνημόνευτον de Plutarcho.

Trajani Imperatoris encomium.

Scito, Domine Trajane Imperator, te & imperium tuũm nihil aliud eſſe, *qvàm corpus myſticum*, ad corporis vivi, veriqve modum delineatum. Ut igitur *corpus myſticum, qvod eſt imperium*, ad exemplum hominis vivi pingamus. *Caput omnium eſt Princeps*, penes qvem impetii ſumma eſt. *Oculi, qvibus* videt, viri in republica boni ſunt, qvorum ductum ſeqvitur. *Aures, qvæ audiunt*, ſunt ſubditi, qvi imperata faciunt. *Lingva, qva loqvitur Princeps*, ſunt eruditione præſtantes viri, ex qvibus leges & diſciplinas audimus. *Capilli, è capite penduli*, ſunt oppreſſi, & injuriâ affecti, qvi Principis opem implorant. *Manus & brachia* ſunt eqvites & nobiles, qvi hoſtem reprimunt. *Pedes*, qvi omnia ſuſtinent membra, ſunt agricolæ, qvi victum omnibus ordinibus ſubminiſtrant. *Oſſa dura*, qvæ carnem fulciunt fragilem, ſunt *viri ſapientes*, qvi onus reipublicę ſuſtinent. *Cor, qvod palàm non videmus*, ſunt familiares intimi, qvi in arcano con-

Sententia Plutarchi inſignis.

Corporum myſtici in Imperio anatomia qvædam.

conſilium ſubminiſtrant Senatu. *Deniq; collum*, qvo capiti corpus cohæret, eſt amor regis & regni, ex qvibus conſtat reſpublica.

Memorabile itaq; eſt, qvòd per caput Princeps & Rex in Imperio ſignificetur, penes qvem imperii ſumma eſt. *Caput igitur hominis* qvando langvet, reliqva etiam membra laſſitudo occupat. Et qvamprimum ſomnus hominem adoritur & invadit, omnium *primò caput* ejus præſentiam demonſtrat. Qvando verò caput vigilat, omnia reliqva membra in vigore ſunt conſtituta.

[illegible] c corpus myſtico [illegible]

Vigilantia Amethyſtus eſt, qvando umbilico admovetur, vini vaporem ad ſe trahit, & eum diſcutit Amethyſtus: *multò magis vigilantia ſomni* ſecuritatis vapores tollit & diſperdit. Amethyſtum contra toxicum amuletum eſſe, compertum habemus: *pari modo vigilantia contra qvævis noxia prodeſt*, ne in nos irruant. Amethyſtum qvi portat, vigilantem & principibus gratum efficit: *Vigilantiam Chriſtianam qvi geſtant, Chriſto gratos eos reddit*, qvi præcipit; Vigilate, omnibus dico, vigilate, Marc. 13.

[illegible] Vigi[illegible] Amethyſto [illegible] fertur.

Marc. 13, 37

Vigilantia qvoqve laude ſplendet & coruſcat Sereniſſimus Elector noſter, qvi togæ & armorum tempore ſubditorum ſalutem tuetur, qvi ubiqve vigilantem gubernatorem, fidum paſtorem, & ſolicitum Patrem ſeſe præbet. *Vigilavit Sereniſſimus pro Imperii ſalute.*

Vigilantia noſtri Electoris oſtenditur.

I. Onus Vicariatus prima & ſecunda vice ſuſtiendo.

II. Communicatio Conſilio imperatorem Romano Imperio præficiendo.

III. In cauſa Bohemica ſubditos regni illius à rebellione avocando.

IV. Sileſios & Luſatos absq; cæde & ſangvine ad Cæſaream obedientiam revocando.

V. Ab Electoratus ſui latè patentis ſubditis omnem vim hoſtilem avertendo.

VI. Pacem tàm Imperio Romano qvàm Electoratui ſuo reſtituendo. Hæc omnia & multa alia tanta ſunt, ut *nullo ingenii lumine*, ſatis aſſeqvi, nullo *dicendi flumine ſatis eloqvi*, nullaqve *perorandi copiâ ſufficienter* deſcribi poſſint. Qvotus qvisqve enim eſt, qvi non

Cymba mea reſpicit portum.

Digitized by Google

non dicam *exornanda ipſius Serenitatis prudentia & vigilantia*, nedum omnibus illius virtutibus recenſendis qveat ſufficere? *Vigilantiam & prudentiam Sereniſſimi Domini Electoris eqvites & nobiles agnoſcunt:* ſolicitudinem Electoralem pro ſubditorum ſalute civitates deprædicant; *pagorum coloni laudant, & certatim omnes admirantur;* qvem *cives amant ut patrem*, qvem *Electoratus colit, ut Dominum & Electorem* clementiſſimum. *Quis recenſendis omnibus ſuæ Serenitatis virtutibus ſufficit & par eſt.*

Faxit Deus omnipotens, ut Sereniſſimus Dominus Elector diu nobis ſuperſtes ſit & maneat tanqvam arbor virens, vigens & florens ad aqvarum fluenta conſita, cui fructus nunqvam deficiant, qvem *divina benedictio & ros cœleſtis ſemper reficiant*, folia ejus non marceſcant, rami non decidant; providentia divina gratuita ſemper perficiat, ut *ſub his ramis Electoralibus longè lateq; ſeſe diffundentibus*, contra imbres, procellas & turbines calamitatum, per **DEI** *Optimi bonitatem, Maximi poteſtatem*, per ipſius gratiam & protectionem nos omnes tuti, ſalvi & incolumes permaneamus. *Votum devotum pro longævitate noſtri Electoris.*

CAPUT DUODECIMUM.
De harum & aliarum virtutum effectu admirando, qvi eſt AUTORITAS.

ET *qvis poteſt omnes tanti Electoris laudatiſſimi* virtutes percenſere? Is enim *virtutes præſtantes, præſtantiores præſtantiſſimas* moribus, qvaſi pulcerrimis *coloribus* ſic ſemper *expreſſit*, ut *Sol vix ac ne vix qvidem viderit, aut perfectius civilem, aut nitidius Chriſtianum.* Qvi tot annos in *tanta negotiorum multitudine*, in tanta temporum difficultate, *in tanta populorum bellica contentione*, locatus *in illa* Chriſtianorum, maximè verò credentium *arce, Dresdâ, totius orbis Chriſtiani qvaſi theatro*, ita piè, fortiter & *prudenter* ſe geſſit, *ut eum amarent* probi, vererentur improbi; *ſummi, medii, infimi* admirarentur; in eo uno *& incolæ & peregrini cogitationes & oculos defigerent.* *Vela jam contraho, dicendi finem facturus.* *Encomium urbis Dresdenſis.*

Qvin potius auſim affirmare! *qvicqvid probè laudatum in magnis viris, à Plutarcho, Xenophonte, Cicerone, Svetonio, Seneca, Livio & Curtio*, id in hoc unico Electore conſpiciendum datur. Si *Cumulus laudum & encomiorū veriſſimus.*

enim *pietatem intuearis*, qvàm proximè ad Hiskiam
guſtum accedit auguſtiſſimum. *Si prudentiam*, vin
dine, qvi eandem calamo velit exprimere. *Si juſt.*
potius Elector noſter imperare valeret, qvàm Saxo
robur & conſtantiam, videas Samſones, Hercules; F
cas, Catones, Fabios. *Si virtutum exemplar* hunc re
no habebis *juſticiæ, prudentiæ, humilitatis, modeſtiæ*
tis, induſtriæ, liberalitatis, conſervandæ pacis publicæ,
tis, frugalitatis & vigilantiæ ſpecimina illuſtria nu
ritura...

Summa & argumentū libri repetitur.

Omnium harum virtutum effectus *eſt Autor.*
tiam ut brevibus lineis circumſcribamus, obſervan
ritas eſt Dei donum, & comparatur crebris virtutum
ctoratus qvidem Saxoniæ multa habet precioſa cli
Dei purum & ſincerum, cum vero Sacramentorum
æterna omnibus divitiis anteferenda. Sed *de his p*
proximo libro ſecundò diximus. Terrena verò qvo
jam *inſiſtam commendare ubertatem ſoli*, non amœ
tium camporum, non *pulcritudinem celſorum mon*
bram ſylvarum viridium, non *hilaritatem limpidiſſ*
non modulationem aviculárum accinentium, *non*
ventorum adſpirantium, non divitias populoſarum u
formoſitatem gregum & paſcuorum, non egregios &
mores incolarum, *non miracula ſumtuoſiſſimorum te*
infinitas alias hujus Electoratus laudes; *autoritatem*
ſtri Electoris admirandam admiramur.

Brevis descriptio autoritatis. Preciosissimus thesaurus. Clinodia Electoratus terreni Saxonici.

Autoritas Dn. Electoris admiranda.

Ob antecedentes enim virtutes *Dominus Elec*
valuit apud Imperatores Romanos, Rodolphum II.
Ferdinandum II. beatæ & feliciſſimæ recordationis
valet etiamnum apud *Invictiſſimum Dn. Imperatorem*
III. id qvod conventus Leutmaricenſis abundè teſta
te valet apud exteros Reges, ipſius familiaritatem ſe
Autoritate valet apud reliqvos Electores, collegas,
dos, *inter qvos ceu Senior Collegii Electoralis* fulget &

autoritate apud S.R.Imperii Principes & Dynaſtas. *Valet autoritate* apud exteros; valet apud incolas; *valet autoritate* apud legatos exterorum regum & principum. *Valet autoritate apud Conſiliarios*; valet apud ſubditos, ſummos, medios & infimos. *Exaudiat* DEUS Ter Op. Max. ipſius Sereniſſimam Excelſitatem, & det ei omnes cordis ſui petitiones. *Faxit ille ipſe altiſſimus, ut diutiſſimè in choro, foro & thoro pacem florentem* videat & experiatur, & illo ipſo fruatur feliciſſimè. *Pſ. 20. & 21.*

CAPUT XIII.

De inſigni honoris demonſtratione, qvâ Imperatores invictiſſimi, Ferdinandus Secundus & Tertius Sereniſſimum Saxoniæ Electorem exornaverunt.

AD ſummum bonorum, autoritatis & exiſtimationis præclariſſimæ faſtigium & ἀκμὴν aſcendiſſe Dominum Electorem Sereniſſimum, ſuperiori capite planum fecimus; idipſum etiam lucet ex ſeqventibus. Per *Dei optimi maximi gratiam datum eſt Electori Sereniſſimo, ut Senior jam ſit totius Electoralis collegii. Elector audit de toto Romano Imperio, & universâ* imprimis Eccleſia Evangelicâ meritiſſimus. Et qvis ignorat, *qvanto zelo, qvanta curâ & ſolicitudine Electoralis Serenitas* accuraverit & præcaverit, ne *omnes leges fundamentales ſimul & ſemel* ex Romano Imperio profligarentur, ita ut non immeritò *ipſius Sereniſſima Excelſitas* cum Deo πολυτελέῳ ſit totius Romani Imperii *columna firmiſſima*!

Electoralis Serenitas eſt Senior Electoralis Collegii.

Non pauci ſanè extiterunt hactenus, qvi collapſam Rempublicam Romani Imperii, nec prius nec melius erigi poſſe exiſtimarunt, qvàm *ſi veteribus illis abrogatis, novæ leges fundamentales* conderentur. Qvod diſſonum conſilium *Electoralis Serenitas animitùs improbavit*, cum ſapientiſſimis ſuffragiis *conſiliariorum ſuorum intimorum, qvos ſemper habuit hactenus fideliſſimos*, conſultiùs eſſe judicans, *ſi fundamenta vetera legum fundamentalium inconcuſſa* & in-

Vetera fundamenta legum fundamentalium in Romano Imperio inviolata conſervanda.

& inviolata relinqverentur. In bene enim con
conſtitutiones laudabiles antiqv.re, aliud nihil eſt
tum ſubvertere, Pſal. 11. v. 3. Ejusmodi *laudabilis c*
no Imperio eſt firma illa, & firmiſſimis fundame
ctio P.ſſavienſis, & *compoſitio religionis Auguſtan*
li cum laude *glorioſisſimi Saxoniæ Electores, D.M*
ſtus, Anno Chriſti 1552. & 53. noſtris Eccleſiis Eva
runt. Hæc *vincula arctisſima cùm pacis oſores*
diſrumpere conarentur, ecqvem latet, *qvàm exc*
ritu Serenisſimus Saxoniæ Elector, auguſta illa c
auream conſcientiarum & religioms libertate
non hæc bona parta tueri, & ad poſteros propag
In hunc usq; diem Serenitas Electoralis conſilia pa
nit, ſed ſtrenuè illa continuare, intimisqve conſ
ſpiriis S. Romani Imperii tranqvillitatem conſer

Aug[...] clin[...] comp[...] ſitio- nis [...] gu- ſtan[...]

Ob hæc & alia in Romanum Imperium mer
cio *Serenisſimum Saxoniæ Electorem* habúerunt
peratores D. Rodolphus II. & *D. Matthias. Impr*
nandus II. *oſtendebat* ſpecialia, eaqve inſignia
τεκμήρια qvæ comprobarunt, qvòd Sereniſſimu
apud ipſius Cæſaream Majeſtatem in ſummo fu
rum faſtigio.

Nam dum *reliqvi Imperatores* ad ſeculares
ut & ad *Saxoniæ Electores* ſcripſerint, *Tua dilect*
tor Ferdinandus II. Anno M, DC. XXIV. mand
dicaſteriis Cæſareis, ad Sereniſſimum Saxoniæ
Dilectioni; qvod etiam adhuc in more poſitum
reliqvi Imperatores ad Saxoniæ Electores ſcripſe
bornen; certè Imperator Ferdinandus II. ab an
nia Electorem ut ſcriberetur, dem Durchläuch
bornen/ in omnibus dicaſteriis imperatorio no

Hæc accepi ex fide digniſſima relatione Maximè reverendi & nobiliſſimi viri, Dn. D. Matthiæ Hoë, τοῦ νῦν ἐν ἁγίοις.

In receſſibus & reſolutionibus Imperato
titulus datus eſt Saxoniæ Electori, Ihrer Churf
ad mandatum *invictisſimi Imperatoris, Ferdin*

honorum ſic præfigitur, Jhrer Churfürſtlichen Durchlauchtigkeit/ *Electorali Serenitati.* Qvæ omnia adhuc obſervantur à *Succeſſore Ferdinando III. Romanorum Imperatore glorioſiſſimo.*

Magna igitur acceſſio facta eſt ad laudes & honores Sereniſſimi Domini Electoris noſtri, mandatis illis Imperatoris Ferdinandi II. auguſtiſſimi. Nimirùm deprehenderunt prænominati Imperatores invictiſſimi *ſtudium Sereniſſimi Saxoniæ Electoris pro Romani Imperii ſalute* publica vel recuperanda vel *conſervanda laudatiſſimum*, qvod ipſius Electoralis Serenitas occupationibus ſplendidis coram univerſo mundo declaravit. *Adeo certatim & ubertim ipſius Sereniſſimam Excelſitatem exaltavit ſumma apud Cæſares invictiſſimos AUTORITAS, qvæ uti Dei donum eſt*, ſic idem *Deus omnipotens* Sereniſſimo Dn. Electori noſtro ut augeat, & auctum potentèr conſervet, *ſuſpiriis calidiſſimis obſecrimus.*

Serenitas Electoralis eſt titulus, ab Imperatore invictiſſimo, Electori Saxoniæ attributus.

CAPUT XIV.

De inſigni corona præclariſſimarum virtutum Electoralium, eaq; ſplendidiſſima.

EX *gemmis illis precioſis, virtutibus* præclariſſimis, ſpecialiter conſideratis, reſtat, ut coronam texere non deſiſtamus. Cauſis enim ſufficientibus in actu poſitis, ſeqvitur effectus certiſſimus. *Geſtat igitur Sereniſſimus Dominus Elector noſter coronam ſplendidiſſimam & precioſiſſimam.* Fulget enim in illa 1. *Carbunculus* veræ in Chriſtum Jeſum fidei; qvam oculi Dei reſpiciunt, Eſa. 5. 2. *Adamas juſtitiæ*, qvæ eſt coram DEO ſplendor inſigniter coruſcans. 3. *Jaſpis prudentiæ* auguſtiſſimæ. 4. *Smaragdus humilitatis* coràm Deo ſplendidè coruſcantis. 5. *Sapphirus fortitudinis in Deum* poſitæ: 6. *Chalcedonius* Φιλοπονίας conſtantis. 7. *Chryſolitus liberalitatis* & beneficentiæ Deo placentis. 8. *Sardius ſtudii pacis omnes* exhilarans. 9. *Hyacinthus* veritatis, miſeros & afflictos colluſtrans. 10. *Coronam exornant margarita* honoris Cæſari præſtiti precioſiſſimæ. 11. *Topazius manſvetudinis ſvavem*

Splendidiſſimæ virtutes coronam Electoralem ſplendidiſſimam exornantes.

Digitized by Google

Beſchluß.

HEroiſch Lob und Ehrenpreiß
Steht rühmlich zu erjagen/
HERR Jeſu/dich hülffreich be-
In dieſen unſern Tagen: weis
Das ungeſtüme Meer/
Ob es gleich brauſet ſehr/
Noch muß es ſein gewaget fort/
Biß man erlangt den edlen Port/
HERR Jeſu/thu uns leiten/
Behüt uns zu allen zeiten.

Fürſt Hercules aus Griechenland/
Durch viel und groſſe Thaten
Iſt worden vielen Leutn bekand/
Fein iſt es ihm gerathen/
Zwo Seulen er geſetzt/
Noch ſtehen unverletzt/
Dieſer Held iſt viel Ehren werth/
Sein Lob klingt noch auff dieſer Erd:
Ob Triton ihn thet leiten/
Ob ers gewuſt zu ſein Zeiten.

Churfürſt Hans Georg aus Sach-
Ein Fürſt von groſſen Thatē/ (ſenland/
Iſt worden iederman bekand/
Gar wol es ihm gerathen/
Vier Seulen Er geſetzt/
Noch ſtehen unverletzt/
Der theur Held iſt groß Ehren werth/
Sein Lob klingt wol auff dieſer Erd/
HERR Jeſu thu Ihre Churf. Durchl.
Behüt ſie zu allen zeiten. (leiten/

Heroiſch Lob und Ehrenpreiß
Hat rühmlich ſchon erjaget
Unſer Churfürſt mit höchſtem Fleiß/
Gar wol es ihm gerathen/
Gottes Wort und Recht Er ſetzt
In ſeim Land unverletzt/
Der theur Held iſt groß Ehren werth/
Sein Lob ſteht feſt auf der gantzē Erd:
O HErr Gott thu Ih. Churf. Durchl.
Behüt ſie zu allen zeiten. leiten/

Heroiſch Lob und Ehrenpreiß
Laß rühmlich auch erjagen/
Die HerznSöhne mit höchſtem Fleiß/
Gar wol wird ihn gerathen/
Ob deinem Wort halten ſie feſt/
Stehn dabey unverletzt/
Sie ſind gewiß groß Ehre werth/
Ihr Lob klingt wol auff dieſer Erd.
HErr Jeſu/thu Ih. F. F. F. F. Durchl.
Behüt ſie zu ewigen zeiten. (leiten/

Ewigs Lob/Danck/Ehr und Preiß
HERR Chriſt thu ich dir geben/
Daß du gerichtet meinen Fleiß
Zu deinem Lob und Ehren/
Erhalt dein Kirch und Wort/
Steur dem Pabſt/Teuffel und Mord/
Gib dem Freud/Ehre/ hie und dort/
Der helt ſehr werth dein heiligs Wort.
Ins ewige Leben mich leite/
Behüt mich zu Ewigen Zeiten/Amen.

Elen-

Digitized by Google

Elenchus Capitum
Libri Tertii.

Cap.I. *De juſtitia politica Sereniſſimi Domini Electoris.*
Cap.II. *De Serenitatis Electoralis prudentia.*
Cap.III. *De ejusdem Sereniſſimæ Excelſitatis humilitate.*
Cap.IV. *De magnanimitate & fortitudine.*
Cap. V. *De induſtria & diligentia tales conficiendi labores, qvi Principem Electorem decent.*
Cap.VI. *De liberalitate & beneficentia Sereniſſimi Domini Electoris erga Eccleſiæ & ſcholarum miniſtros, exules & alios.*
Cap.VII. *De ſtudio pacis publicæ, qvam ipſius Serenitas Electoralis ſemper qvæſivit.*
Cap.VIII. *De ejusdem veritate & candore.*
Cap.IX. *De honore Cæſari præſtando.*
Cap.X. *De humanitate & manſvetudine Sereniſſimi Dn. Electoris.*
Cap.XI. *De ejusdem vigilantia.*
Cap.XII. *De harum & aliarum virtutum effectu admirando, qvi eſt AUTORITAS.*
Cap.XIII. *De inſigni demonſtratione, qvâ Imperatores, Ferdinandus II. & III. Sereniſſimum Saxoniæ Electorem exornaverunt.*
Cap.XIV. *De inſigni corona ſplendidiſſima virtutum.*

ERRATA SIC CORRIGENDA.

Pag.9.lin.24. γαλακλίῤῥοον.p.13. l.11.ἀκμῶ.p.16.l.12.dicitis.p.25.l.2.Septembris p.28.l.24.ſecuritas.p.52.l.30.manſuetudinem.p 53.l.19 Italia.p.55.ad marg.Pſal 90.p.56.l.26 lactaverint.p.61.l.20.contuerer.p.62.l.21.haud.p.68 l.14 convenerunt.p.105. l.10.brabejumq́.p.106. lin.17.ſic.p.116. lin.27.enim.lin.32.ex filia.lib.2.pag.47.lin 18 ὁτίοις.

F I N I S.

Digitized by Google